INSTITUTIONES HISTORIAE ECCLESIASTICAE

QUAS

JOANNES NEP. ALBER

E SCHOLIS PIIS

S. THEOL. DOCTOR, LINGV. HEBR. ARCHAE. BIBL. INTRODUCT. IN LIBR. CAN. VET. TEST. APOLOG. EORUMDEM, ET EXEGES. IN REG. SCIENTIAR. UNIVERS. PESTIENS. PROFESSOR PUBL. ORD. LIBROR. HEBR. IN HUNG. REVISOR REG. NEC NON FACULT. THEOLOG. SENIOR EDIDIT.

TOMULUS IV.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR, TOTAQUE NOVIS CURIS ELABORATA.

Cum Censura et Facultate Superiorum.

AGRIAE,

TYPIS LYCEI ARCHI-EPISCOPALIS 1825.

PARS IV.

INSTITUTIONUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

A SECULO XIII. USQUE AD SECULUM XVI.

§. 1.

Innocentius III. Papa. Quæ huic intercesserint cum Ottone IV. Imp. et Joanne III. Rege Angliæ.

Cælestinus III. a. 1198. mortuus est. Innocentius III. ei successit in Pontificatu, antea Lotharius Comitis Signiæ filius, et Cardinalis. Huic cum Principibus multa intercesserunt negotia. Henrico VI. Friderici Aenobarbi filio mortuo alii ex proceribus Germaniæ, penes quos jus eligendi erat, Philippum Ducem Sveviæ, et Henrici VI. fratrem, alii Ottonem Saxoniæ Ducem elegerunt: inter quos contentio de imperio intercessit, donec Philippus ab Ottone Wittelspachio Comite Palatino occisus esset, ea de causa, quod filiam suam ei in matrimonium dare nollet, quam se daturum jam spoponderat. Denegaverat autem hanc Philippus Ottoni, quod iniqua cæde cujus-

dam, qui familiaritate erat junctus Duci Bavariæ, multorumque aliorum nobilium sangvine se se fœdavisset. Philippus quoque cognomento Augustus Rex Galliæ contendebat ad Imperatoris dignitatem. Nihilominus sublato Philippo Sveviæ Duce consentientibus Germanis Ottoni confirmata est dignitas, qui Imperator etiam Romanorum a Romano Pontifice coronatus est, quartus eorum, qui Ottonis nomen gesserant. Cum vero Otto non tantum ea non restituisset, quæ ad patrimonium pertinebant S. Petri, occupata autem erant ab Imperatoribus, qui antecesserant, adversus jurisjurandi religionem, quo se obstrinxerat, dum coronaretur, verum etiam alias invasisset terras ejusdem Patrimonii, eo nomine, quod antiquitus finibus continerentur Romani Imperii; quod occupandi causa si justa haberetur, quid esset in mundo, quod alicujus proprium dici posset? Pontifex quoque, postquam nihil profecisset monitionibus, gladium in eumdem Ottonem distrinxit excommunicationis. Quo tamen Otto factus obstinatior cum Philippo Galliæ Regi bellum intulisset, ab hoc victus est apud Bovinum in Gallia Belgica, nec se recolligere deinceps potuit, desertus etiam a Germanis. *Qui indebita appetit*, ait S. Leo M. in Epist. ad Anatolium, *amittit etiam propria.* Post hunc casum, qui ei a. 1214 accidit, vixit tamen adhuc annis quatuor sed in solitudine, et contabescens. Fridericus II. Henrici VI. filius ei in Germania, ac postea etiam in Imperatoris dignitate successit: cujus Imperium adhuc multo turbulentius fuit per dissidia cum Romano Pontifice. De quibus paulo post narratio succedet. *Rigordus in Vita Philippi Augusti. Chronicon Fos-*

sæ

sæ Novæ, et ipse Innocentius III. in plurib. Epist. suis.

Joannes, cujus paulo ante facta mentio est, Angliæ Rex, hoc nomine tertius fuit Henrici II. filius, frater Richardi, qui Henrico in regno successerat: sed quo mortuo absque filio Joannes regnum occupavit, quod ad Arturum spectasset, si lex successionis fuisset observata: siquidem Arturus fuerit filius Godofredi qui Henrici erat filius secundo loco natus, atque Joannes Godofredo minor fuerit natu. Arturus armis sibi conatus est asserere Regiam dignitatem. Sed captus in prælio, et in carcerem conjectus, paulo post evanuit, modo omnibus fere ignorato, ait Matthæus Parisius. Rigordus vero *in Vita Philippi* absque ullis ambagibus dicit, Arturum occisum esse ab Joanne Rege. Joannis hujus, cui cognomen fuit Senza terra (*Sine terra*) non fuit prosperum regimen. Post Humberti, qui S. Thomæ successerat in Archiepiscopatu Cantuariensi, mortem, Monachorum Ecclesiæ Cathedralis Cantuariensis pars noctu, et clandestino elegerat Relandum *Subpriorem* ejusdem monasterii Cantuariensis. In multis locis erant Ecclesiis Cathedralibus copulata monasteria, in quibus ipsi etiam Episcopi harum Ecclesiarum habitarent, quique Monachis uterentur in suum adjutorium in Ecclesiæ functionibus. Ita se res habebat etiam Cantuariæ. S. Thomas Martyr factus Archiepiscopus ipsum etiam habitum, et vestitum induit monasticum, tametsi hoc alii omnes non fecerint Archiepiscopi nec Cantuariæ, nisi jam alioquin essent Monachi. Augustinus Abbas cum quadraginta monachis a S. Gregorio M. in Angliam missus, ut Anglis Evangelium prædicaret, factus Episco-

pus

pus sedem, sibi Cantuariæ collocaverat, omnium principem inter ceteras Angliæ Episcopales sedes. Hinc origo monasterii, in quo ipse Archiepiscopus etiam habitaret, nec non illud, quod penes Monachos esset jus eligendi Archiepiscopum Cantuariensem, inductum consvetudine. Iidem Monachi Relandum, quem elegerant, miserunt etiam Romam, ut a Pontifice peteret confirmari in Archiepiscopali dignitate, eaque cum conditione, ad quam se jurejurando debuit obstringere, ne priusquam Romam pervenisset, ulli mortalium manifestaret se electum esse Archiepiscopum. Studebant illius confirmationem obtinere prius a Pontifice, quam alia pars Monachorum posset agere adversus eorum factionem. Relandus silentium non servavit, verum statim ut in Flandriam venit, se publicavit, electum Archiepiscopum esse. Rem indigne ferentes ceteri Monachi Joannem Regem adierunt, et obtento ejus consensu aliam electionem instituerunt, Joannique Grei, Episcopo Norwicensi, quem et ipse Rex habere voluit, suis suffragiis Archiepiscopatum detulerunt. Ex utraque parte deinde Monachorum pergunt Romam legati, cumque pars altera adversus alteram coram Pontifice disceptasset, et impetiisset altera alterius electionem, Pontifex eo consilio, ut discordiæ flammam opprimeret, neutram electionem ratam habuit, sed Monachos quindecim, communibus suffragiis delectos ex Cantuariensi monasterio ad se Romam jussit venire, ibique coram se instituere novam electionem ad præcavendam discordiam, et contentionem si hæc facta esset Cantuariæ: hisque proposuit, Stephanum Langthon virum apprime doctum, jamque Cardinalis etiam dignitate fulgentem sperans, hunc futurum ipsi etiam Regi acce-

ptum:

ptum: siquidem esset natione Anglus, atque hunc a Monachis electum, statim etiam consecravit.

At res aliter cecidit. Tantum enim abest, ut hunc Rex admittere voluerit ad Archiepiscopatum; ut Monachos etiam, quod ab his esset electus, omnes ex monasterio Cantuariensi exturbaverit, ex ipsaque etiam Anglia expulerit. Milites, qui mandatum attulerant a Rege, gladiis evaginatis irrumpentes in monasterium, et clamore ingenti jurarunt, nisi statim obsequerentur, futurum, ut clauso monasterio et incenso, vivi omnes exurantur. Cum nullis rationibus induci Rex potuisset ad Stephanum Langthonum recipiendum, nec illius animum Pontifex etiam munusculis demulcere, erant hi annuli, insignes gemmis, quarum is erat studiosissimus, nec monitis ullis flecti, demum tribus Episcopis, Gulielmo Londinensi, Eustachio Elisiensi, et Malgero Wintoniensi decretum misit, quod publicarent de toto Angliæ regno Ecclesiastico interdicto subjiciendo. Antequam hoc promulgarent, prius adierunt Regem, et cum lacrymis orarunt, ut se exorari sineret. Ille vero excandescens, nequidem eloqui omnia permisit Episcopis, sed verbis invectus in Pontificem, et Cardinales per dentes Dei juravit (formula hæc jurandi est prorsus nova, et insolita) si hoc latum interdictum fuerit, se omnes Episcopos, et Clericos expulsurum e regno, Romamque abacturos, confiscatis omnibus eorum bonis: insuper Romanis, quotquot reperirentur in Anglia, se jussurum effodi oculos, et nasos abscindi, Romamque remitti; ut his notis insigniti discernantur Romani ab aliis nationibus, jussitque Fpiscopos e suis oculis abire, si suam

cha-

charam haberent vitam. Itaque hi promulgarunt decretum de interdicto tali ratione, ut quasi uno et eodem tempore ubique innotesceret: simul autem atque hoc factum esset, se ex Anglia subduxerunt, timentes iram Regis. Per biennium Anglia mansit sub hoc interdicto, cessatumque est ab omni administratione Sacrorum, excepto Baptismo, et Sacramentis moribundorum. Tunc vero Rex populi adversum se clamores ultra non ferens, promisit se et Stephanum Langthonum admissurum ad Archiepiscopatum, et Monachos Cantuarienses revocaturum. Annus tamen intercessit, quin hoc effectum dederit. Quamobrem Pontifex ipsam etiam excommunicationem in Regem tulit.

Fuit aliis etiam multis nominibus Rex toti populo invisissimus. Premebat omnes promiscue ingentibus exactionibus. Quædam tantum speciatim memorabo. Monasteriorum præsides, et Abbates cum Londinum omnes convocasset, ab his exegit centies millena Sterlingorum. Unum Sterling æquivalet decem circiter florenis Rhenensibus. Ne a fratre quidem suo Godofredo Eboracensi Archiepiscopo se abstinuit, quem pariter suis bonis spoliavit. Nobiles, et opulentæ Familiæ ad inopiam per eum redactæ sunt. Alii etiam acti in exilium, ut eorum omnia bona inferri possent ad Fiscum. Judæos omnes cum conjici jussisset in carceres, his deinde præscripsit, quantum pecuniæ solvere deberent, si exire cuperent ex carceribus. Nec tantum hoc quoad pecuniam fecit, sed etiam erga procerum et nobilium filias, atque conjuges, hisque pudicitiam eripuit. Itaque eo etiam nomine, quod Joannes excommunicatus esset, se Angli ad Philippum Galliæ Regem verte-

terunt, seque ipsi obtulerunt. Etiam ipse Innocentius Pontifex ad frangendum Joannem, sublevandamqne tantis, tamque jam diuturnis malis Angliam devenerat eo, ut vellet adversus eumdem Joannem arma a Philippo expediri. Nec invitus hoc facere paratus erat. *Causa quæ Philippum Regem magnanimum*, ait Rigordus in ejusdem Philippi vita, *moverat ad hoc, ut vellet in Angliam transfretare, fuit, ut Episcopos, qui diu a sedibus suis ejecti in regno suo exulabant, suis Ecclesiis restitueret, ut Divinum Servitium, quod jam per septennium in tota Anglia cessaverat, faceret renovari, et ut ipsum Regem Joannem, qui nepotem suum Arturum occiderat*, (ille idem est, de quo jam fuit supra, nepos Philippi per consanguinitatem cum ejus matre), *qui plurimos parvulos obsides suspenderat* (intelligitur e furca, et strangulando) et flagitia innumerabilia perpetraverat, vel pœnæ condignæ subjiceret, vel a regno prorsus expellens, secundum cognominis sui interpretationem omnino efficeret sine terra.

Hoc demum ita perculit Joannem Regem, ut non modo omnia præstiterit, quæ ante negaverat, verum etiam sic ad Innocentium Papam scripserit: *Cum Deum, et matrem nostram sanctam Ecclesiam offenderimus in multis, et proinde Divina misericordia plurimum indigere noscamur, nec quid digne offerre possimus pro satisfactione, Deo, et Ecclesiæ debita facienda, nisi nos ipsos habeamus, et regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliavit usque ad mortem, gratia Sancti Spiritus inspirante, non vi inducti, nec timore coacti, sed nostra bona, spontaneaque voluntate ac communi consilio Baronum nostrorum offerimus, et libere*

con-

concedimus Deo, et Sanctis Apostolis ejus Petro, et Paulo, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ matri nostræ, ac Domino nostro Papæ Innocentio, ejusque Catholicis successoribus totum regnum Angliæ, et totum regnum Hiberniæ cum omni jure, et pertinentiis suis pro remissione peccatorum nostrorum, et totius generis nostri tam pro vivis, quam defunctis: et amodo illa a Deo et Ecclesia Romana tamquam feudatarius recipientes et tenentes. Inter Epistolas Innocentii III. anno 1213. datas. Quin ad hoc, quod sic professus est juris jurandi sacramentum etiam addidit, quamvis vero dixerit hoc se non vi inductum, aut metu adactum, verum sua bona voluntate, atque sponte fecisse, tamen quam spontanea hæc ejus erga Apostolicam Sedem sponsio fuerit, quamque sancta, et religiosa mente hanc fecerit, hinc conjectura potest fieri. Postquam hac tali facta sponsione, fuisset reconciliatus cum Ecclesia, et excommunicatione solutus, atque Pontifex Philippum Galliæ Regem supersedere voluisset bello, quod parabat, tamen misisse dicitur legatos ad Miramolinum Regem Marochii, atque ab hoc auxilium petiisse, spondendo, si hoc impetrasset, se futurum in illius fide, et clientela cum universo suo regno, tributum, et vectigalia pensurum, quin missa Religione Christiana se Mahometanum etiam futurum. Dum Joannis legati Miramolino (in Arabica lingva significat *Principem Credentium*, quod Principibus Saracenorum fuit nomen generale, huic vero Principi Marochii etiam speciale) exposuissent, quæ sibi a suo Rege habebant commissa, ille, *Legebam*, inquit, *librum*, huncque etiam digito monstrans, *sapientis Christiani, qui Paulus vocatur, cujus mihi tam facta quam verba summopere probantur, solum-*

umque illud displicet. quod Religionem, in qua natus est, dimiserit. Eadem mihi de Rege vestro sententia est, legem Christianam sanctissimam, et purissimam deserente. Confirmavitque Deo teste, si nullam adhuc Religionem haberet se nullam aliam quam Christianam expetiturum fuisse. Cumque ex legatis requisivisset, quale regnum Anglia esset, ejusque Rex qualium opum, atque illi respondissent, Angliam esse Regnum omnium florentissimum, et opulentissimum, Regemque ejus esse omnibus rebus beatissimum, neminique obnoxium; ad hoc Miramolinus, *Inauditum,* inquit, *est, ut quis ejusmodi Rex qualem vos vestrum prædicatis, voluerit se alteri Regi, et extero subjicere sponte, regnumque suum huic vectigale facere. Excordem oportet esse Regem vestrum, vel delirare: proinde indignus, quicum ego fœdera sanciam, sed neque dignus, nomine Regis.* Hisque dictis legatos jussit abire, et quæ audivissent perferre ad suum Regem.

Matthæus Parisius in Histor. Rer. Angl. ad a. 1213. rem hanc habet. Raynaldus Continuator *Baronii* ad hunc eumdem annum in hoc fidem Parisii habet suspectam, et finxisse ad carpendos Pontifices ex sibi insito in hos odio. Ille vero testatur, se haec accepisse ab uno legatorum, qui erant missi ab Rege Angliæ ad Miramolinum, quique amicis redux eadem narraverit. Idem præterea docet, Regem Joannem nec de resurrectione futura mortuorum recte sensisse, pluribusque aliis fidei dogmatibus, eumdem, dum in venatione cervus a canibus esset captus pulcherrimus, et robustissimus, dixisse ridendo: *Quam bona corporis habitudine hic cervus gaudebat, quamvis numquam Sacerdoti, Missam celebranti, affuerit,*

rit: taliaque dicteria ejus fuisse plura, quæ prodiderint ejus sensa de Religione. Deinde nec in hac narratione Parisii aliquid mordax est contra Pontifices, sed omne quod est, ferit solum Angliæ Regem. Cum idem Joannes Rex etiam postea Proceres regni sibi infensos fecisset rapinis, et spoliatione, atque arcium, quas possidebant, et agrorum depopulatione, hique rursus Ludovico Philippi Regis Galliæ filio seipsos, atque regnum obtulissent, Innocentius Papa sic patrocinium suscepit ejusdem Joannis, ut excommunicationis etiam remediis usus sit ad regnum Joanni conservandum. Ludovicus autem, cum pacis consilia recipere noluisset, tamen regnum Angliæ obtinere non potuit, victus et fugatus ex Anglia ab Joanne. Supra in literis, quibus professus est Joannes Angliæ Rex, se Angliæ regnum subjicere Romano Pontifici, idque communi Baronum regni consilio, hoc deinde etiam negatum est Galono Cardinali, dum in Galliam missus fuisset ab Innocentio Papa ad conciliandum Ludovicum Galliæ Principem, Joanni Angliæ Regi, perhibente Guilielmo Nangio in Chron. ad a. 1216. Quæ hoc §pho continentur, sumpta sunt potissimum ex Matthæi Parisii Histor. Rer. Anglic. Rigordo in Vita Philippi Regis et ex Epistolis Innocentii III.

§. 2.

§. 2.

Innocentio Papæ quid intercesserit cum Philippo Galliæ Rege propter Ingeburgem conjugem. Ejus rescriptum tangens sigillum Confessionis.

Philippus Galliæ Rex, cujus etiam paulo ante facta mentio est, uxorem habuit Agnetem filiam Ducis Meraniæ. Raynaldus hanc Mariam vocat, filiam Ducis Moraviæ. Illo autem priore modo ejus nomen exstat apud Scriptores Galliæ. *Merania* illa fuit olim, quæ nunc vocatur Tirolis. Hac mortua Ingeburgem sororem Regis Daniæ sibi copulavit matrimonio. Etsi vero hanc duxerit uxorem ingenti captus ejus amore, tamen hanc jam altera post initum matrimonium die ita exosam habere cœpit; ut nequidem conspectum illius ferre voluerit. Svasu autem aliquorum ad eam accessit, rati sic futurum, ut amor ei redeat, quo hanc prius appetiit. Contra autem accidit. Itaque de dirimendo matrimonio agere cœpit. Hoc autem nomine dissolvi voluit matrimonium, quod *nondum* esset consummatum: tale autem urgebat habendum esse, quia quamvis eam cognovisset, non tamen etiam secutus conceptus sit. Re ad judicium Episcoporum Galliæ delata, in favorem Regis lata sententia est. At Ingeburgis ad Cælestinum III. R. P. recurrit. Daniæ quoque Rex causam suæ sororis eidem Pontifici impense commendaverat. Cælestinus decrevit stare matrimonium, nec posse rescindi, atque Philippum Regem obligari ad Ingeburgem retinendam in conjugio. Ille vero hoc non fecit, sed Cælestino mortuo, id quod ipsi ab hoc fuit negatum, petiit denuo instantissime ab Innocentio III. successore Cælestini in Pontificatu. Qui hoc responsum Philip-

lippo dedit Epist. 6. lib. 15. *Non auderemus, super hujusmodi casu de nostro sensu aliquid pro te definire propter illam sententiam Evangelicam:* Quod Deus conjunxit, homo non separet, *cum absque dubio nec Sanctorum exempla, nec Patrum decreta intentioni tuæ in hoc articulo suffragentur. Verum si super hoc absque deliberatione generalis concilii determinare aliquid tentaremus, præter Divinam offensam, et mundanam infamiam, quam ex hoc possemus incurrere, forsitam Ordinis, et officii nobis periculum immineret, cum contra præmissam Veritatis sententiam nostra non possit auctoritas dispensare.*

Hinc Natalis Alexander *Hist. Eccl. Sec. XV. Dissert.* 4. argumentum duxit, quod et Launojus, aliique fecerunt, pro Romani Pontificis subjectione infra generale Concilium, idque quasi ex propria Innocentii confessione: qui timuerit, ne jacturam Ordinis, atque Officii sui subiret per Concilium generale, si dispensasset in hocce matrimonio. Hinc enim sequi, ipsius Innocentii agnitione, Concilium generale esse supra Papam, qui secus ab hoc jacturam Ordinis, et Officii sui non debuisset timere. Non est autem quidquam in verbis Innocentii de metu, quem sibi fecerit ab Concilio generali jacturæ Ordinis sui, et Officii. Unde igitur hanc Natalis, ceterique ejusdem cum eo sententiæ conclusionem facere potuerunt? Tantum enim dixit Innocentius, si dispensaret in illo matrimonio, præter Divinam offensam, et mundanam infamiam forsitan nobis Ordinis, et Officii periculum immineret. Est igitur argumentatio hæc superstructa tantummodo ei, quod verbis Innocentii hi ipsi intruserunt. Si Innocentius solvisset hoc Matrimonium adversus verba hæc

Chri-

Christi: *Quod Deus conjunxit, homo non separet,* facto hoc suo docuisset, dissolubile esse matrimonium, quamvis etiam consummatum. Hic vero error fuisset adversus Fidem, quali errore admisso, sicut excidisset ex Ecclesia, ita desiisset ipso suo facto illius esse caput. Ita igitur Ordinis sui, et Officii periculum adiisset. De hoc, Conciliumne generale emineat supra Papam vel hic supra illud, tractatum est a me Dissertatione XIII. in Selecta argumenta Histor. Eccl. cujus Dissertationis §pho *10.* hoc ipsum protuli Rescriptum Innocentii III. ad *Philippum* Regem. Hic vero partim svasionibus, partim comminationibus Censurarum Ecclesiasticarum permotus recepit Ingeburgem, sine animo tamen mansit erga illam. *Rigordus in Annalib. de Rebus gestis Philippi. Gulielmus Nang.*

Alterum quoque Innocentii III. rescriptum est: quod exstat apud Cæsarium *Hist. Memorab. lib.* 3. *cap.* 32. Res contigit ista. In domo quadam, sunt verba Cæsarii, Cisterciensis ordinis monachus quidam sine ordine celebravit, hoc est *non ordinatus* Sacerdos. Hoc cum die quadam Abbati suo retulisset in Confessione, nec tamen cessare vellet a tanta præsumptione, Abbas dolens, ac lachrymans, ut a blasphemia tam magna desisteret, miserum rogavit, monuit, et præcepit, sed non profecit. Innocentius consultus num hoc, quamvis in Confessione manifestatum proferri posset, dicitur respondisse, affirmando, *quia talis confessio non sit confessio, sed blasphemia.* Hoc autem Auctor Defensionis Declarationis Cleri Gallicani affert inter alia adversus Romanum Pontificem, qui in condendis decretis Fidei labi errore possit, atque etiam lapsus jam sit. Hæc Defensio solet ab iis, qui et ipsi capti errore sunt, sub

nomine

nomine Bossueti celeberrimi in Gallia Episcopi proferri. Huic vero hanc esse solummodo suppositam, et affictam, docui Dissertationis meæ XVI. §. 3. in Selecta Argum. Hist. Eccl. Ex hoc igitur Rescripto Defensor Declarationis arguit Innocentium, quasi docuisset sigillum Confessionis Sacramentalis non esse semper servandum. Non hoc autem est in verbis Innocentii, verum, id, quod ille monachus, quamvis in Confessione indicaverat, non fuisse Confessionem, sed blasphemiam, ideoque nec cadere sub sigillum Confessionis: siquidem illud, quod non sic allatum esset in Confessione ab illo monacho, ut hujus ipsum poeniteret, utque vellet absolvi, negans se hoc omissurnm, non possit haberi pro Confessione Sacramentali, potiusque blasphemiam esse, et ludificationem Sacramenti Pœnitentiæ.

§. 3.

Concilium Lateranense IV. Oecumenicum.

Dum res Christianorum, qui ad recuperandam Terram sanctam expeditionem in Orientem susceperant, valde nutare cœpissent, nova autem lux affulgere visa esset rei bene gerendæ a. 1204. capta Constantinopoli, et sub Latinorum potestatem redacta, atque Constantinopolitanus Orientis Imperator factus esset Balduinus Comes Flandriæ atque sic iter etiam in Orientem factum esset multo facilius, cui non favebant priores Imperatores Græci; Innocentius III. indixit Concilium generale, omnibus etiam Principibus Secularibus ad hoc Concilium invitatis novæ expeditionis adornandæ causa, et mittendæ in Orientem.

Ha-

Habuit et illud Innocentius, cur instituerit hoc concilium, ut errores Fidei orthodoxæ contrarii exstirparentur, morumque disciplina, facta languidior, instauraretur. Cœpit hoc Concilium die 11. Novemb. a. 1215. fuitque Lateranense IV. inter œcumenica duodecimum. Præsedit ipse Pontifex. Episcopi interfuerunt concilio 412. In his Jerosolymitanus quoque, et Constantinopolitanus, Antiochenus, suo etiam nomine, et pro se misit Episcopum Antheradensem infirmitate impeditus, omnes tres Latini ritus. Alexandrinus quoque Patriarcha legatum suum misit Germanum Diaconum, quamvis non Latinus. Neque enim Alexandriam Latini in Oriente, ut alias urbes, sui aliquando juris fecerant. Etiam Patriarcha Maronitarum venit ad hoc Concilium, sub Lucio III. Papa reconciliatus cum Romana Ecclesia. Præter hos octingenti etiam Concilio interfuerunt Cœnobiarchæ. Legatos, et Oratores suos miserunt Fridericus Rex Siciliæ, jamque eodem anno Rex Germaniæ inauguratus, Imperator Constantinopolitanus, Rex Galliæ, Angliæ, Hungariæ (*is fuit* Andreas II.) Jerosolymorum, Cypri, et Aragoniæ.

Tractatus de Fide institutus est propter Albigenses, Joachimum Abbatem, et Almaricum. Albigensium absurdissimi errores jam expositi sunt superiore parte. Joachimus Abbas Florensis monasterii in Calabria insurgens adversus Petrum Lombardum, ejusque hanc assertionem lib. 1. Sententiar. Distinct. 5. *Catholicis Tractatoribus consentientes dicimus, quod nec Pater divinam essentiam genuit, nec divina essentia genuit Filium, nec divina essentia genuit essentiam.* Ipse vero nomine essentiæ intelligens divinam natu-

ram, quæ communis est tribus personis, et tota in singulis, negabat tres divinas personas, esse re, et substantia unum, talemque solummodo harum trium personarum unitatem posuit, qualis intelligatur in his Scripturæ locis: *Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una.* Act. 4. v. 32. *Qui plantat, et qui rigat, unum sunt.* 1. Cor. 3. v. 8. *Multi unum corpus sumus in Christo.* Rom. 12. v. 5. *Parisius ad An.* 1179. Joachimus in suo errore pertinax non fuit, sed hunc deposuit, et insuper morti vicinus scripta sua omnia Apostolicæ Sedis judicio subjecit. Quamobrem Honorius III. successor Innocentii III. prohibuit dicere hæreticum.

Almaricus Clericus Parisiensis, e territorio Carnotensi oriundus, cum a Dialectica ad Sacras literas interpretandas transiisset, docere instituit, et defendere, Christianum quemlibet debere credere, se membrum Christi esse, nec absque hac persvasione posse salutem adipisci æternam, tantumque esse, atque si non crederet, Christum natum esse, et passum, vel alios Fidei articulos. Quæ ejus doctrina cum damnata fuisset in hoc Concilio Lateranensi, et Facultas Theologica Parisiensis hominem adegisset ad hanc retractandam, idque fecisset, sed non sincere, et ex animo, ex moerore hinc concepto paulo post mortuus est. Ejus vero discipuli non tantum non resipuerunt, sed ad magistri doctrinam plura adhuc, et absurdiora addiderunt: Dei Patris potestatem pertinuisse solummodo ad tempus, quo lex obtinuit Mosaica. Legem novam a Christo conditam habuisse vim tantum ad suam usque ætatem, qua cessante, et desinente desiisse etiam, atque vim amisisse omnia Sacramenta, a Christo instituta, ad-

adeoque nihil jam ponendum esse in Baptismo, Eucharistia, Poenitentia, ceterisque Sacramentis. A sua vero ætate Spiritus sancti regnum cœpisse, et cujus sola gratia, hominibus infusa, absque ullo opere externo, quod vel agendum, vel omittendum esset, dicebant tribui æternam salutem: Deique bonitatem ita prædicabant, ut negarent quidquam esse, propter quod pœna aliqua metuenda esset a Deo. Etiam Prophetiæ Spiritu afflatos se jactabant, multaque ineptissima, et convitiosa in Romanum Pontificem, et Episcopos effutiebant, illum Antichristum vocando, hos Antichristi membra, omnesque hos post quinquennium igne perdendos esse, et consumendos. In sectam hanc non tantum mulierculæ, et viri laici, sed Clerici etiam, et Sacerdotes permulti se se dederunt. Philippo antem Regi Galliæ, quamvis suo prophetico spiritu promisissent omnia mundi regna, imperiumque in ista, quin ne moriturum quidem; tamen hic omnes, qui ex hac secta detecti sunt, ad rogum condemnavit præter quatuor viros, quos carceri mancipavit, et feminas, quibus etiam vitæ gratiam dedit. *Rigordus ad An.* 1208. *Cæsarius Heisterbacensis. lib.* 5. *cap.* 22. *Robertus Antisiodorens. in Chron.*

Definitiones, et decreta hujus Concilii Capitibus 70 continentur. Capite primo Concilium per modum Symboli proponit, et docet, quid de Divinæ essentiæ unitate, et æternitate fide Catholica tenendum sit, deque Personarum divinarum distinctione, deinde de creatione mundi, de ejus redemptione per Christum, de una Christi Ecclesia, de Sacramentis, horumque efficacitate. *Credimus, et confitemur,* sunt verba Concilii, *quod una quædam summa res est, et incomprehensibi-*

lis simul, et ineffabilis, quæ veraciter est Pater, Filius, et Spiritus sanctus tres simul personæ, et singillatim quælibet earumdem. — Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud: sed id, quod est Pater, est Filius, et Spiritus Sanctus, idem omnino, ut secundum Catholicam, et orthodoxam fidem Consubstantiales esse credantur. — Esse æque potentes, æque æternos, unum, et unicum rerum omnium principium, invisibilium, et invisibilium, spiritualium, et corporalium rerum creatorem Deum; qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque condidit creaturam, spiritualem, et corpoream; ac dæmones quoque, quos ipse bonos creaverat, quique se malos ipsi fecerant; hominem vero diabolo instigante peccasse. — Unigenitum Dei Filium a tota Trinitate communiter esse incarnatum ex Maria Virgine Spiritûs sancti cooperatione conceptum. — Omnes homines cum suis propriis corporibus resurrecturos, ut recipiant pro suis bonis, vel malis meritis mali quidem pœnam æternam cum diabolo, boni cum Christo gloriam sempiternam. — Unam tantum, et unicam esse fidelium universalem Ecclesiam, extra quam nemo salvus esse possit. — Verum Christi corpus, et sangvinem in Sacramento Altaris sub speciebus panis, et vini veraciter contineri, pane transubstantiato in corpus, et vino in sangvinem Jèsu Christi divina potestate. — Sacramentum Baptismi, quod per individuæ Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus sancti invocationem super aquam consecratur, tam parvulis, quam adultis, a quocumque ex forma Ecclesiæ collatum fuerit, proficere ad salutem. Si quis autem et suscepto in peccatum labatur, per veram pœniten-

tentiam semper suam innocentiam posse recuperare. Anathemate deinde in omnes hæreses conjecto, constitutum est, ut hæretici, postquam condemnati essent, seculari potestati traderentur, animadversione debita puniendi.

Ex reliquis sunt hæc inprimis memoranda. Sancitum Cap. 5. est, ut post Romanam Ecclesiam, quæ disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote Mater universorum Christi fidelium, et magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Jerosolymitana quartum locum obtineant, servata cuilibet propria dignitate. Ita, quod postquam earum Antistites a Romano Pontifice acceperint Pallium, quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, et obedientiæ juramento, licenter et ipsi suis Suffraganeis Pallium largiantur recipientes pro se professionem Canonicam, et pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Non tantum fuerunt hoc tempore harum Sedium Patriarchalium Antistites in communione cum Romana Apostolica Sede, sed excepto Alexandrino, etiam ritus latini: utpote evecti ad has Sedes ex iis, qui Sacræ expeditionis causa iverant in Orientem. Ex quo intelligi potest, non Patriarchæ Constantinopolitani Græci, communione disjuncti gratia esse hoc constitutum. Nam quem Apostolica Sedes Romana, et Ecclesia Catholica non habet in sua communione, huic nec suam communicat potestatem, et jurisdictionem, quæ in Beato Petro, et ejus Romana Apostolica Sede locata a Christo, ubi juxta S. Cyprianum *lib. de Unitate Ecclesiæ* Christus Unitatis originem constituit, ab hac eadem S. Petri Sede, et ab Roma

mano Pontifice in omnes, qui in ejus commu nione sunt, funditur, nec in alios Episcopos. Ver ba illa quoque de his Patriarchis quatuor: *Ser vata cuilibet propria dignitate* sunt advertend Nam ex his æque perspicuum fit, nihil potestati et juris esse hocce statuto collatum Constantino politano Patriarchæ supra reliquos Orientis Patri archas, sed solum honorem in antecedendo quo ad ordinem in Episcoporum serie. Hoc enim nis ita esset, Alexandrino, Antiocheno, et Jeroso lymitano Patriarchæ non fuisset servata dignita Cap. 7. sancitum est, ut Ecclesiarum Prælati a corrigendos subditorum excessus maxime Clerico rum, et reformandos mores prudenter, et diligen ter intendant. Excessus tamen Canonicorum Eccle siæ Cathedralis, qui consveverunt corrigi per Ca pitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, quæ talen hactenus consvetudinem habuerunt, ad commoni tionem vel jussionem Episcopi corrigantur infra ter minum competentem ab Episcopo præfigendum alioquin ex tunc episcopus omni contradictione ces sante, ipsos prout cura animarum exegerit, per cen suram Ecclesiasticam corrigere non postponat. Ca 11. Constitutum est, ut in Ecclesiis Cathedralibu Magister ad Clericos docendos instituatur assigna to ei a Capitulo proventu unius præbendæ. Cap. 13 Ne nimia religionum diversitas gravem in Ecclesi Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ai Concilium, ne quis de cetero novam religionen inveniat, sed quicumque voluerit ad religionen converti, unam de approbatis assumat. Atta men adhuc in hoc eodem Concilio Lateranens est approbatus Ordo Prædicatorum a S. Domi nico institutus. Regulam quoque Fratrum Mino rum, cujus Instituti auctor S. Franciscus Sera phicus fuit, anno octavo post hoc Lateranens

Con-

Concilium approbavit Honorius III. successor Innocentii, cum ipsum Institutum jam adprobavisset Innocentius ante Concilium: et deinceps quoque instituti, et approbati sunt Ordines Religiosorum, quin et qui abrogati fuerunt, restituti, cum judicatum esset per Apostolicam Sedem illorum operam Ecclesiæ emolumento futuram. Cap. 21. Omnis utriusque sexus, ait Concilium, fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter adminus in Pascha Eucharistiæ sacramentum: alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepultura. Cap. 50. Impedimentum matrimonii ex consangvinitate, et affinitate ad quartum usque gradum, non ultra, est determinatum. Interdicuntur clandestina matrimonia. Extremum, nova expeditio constituta est in diem 1. Junii anni subsequentis ad liberandam Terram sanctam. Die ultima ejusdem mensis Novembris, quo coepit, terminatum etiam est Concilium.

§. 4.

Ordines Religiosi ante Conc. Lateran. IV. partim ex Ordine S. Benedicti propagati, partim novi exorti.

In hoc Concilio statutum etiam factum esse de Ordinibus Religiosorum non ulterius multiplicandis, est paulo ante demonstratum. Statim ut

ut vitæ genus monasticæ cœpit, non omnes 1
nachi eamdem vivendi disciplinam, ne in ha
quidem exteriore observaverunt. De initiis
anachoretici quam monastici instituti fuit jam
pra Part. I. §. 24. Neque enim monasteria, et
rum Præsides alii ab aliis pendebant. Ne illa
dem monasteria, quæ regulam S. Benedicti
quebantur, et nunc etiam sequuntur, ex C
nensi monasterio, cujus auctor S. Benedictus
in omnes regiones valde propagata: nisi in
busdam locis, velut in Hungaria, ubi ista pr
suos seorsim Abbates tamen adhuc Archiabba
in monasterio Montis Pannoniæ habent. Ben
ctus patria Nursinus, nobili genere natus,
mum ad locum, qui Sublacus dicitur in fin
Campaniæ, secessit, et unde Cassinum tran
ubi Apollinis simulacro, qui ibi adhuc coleb
everso, et confracto, monasterium exstruxit a.
Multiplicata in immensum est familia S. B
dicti, ejusque monasteria, et procedente t
pore ab hac velut matre prognatæ sunt
sus aliæ Monachorum familiæ, quemadmo
nomine ita etiam institutis quibusdam, im
vestitu differentes. Tales erant monachi V
Umbrosæ, intra excelsos montis Apennini cc
quorum auctor fuit S. Joannes Gualbertus
1070. tales Clumiacenses, quorum Ordinem
stituit Berno Abbas in Gallia, an. 910.
montis Oliveti, quorum auctor fuit B. Ber
dus Ptolomæus in Tuscia an. 1313. tales G
dimontenses in Gallia instituti a S. Stephano
bate qui a. 1056. vita functus est, tales S
strinæ Congregationis, quam instituit B. S
ster Guzolinus, qui a. 1267. diem obiit su
mum, tales Cælestini, quos instituit Petrus
Murrhon Eremita, qui deinde factus Rom
Po

Pontifex Cælestinus fuit vocatus post Nicolaum IV. a. 1294. tales, Camaldulenses, quorum auctor fuit S. Romualdus Ravennas, cujus mors in a. 1027. incidit. Etiam Ordo Cisterciensium processit ex Ordine S. Benedicti.

Robertus, Abbas Molismensis monasterii, in Burgundia, videns elanguissse veterem disciplinam apud se, a S. Benedicto traditam a. 1098. cum iis monachis istius monasterii, quibus cordi erat disciplina monastica, reliquit ceteros non similiter erga hanc affectos, et Cistercium in territorio Divionensi ejusdem Burgundiæ se recepit, monasterioque exstructo disciplinam in hoc reduxit veterem. Intercesserunt anni quatuor, et decem, nec ullum nacti sunt novitium ob vitæ austeritatem, quæ observata fuit in hoc monasterio, ut non sine causa vererentur monachi hoc monasterium incolentes, ne quod bene cœpissent, brevi desineret. Hac solicitudine levati sunt, dum Bernardus Burgundus in loco *Fontaines* prope Divionem juvenis loco nobili natus anno suæ ætatis vigesimo et secundo hoc ingressus est monasterium cum sociis triginta, atque ita, qui brevi collapsurus videbatur, nova subsidia, et firmamenta sumpsit Ordo Cisterciensium, in hoc monasterio a Roberto Abbate institutus: cumque in hoc disciplina monastica floreret, factum est, ut idem Ordo propagatus sit per alias etiam regiones vehementer, quo S. Bernardus plurimum contulit, qui tunc in Ecclesia vitæ sanctimonia, eruditione, rebusque quas pro eadem Ecclesia gessit, unus omnium fulsit maxime, ut hunc non immerito idem Cisterciensium Ordo habeat et colat pro præcipuo suo Statore, et amplificatore. Inter monasteria quoque hujus Ordi-

Ordinis Claraevallense, cui S. Bernardus Abb
præfuit, fuit omnium celeberrimum et præc
puum. Disciplinæ monasticæ instauratio, qu
causam dedit Cisterciensium Ordini fuit et ceter
Ordinibus, et Congregationibus, quæ ex Ordir
S. Benedicti processerunt, seorsimque ab hc
regulam sibi vivendi statuerunt. *Silvester Mau
rolicus in Oceano omnium Religion. Aubertus M
ræus in Originibus Monasticis.*

Præter hos vero Ordines, quasi quasdam pr
pagines Ordinis S. Benedicti, plures etiam exo
ti sunt, qui a seipsis initium sumpserunt. Ex h
fuit Ordo Carthusianorum a. 1084. institutus
S. Brunone. Coloniæ natus, ac Parisiis Philoso
phicis, Theologicisque disciplinis excultus, poste
Rhemensis factus est Canonicus, et Studiorum Re
ctor. Deinde cum sex sociis ad Hugonem Ep
scopum Gratianopolitanum in Delphinatu, qu
Galliæ provincia est, se contulit, et ab eo locu
in ejus dioecesi, qui Carthusia vocatur obtinui
ibique solitariæ vitæ genus valde austerum cu
sociis colere instituit secundum regulam S. Augu
stini. Res, quæ illum moverit ad hoc, fertur ist
fuisse. Cum adhuc Parisiis esset, et Raymund
Diocres Doctori Theologiæ in Academia Parisien
si, qui in sanctitatis opinione apud omnes era
mortuo justa persolverentur, dum in Officio De
functorum ad illa verba primæ lectionis in secund
nocturno ventum esset: *Responde mihi, quanta
habeo iniquitates, et delicta mea ostende mih*
hunc ex tumba caput ter levavisse et alta voce d
xisse, primo se accusatum esse, secundo judica
tum, tertio condemnatum. Quod spectaculum
cui et ipse interfuerit, cum animum Brunonis in
time penetrasset, statuisse rebus mundanis re
nun-

nunciare tutioremque viam salutis inire. Res hæc a Carthusianis in eorum claustris solebat depicta esse, habeturque etiam apud Scriptores, Willelmum de Erbuta, Henricum de Calcaria, et in Chronico Magnæ Carthusiæ: sed qui omnes nonnisi ex seculo decimo tertio, vel decimo quarto sunt. Tacent vero de hac Scriptores omnes coævi, ipse etiam Guibertus Abbas in Vita S. Brunonis, imo aliam etiam affert causam, cur tædio rerum mundanarum solitudinem petierit, quod Manassis Archiepiscopi odium incurrerit, ut munere Cancellarii etiam ab eo privatus sit, quia pro disciplina Ecclesiastica steterit, quam ipse Archiepiscopus sua vivendi ratione non sustentabat bene. Ipse etiam Bruno in epistola ad Radulphum Præpositum Rhemensem, qua hunc sui propositi, quod secum una conceperat de petenda eremo, admonuit, ne tardaret exsequi, hocce propositum ei memorans, tamen ne verbulum quidem facit de illius Doctoris post mortem e tumba illa locutione. Hæc videntur satis esse ad ferendum judicium de veritate istius narrationis.

Alter Ordo novus exortus est circa an. 1120. dictus Præmonstratensium a loco, qui dicebatur Præmonstratum in diœcesi Laudunensi in Gallia, ubi ejus prima fundamenta jacta sunt a S. Norberto. Hic prope Coloniam illustri genere natus, ab adolescentia liberius vivere cœpit, suis indulgens cupiditatibus, ita ut ea, quæ Fides Catholica docet de suppliciis impiorum æternis, non dubitaret etiam pro fabula, et commento habere. Accidit, ut illo animi causa in campo equitante, vehemens exorta tempestas sit, terraque inter cœli maximos fragores, valde prope eum hiatum fece-

fecerit, ipseque ab equo, territo tonitru, excussus in terram sit. Quæ res ita Norbertum perculit, ut statim de vita sua aliter instituenda, propositum fecerit. Factus Sacerdos non satis habuit vitam instituere ad omnem normam Christianæ pietatis, verum ut alios etiam a vitiis abstraheret, et ad agendam pœnitentiam permoveret, indutus melotam, id est, tunicam ex ovina pelle, nudipes urbes, et loca peragraverit, monendo, et hortando omnes ad pie vivendum, agendamque pœnitentiam. Quod cum in Laudunensi diœcesi etiam fecisset, a Bartholomæo Episcopo Laudunensi rogatus, ut sibi, atque sociis suis, quos jam nactus plures erat, domicilium apud se constitueret; in loco, quem Præmonstratum vocabant, inter asperos montes hoc fecit: inde ejus disciplina ita propagata est, ut annis triginta post jam fere centum monasteria in diversis regnis Ordo Præmonstratensium numeraverit. Regulam suis Norbertus tradidit S. Augustini. Demum factus etiam Archiepiscopus Magdeburgensis, a. 1134. diem obiit supremum. *Vita S. Norberti apud Bolland.* Iidem deinde Canonici Regulares appellari cœperunt: neque nisi nomine a Cœnobitis differentes. Quin in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus Canonici non alii etiam fuerunt, quam tales, qui in communi vixerint juxta certam Religiosæ vitæ regulam. Unde ipsum etiam Canonicorum nomen venit, quod significat Regulares. Quin Episcopis ex Decretali: *Quoniam a Gregorio IX.* Tit. *De Vita et honestate Clericor.* jus etiam datum fuit Canonicos compellendi ad vivendum in communi subque una certa regula. Atque hinc secutum est, ut tales dicerentur Canonici Regulares, cum jam ipsum Canonicum idem sit, quod Regularis

Ter-

Tertius Ordo circa eumdem a. 1120. enatus est Humiliatorum. Quosdam e Longobardia, quia a se aversos viderat, Henricus V. Imperator abduxerat in Germaniam, neque enim omnia illius acta ejusmodi erant, quæ grata cunctis possent esse. Ibi in captivitate diutius detenti, inque miseriis vestem assumpserunt cinerei coloris, pietatisque operibus se se addixerunt. Quamobrem liberi dimissi ab Henrico sunt, cumque reversi in Longobardiam essent, eamdem vivendi rationem inter se consociati continuarunt, prius absque ulla sibi peculiari regula, quam vero postea S. Bernardus Clarævallensis iis tradidit, Innocentiusque III. approbavit, et quæ sicut Cisterciensium, e quibus etiam S. Bernardus fuit, ita et Humiliatorum sumpta a S. Benedicto fuit. Munus etiam Evangelii prædicandi exercuerunt, sibique habuerunt concessum ab eodem Pontifice, non tamen absque Præsulum consensu, in quorum dioecesibus hoc faciebant, tamque Albigensibus testimonio Jacobi de Vitriaco *Histor. Occidental. Cap.* 28. formidabiles erant, qui eo tempore grassabantur, ut disputando ab his victi cum fuissent sæpius; pudore confusi non sint ausi vel se his ostendere. Desciverunt autem postea ab suo instituto vivendi, quos cum S. Carolus Borromæus revocare ad regulam, quam professi erant, voluisset, iique tam obstinati in sua licentia fuissent, ut aliqui ex ipsis eumdem Carolum, virum sanctissimum, conati essent perimere sclopo in eum exploso, Pius V. Rom. Pont. totum hunc ordinem sustulit. *Jacob. de Vitriaco Histor. Occidental. Cap* 28. *Philip. Bergomens. in Supplemento ad a.* 1189.

Cir-

Circa idem hoc tempus, aut aliquantulo etiam ante Ordo SS. Trinitatis exsurrexit. S. Joannes de Matha, et S. Felix Valesius in Gallia hunc condiderunt ad redimendos e Saracenorum captivitate Christianos, unde postea in alias etiam regiones propagatus, et ab Innocentio Papa a. 1198. confirmatus est. Hi alibi Trinitarii appellati, in Gallia vocati sunt Maturini, quod quam Parisiis habuerunt Ecclesiam, in memoriam S. Maturini Deo fuerit sacrata. In eumdem hunc finem redemptionis Captivorum in Hispania institutus etiam est postea a. 1223. a S. Petro Nolasco Ordo S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, inprimis ad eos redimendos, qui in Hispania a Mauris capti erant, cujus magnam partem sibi subjugatam habebant. Gregorius IX. Papa hunc confirmavit. *Silvest. Maurolic. Jacob. de Vitriac. Hist. Occident. cap.* 20.

Ad an. 1185. pertinet initium Ordinis Carmelitarum, auctore Bertoldo Sacerdote e Calabria oriundo, qui in monte Carmelo in Palæstina reperto antiquo, sed destructo monasterio, et refecto, adjectaque parvula Ecclesia, cum sociis decem hoc incolere cœpit Aymerico sibi favente, qui ab Alexandro III. Papa legatus in Orientem missus, factus est Patriarcha Antiochenus. Hæc constant ex Joanne Phoca, qui Patriarchæ Aymerico fuit coævus, cujusque libellum Leo Allatius latine vertit, et quod Amstelodami a. 1654. typis editum est. B. Albertus primum Vercellensis Episcopus, deinde Jerosolymitanus Patriarcha, pro Carmelitis regulam composuit, quam Honorius III. a. 1226. confirmavit. Ex Oriente autem Occidentem venerunt re Christiana afflicta, et ... statum relapsa per Saracenos in Orien-

Oriente. Per multa se jam diffuderunt monasteria in Palæstina et Syria. Id, quod hinc licet advertere. Nam cum deliberassent in Comitiis sui Ordinis a. 1291. quemadmodum est scriptum a Guillelmo de Sanuvico Eremita montis Carmeli in Chronico, liceretne sibi Terram sanctam deserere, Carmelitæ 1237. fuerint in hoc Ordinis sui conventu. Ipsi Carmelitæ sui Instituti originem non dubitarunt referre ad Eliam Prophetam, nec non ad primævum Ecclesiæ tempus sub ipsis Apostolis, hoc jam tempore ponentes fuisse quosdam e primis Christi fidelibus, qui ad imitationem Eliæ in eo Carmeli loco, in quo ille olim adscendentem nebulam Deiparæ Virginis typo insignem conspexerat, eidem virgini Sacellum construxerint, quo hi quotidie convenerint ad eamdem Virginem sanctissimam piis precationibus et laudibus colendam. Ad hanc persvasionem pervenerint ex illo veteri, et ruina collapso monasterio, quod instauratum iterum Bertoldus incolere cœpit cum suis sociis. Hinc autem solum sequitur, fuisse jam aliquod monasterium, postquam monasticum institutum vigere cœpit, non vero jam sub Apostolis, vel ad honorandam Virginis Deiparæ memoriam, vel adhuc vitam degenti in hoc mundo fuisse ædificatum Sacellum. S. Hieronymus summa accuratione scripsit de sacris Palæstinæ locis, quæ S. Paula venerationis causa inviserit, in Vita ejusdem Paulæ. Paulane omisisset hunc a primis Christianis jam in veneratione habitum locum adire, et Hieronymus memorare? Iidem Carmelitæ se consveverunt appellare *Fratres S. Mariæ de Monte Carmelo.* At vero Honorii III. Papæ diploma, quo confirmavit Regulam pro Carmelitis hanc habet Inscriptionem: *Priori, et Fratribus Eremitis de Monte Carmelo.* Nondum igitur

tur vocabantur Fratres S. Mariæ, quasi ab illo Sacello, in quo Beata Virgo culta sit jam a principio Ecclesiæ in monte Carmelo. Iidem Carmelitæ, eorumque Prior Brocardus cum in Palæstina molestiam passi fuissent, et ab Episcopis, aliisque Clericis reprehenderentur, quod adversus statutum Concilii Lateranensis IV. novum sibi Ordinem instituissent, atque idcirco suæ Regulæ confirmandæ causa ad Honorium III. recurrissent, nihil aliud attulerunt petentes istius suæ Regulæ confirmationem, quam sibi hanc datam, et præscriptam esse ab Alberto Patriarcha Jerosolymitano: nec aliquid, quod sane non prætermissuri fuissent de origine sua illa jam ab Apostolorum ævo, deque Ordinis sui tam vetusto instituto ad colendam, et laudibus celebrandam Virginem Deiparam memorarunt. Eadem tamen ratione concedi Carmelitis potest, hos Eliam habere primum sui Ordinis parentem, et auctorem, qua etiam S. Hieronymus in Epistola ad Paulinam de seipso scripsit: *Noster princeps Elias, noster Elisæus, nostri duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris, et solitudinibus, et faciebant sibi tabernacula prope fluenta Jordanis.* Ordinem Carmelitarum cum a suo primo fervore remisisset, S. Theresia Virgo nobilis Abulensis adjutoribus S. Joanne a Cruce, et Antonio Heredio ad primævam disciplinam reduxit, regularumque observationem. Hi deinde separati ab aliis Carmelitis dicti sunt Carmelitæ Discalceati. Hoc factum est a. 1580 quo Gregorius XIII. rem hanc confirmavit.

Alter Ordo pariter ex Oriente in Occidentem propagatus est Monachorum S. Basilii, cujus monasteria etiam nunc in Hungaria florent Græci Ritus Catholicos Religiosos complectentia

Is

Is circa a. 329. natus, vixit usque ad a. 379. Qui postquam scientiis instructus egregie fuisset, monasteriaque invisisset per Palæstinam, Aegyptum, et Syriam celeberrima, ut instituta Monasticæ vitæ, et disciplinam colligeret, domum reversus Cæsaream Cappadociæ, ipse etiam petit solitudinem, exstructoque monasterio vixit vitam monachi, secundum regulam, quam ipse composuit, observandamque dedit monachis, sibi associatis in monasterio. Quin ex ejus epistolis apparet, etiam postquam factus fuisset Episcopus ejusdem metropolis Cæsareensis, vixisse cum monachis, vel quasi monachis, qui vitæ istius desiderio in illius se contubernium contulerint. Quin tota urbs Cæsarea eo Episcopo poterat videri quasi unum monasterium. De qua ipse Basilius ita Epist. 207. scripsit: *De nocte siquidem consurgit apud nos populus ad domum precationis, et in labore, in afflictionibus, ac jugibus lacrymis confitentes Deo tandem a precatione surgentes ad psalmodiam transeunt. Et nunc quidem in duas partes divisi alternis succinentes psallunt, ac simul et meditationem Scripturarum inde corroborant, et animum attentum, et cor evagationis expers sibi ipsi comparant. Postea rursus uni committentes, ut prior canat, reliqui succinunt. Et sic posteaquam in psalmodiæ varietate noctem traduxere intermixtis precibus, die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore, et uno corde Psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba pœnitentiæ facientes.* Hi monachi S. Basilii etiam nunc in Hungaria retinent Græcum divini cultus ritum: Eremitæ de Monte Carmelo, cum ab iis Ordo ipsorum institutus esset, qui ex Occidente eo venerant ad re-

recuperandam Terram sanctam, in Oriente riti adhibuerunt Latinum imo et hanc lingvam.

§. 5.

Ordines Religiosi deinceps, et post Conc. Lat ranense IV. exorti.

Ex his primus fuit Ordo Prædicatorum, cı jus jam facta mentio est, a S. Dominico institı tus. Calarogæ in Hispania patre Felice Gusmaı a. 1170. natus est. Ubi adolevit, et Palentiæ Stı diorum cursum absolvit, a Didaco Oxomensi Ep scopo inter Canonicos Regulares relatus, eun demque comitatus Romam, ab Innocentio I socius eidem Didaco datus est, et missus in Ga liam ad Albigenses ab errore revocandos. Quı munus cum strenue curasset una cum Didac pluribusque aliis, maxime ex Ordine Cistercieı sium, et in Concilio deinde Lateranensi IV. d liberatum fuisset de hominibus idoneis huic op ri in perpetuum designandis; S. Dominico in e dem Concilio id negotii datum est, ut socios huı in finem colligeret, sibique adjungeret, et Inst tutum formaret componendo regulam pro hoc Instituto. Quod cum factum esset a S. Dominı Ordinem Prædicatorum Honorius III. qui Inn centio III. successit approbavit, et suo decre firmavit. Omnium primum, et præcipuum S. D minicus in sui instituti alumnis esse voluit Scı pturam sacram, et Sanctos Patres assidue volv re ad doctrinam comparandam, qua instructi e sent ad errores tam verbo, quam scriptis opeı bus refellendos, ad instruendosque in pietate Chı stiana fideles, et vitia eorum exstirpanda de iis-

iisdem Evangelica etiam paupertate, quam in omni vitæ suæ ratione observare deberent. Eidem S. Dominico tribuitur etiam illa precandi ratio per Rosarium, quamque et ipse adhibuit, et aliis commendavit ad impetrandum patrocinium Beatissimæ Virginis adversus hæreses. Idque perhibent non solum Scriptores hujus Ordinis Prædicatorum, verum etiam Leo X., Pius V. et Sixtus V. in suis pro hoc Ordine rescriptis, et quæ Malvenda exhibet etiam secundum verba in Annalibus ad a. 1225. *Præter hunc de hoc Ordine scripserunt Bernardus Güidonis in Annalib. Ordinis, B. Jordanus, Jacobus de Voragine, pluresque alii.*

Alter est Ordo Fratrum Minorum, quem S. Franciscus, ab ardore charitatis in Deum Seraphicus cognominatus, instituit a. 1208. Assisiis in Umbria patre Bernardone, divite mercatore, natus est. Joannes fuit primum ejus nomen: sed quod lingvam Francicam expeditissime etiam loqueretur, vulgo Franciscum appellarunt, quod ei nomen adhæsit. A puero valde fuit benignus erga pauperes. Cujus largitatem in hos, et quod pecunia, quam ex mercatu quadam vice collegerat, Ecclesiam S. Damiani ruinosam voluisset reficere, velut prodigum coram Guidone Episcopo Assisiate bonis paternis jussit cedere. Quod ille promptissime fecit, tunica etiam, qua indutus fuit, rejecta patri. Exinde pauper statuit vivere. Itaque vili tunica contentus, funeque præcinctus, nudisque pedibus stipem, unde vitam sustentaret, emendicabat. Invenit vero socios, semperque in dies plures. Ex stipe, quam cum sociis collegerat, primum refecerat Ecclesiam S. Damiani, deinde alteram S. Petri, et tertiam quoque S. Reginæ Angelorum in loco, cui Portiunculæ nomen fuit, atque isthic ædiculam si-

bi, sociisque extruxit, postquam hunc a Monachis S. Benedicti, ad quos pertinebat, obtinuisset. Societatem, quam formavit, eo destinavit, ut tam verbo, quam exemplo omnes a rerum mundanarum amore abstractos ad pietatem, et ad quærenda cælestia præ omnibus rebus aliis induceret. Ad hoc ipse, et socii civitates, et loca perambulantes Verbum Dei spargebant, et monita salutis dabant tali cum modestia, et demissione animi, atque pietatis affectu, ut omnes in sui admirationem raperent, pronissimosque ad audiendum haberent. Romam deinde cum novem sociis Franciscus ivit, petiturus confirmationem suæ societatis ab Innocentio III. eamque obtinuit postquam Pontifex fuisset admonitus, ne hominis petitionem despiceret, cujus humeris Ecclesiam fultum iri ei per somnium erat repræsentatum. Regulam a Francisco sibi oblatam, primo Innocentius probavit, deinde Honorius III. confirmavit. De incremento istius Ordinis sic scribit Matthæus Paris. in Hist. Anglicana ad a. 1227. *Multi nobiles ipsius* (Francisci) *exemplum secuti relicto seculo cum vitiis, et concupiscentiis ejus, se se magisterio ejus subdiderunt. Crevit igitur in brevi hic Ordo Fratrum, qui Minores dicuntur, per orbem universum: qui in urbibus habitantes, et castellis, deni, et septeni exierunt in diebus illis per villas, et Ecclesias Parochiales verbum vitæ prædicantes, et turbis agrestibus virtutum plantaria inserentes, fructum Domino plurimum obtulerunt. Nec solum inter Fideles semen verbi Dei, et rorem doctrinæ cælestis consperserunt verum etiam ad Gentilium, et Saracenorum nationes se conferentes perhibuerunt testimonium veritati: inter quos etiam multi ad martyrii gloriam pervenerunt.*

Ipse

Ipse etiam Franciscus in Aegyptum ex Italia navigavit, et Meledino Aegypti Sultano Evangelium prædicavit, ejusque se demonstraturum veritatem promisit si rogo accenso, seque hunc ingresso, eumdem etiam ipsius Imani, et Scheiki subire vellent. Imani Turcis vocantur ii, qui Moscheis eorum præsident, Scheiki, qui ad populum sermones publice habent. Sultano respondente vix futurum ex his aliquem, qui in hanc conditionem ad explorandam Religionis veritatem velit consentire, Ergo ego, ait Franciscus, solus intrabo ignem, si promittis te Christianum futurum cum populo tuo, si illæsus ab igne mansero. Nec hanc admisit conditionem, metuens populi seditionem: Franciscum vero dimisit cum multa suæ erga eum benevolentiæ significatione, rogavitque, ut Deum precetur, ut is ei ostenderet, quam habeat religionem sibi gratiorem. *S. Bonaventura in Vita S. Francisci.* Etiam pro feminis cœnobium, Ecclesiæ S. Damiani contiguum, ædificavit, quod S. Claræ commisit regendum, æque Virgini Assisiati, secundum regulam a se pariter pro his compositam. Cum tales etiam permulti fuissent, qui se in disciplinam Francisci tradere cupiebant, sed matrimonio, aliisque impedimentis irretiti, quo minus possent ipsum ingredi Ordinem Minorum; his quoque prospexit dando talem regulam, ut quamvis manerent extra cœnobium, et in pristino vitæ suæ statu, etiam conjugali, tamen religiosius viverent nec tantum viri, verum etiam feminæ. Hos appellant Fratres, et sorores de Poenitentia, vel etiam Tertii Ordinis. Si unquam alias, eo tempore magna fuit corruptio morum, illudque vitium, quod S. Paulus ad Ephesios cap. 5. v. 3. scribens, nequidem nominari voluit,

quan-

quantum invaluerit etiam in iis, quibus nec conjugia permissa sunt, ostendunt ea, quæ in historia hac proxime superiorum seculorum demonstrata sunt. S. Franciscus ejusque socii una vili tunica induti, fune præcincti, nudipedes rigidam, et abstinentissimam vitam agentes sua Evangelii prædicatione in populis depulerunt inveteratam morum corruptionem, perfeceruntque, ut Christiana ubique reflouresceret pietas. *Jacobus de Vitriaco. Luc. Wading. in Annalib. Ord. Franc. Gonzaga*, *et alii.*

Ut in aliis Ordinibus Religiosorum accidit, ut primus fervor tepescat, ita hoc evenit etiam in Ordine Minorum. A S. Francisco, perque Regulam sibi ab eo datam jussi sunt abjecta cura, et sollicitudine omnium aliarum rerum totos se dedere iis, quæ ad Spiritus fervorem nutriendum, et augendum conferrent, ita, ut ne alimenti quidem ullum genus servarent penes se, paratum in diem alteram, etiam proxime subsequentem. Talem vero vivendi rationem quidam inter eos impatienter ferre cœperunt, atque improbabant, tamquam in qua sit Dei tentatio recurrendo ad ejus extraordinariam providentiam seposita propria cura sibi prospiciendi de alimentis, ceterisque vitæ subsidiis. Cum autem alii disciplinæ studiosiores contenderent, vi summæ paupertatis, quam eorum Regula habeat, hoc ipsis non licere, controversiaque esset deducta ad ipsum Romanum Pontificem Nicolaum III. qui Pontificatum iniit a. 1277. is Regulæ eorum ejusmodi declarationem fecit, ut professionem summæ paupertatis ipsis confirmaverit, attamen usum eorum, quæ haberent, ipsis attribuerit, dominium autem summæ paupertatis observandæ causa

sa

sa penes Sedem Apostolicam dixerit esse. Dum autem adhuc etiam postea disputatum inter eos de summa hac paupertate fuisset, et in hac eo deventum, ut quidam ex ipsis dicerent, nec Christum, nec Apostolos habuisse aliquid proprium in mundo; Clemens V. hanc assertionem velut Scripturæ contrariam improbavit, insuper dominium quod Nicolaus III. Sedi Apostolicæ servavit, ipsis redidit. Postquam vero, ut dictum est, disciplinæ rigor remisisset, quæ ansam etiam huic disputationi de summa paupertate dederat, non defuerunt inter Fratres minores, qui hanc rursus renovare studuerint. Unde vero Ordo, qui ante unus fuit, divisus in plures ejusdem S. Francisci Ordines est. Itaque præter Fratres Minores, qui deinde ad distinctionem ab aliis Francisci Ordinibus, Conventuales dici cœperunt, exortus est Ordo Minorum de Observantia, et Minorum Strictioris Observantiæ, quibus, et Recollectorum nomen datum est: Utrique autem uno vocabulo dicuntur etiam Franciscani. Ex Fratribus autem de Observantia, Matthæus de Bassio, cum nondum satis suum Ordinem existimasset esse reformatum ad primævam S. Francisci regulam, quod et ceteri, qui reformationem fecerant, sibi propositum habebant, efformavit Ordinem Minorum, quorum cognomen est Capucinorum a majore et cuspidata forma caputiorum, qualia in tunica sua gerunt. *Silvest. Maurolic. Marcus Ulisipon. in Histor. Seraphica. Zacharias Boverius in Annal. Capucinor.*

§. 6.

§. 6.

Continuatio de iisdem Ordinibus Religiosis.

Post Fratrum Minorum ordinem non mult post eodem seculo XIII. Eremitæ S. Augustii existere cœperunt. Neque enim hi originem suai ducunt a S. Augustino Episcopo Hipponensi, et hoc creditum a quibusdam sit, inde inprimi: quod inter Opera ejusdem S. Augustini sint Sei mones ad Fratres in Eremo, ejus nomen præs« ferentes. Neque enim Criticorum judicio hi ipsit sunt germani Sermones: ut hoc videre est apu Natalem Alexandrum *Hist. Eccl. Sec. V. cap.* ' *art.* 3. Equidem S. Augustinus, quemadmodu) est scriptum a Possidio in ejus Vita, factus Pre: byter monasterium Hippone exstruxerat, ibiqu in contubernio aliorum vixit monasticam vitai colentium; quin et Episcopus factus monachos s« cum habuit, cum quibus vixit: quod tamen Ir stitutum conservatum, et continuatum usque a hoc tempus seculi XIII. non est, cujus nec vest gium uspiam apparet post S. Augustinum. Eaten autem possunt hi Eremitæ seculo 13. exorti, di Eremitæ S. Augustini, quatenus ejus Regulam *a Servos Dei*, præcepta vitæ Religiosæ contine tem, sibi sequendam et observandam assumps rint. Quinque autem fere circa idem tempus Cor gregationes Eremitarum S. Augustini seorsim pr« dierunt, quas deinde Alexander IV. a. 1254. i unum corpus redegit subque uno Priore genera Lanfranco posuit, qui in Congregatione, qua: B. Joannes Bonus instituerat sub nomine Erem tarum S. Augustini eidem Joanni Bono success rat. Mantuæ natus est, et postquam adolevisse civitates, et oppida peragrans cantu, et musi

sibi

sibi victum quæsiverat. In morbum vero cum incidisset, et ex eo evasisset, omissa priore vivendi ratione solitudinem petiit in Romandiola non longe ab Cæsena, sociosque nactus originem dedit suæ Congregationi. Assumpserant autem vestitum similem ei, qui erat Fratribus Minoribus S. Francisci, quin et ipsum etiam Fratrum Minorum nomen. Qua de re cum hi querelam detulissent ad Gregorium IX. Papam, is Eremitis S. Augustini determinavit vestitum, tunicam vel nigri coloris, vel albi secundum ipsorum arbitrium cum manicis laxis, quales monachorum essent, et cingulum e corio: stipemque dum colligerent, ut dicerent, cujus Ordinis essent, eis præcepit. Vestitum eligendi quoad colorem optione sibi data utrumque adhibuerunt colorem, et usi sunt, albo domi et in claustris, nigro dum foras, et in publicum prodirent. Ex hoc Eremitarum S. Augustini Ordine a. 1408. enata est etiam Congregatio Canonicorum Regularium S. Augustini per Stephanum Senensem, ante Eremitam S. Augustini, postquam concedente Romano Pontifice factus Canonicus Regularis esset. A Gregorio XII. confirmationem hæc Congregatio accepit. Eremitæ autem S. Augustini circa medium seculi decimiquinti auctore Joanne Baptista Poggio primævam sui Ordinis disciplinam cum instaurassent, ii, qui hanc instaurationem susceperunt dicti sunt Discalceati. *Joan. Marques in Hist. Augustiniana. Jordanus de Saxonia in Vitis Fratrum.*

Alter post Eremitas S. Augustini Ordo rursus novus ortus est Jesuatorum, quod a populo iis nomen datum est, quod nomen Sanctissimum Jesu crebro in ore haberent, dicti aliter etiam Clerici Apostolici. Joannes Columbinus, nobilis Se-

Senensis, horum auctor fuit. E curia aliquando domum reversus cum impatienter prandium expectasset, quod nondum erat paratum, uxor librum, Vitas Sanctorum continentem, legendum ei dedit. Hunc primo abjecit, deinde tamen resumpsit: cumque casu incidisset in Vitam S. Mariæ Aegyptiacæ, cujus admodum severa, et poenitentiæ operibus dedita Vita erat, suorum erratorum dolore compunctus, propositum de vita religiosius instituenda illico concepit: habuitque sibi uxorem quoque et filiam unicam consentientem. Uxore itaque continentiam professa, et filia facta Sanctimoniali, facultatibusque in pauperes erogatis, cum Francisco Vincentio, æque nobili Senensi, obibat civitates, aliaque loca docens, et exhortans publice omnes ad poenitentiam. Brevi ejus sociorum numerus crevit ad sexaginta. Cum his Romam petiit sui Instituti, (Regulam et ipse assumpserat S. Augustini) confirmationem petiturus ab Apostolica Sede, idque in vestitu obsoleto, et plicito etiam de industria, nudisque pedibus cum corona in capite oleagina. Urbanus V. Pontifex a. 1367. Institutum hoc approbavit pro vestitu alba tunica iis data cum caputio ejusdem coloris, tunicæque adhærente, pallioque fusci coloris. Usque ad a. 1688. hoc duravit Institutum, quo illud Clemens IX. Papa abrogavit. *Silvest. Maurolic. Paulus Morigia.*

Ordo rursus novus Servorum B. Mariæ Virginis cœpit a. 1233. Florentiæ septem viris nobilitate, et divitiis conspicuis, inter quos Bonfilius de Monaldis fuit præcipuus, in unam societatem coeuntibus ad colendam Deiparam, ejusque dolores recolendos, ipso die, qui memoriæ sacratus est ejusdem Deiparæ assumptioni in cælum. Ardin-

ingus Archiepiscopus Florentinus Regulam S. ugustini iis dedit observandam, et vestem niram in locum cinereæ, quam sibi prius assumserant. Ordinem approbavit Alexander IV. iteumque confirmavit Benedictus XI. S. Philippum enitium pariter Florentinum habet hic Ordo sui ropagatorum præcipuum. *Michael Pocciantius* i *Chronio. Archangelus Gianius in Annalib.*

Ordo deinde effloruit Eremitarum S. Pauli Eremitæ, qui in Hungaria originem habet ab *usebio* Canonico Strigoniensi. Hic enim cum se l eremum contulisset, alios etiam eremicolas, spersos per solitudines collegit in unnm contubernium. Regulam etiam hi S. Augustini suceperunt observandam. Nec alia ratione appelti sunt Eremitæ S. Pauli, quam quod hunc, qui rimus Eremitarum fuit, imitati sint vitam degeno in solitudine: Neque enim S. Paulus I. Ereita ullos habuit vel alumnos, vel aliquod foraverat Institutum cujuscumque Religiosi ordiis. Joannes XXII. Papa ad petitionem Caroli *oberti* Regis Hungariæ a. 1328. Ordinem hunc pprobavit. Ejus rescriptum de hoc exstat apud *loricum* Raynaldum in Annalib. ad hunc eumm annum. *Silvest. Maurolio.* Etiam extra Hunriam ad Poloniam, Croatiam, Germaniam progatum hoc institutum fuit. Romæ quoque haerunt Claustrum, in Hungaria autem sola 170. r Josephum II. aboliti sunt.

Ordinem S. Salvatoris etiam sub Regula S. gustini instituit S. Birgitta e Regio Sveciæ Ren sangvine, postquam Ulphoni Nericiæ Princinupta octo prolium fuisset mater, ejusque vir Ordine Cisterciensium, in quem ingressus est, fun-

functus vita fuisset. Nec tantum pro feminis hoc fecerat, verum etiam pro viris, idque in eodem monasterio, attamen ut essent ab invicem separati: unus autem ex viris præditus sacerdotio utrisque præesset. Vestis grisei coloris utrisque erat cum cruce rubea. Vita illorum pure ascetica, et soli contemplationi Divinarum rerum dedita. *S. Antonin. Chron. Part.* 3. *Tit.* 24. *cap.* 11. Urbanus V. qui factus est Pontifex a. 1362. Ordinem hunc approbavit. Anno 1374. iterum novus Ordo Hieronymitarum in regno Castellæ in Hispania a Petro de Guadaffinaria institutus est, vitæ genus pariter asceticum sibi habens propositum. A Gregorio IX. obtinuit approbationem. Anno statim subsequente 1375. Mediolani Ordo S. Ambrosii novus prodiit, quem Gregorius XI. confirmavit. S. Augustini Regula etiam huic Ordini fuit: Officium vero Ambrosianum assumpserunt in Horis Canonicis recitandis. Prædicabant Verbum Dei, Confessiones excipiebant, aliaque munia obibant, quæ Parochis sunt propria, attamen nonnisi cum horum consensu. Itaque videtur hic Ordo eum in finem institutus esse, ut adjumentum, et subsidium præberetur Parochis. *Joan. Mariana lib.* 17. *de Rebus Hispan. cap.* 18. *Bullarium Rom. Tom. I. pag.* 289.

§. 7.

Ulterior continuatio de Ordinibus Religiosis.

Ordinem rursus novum a. 1435. condidit S. Franciscus de Paula, qui locus ejus natalis in Calabria fuit. Vitæ solitariæ amore in solitudinem se recepit, excisaque caverna in monte mari vi-

ino, in eam se abdidit solis herbis, et radici-
s victitans. Quamvis asperrimam vitam duceret,
nen nactus est plures, qui se ei adjungerent,
:tis similiter cavernis, in quibus sub ejus magi-
erio vitam degerent, totam rerum cælestium com-
mplationi intentam. Mox Franciscus pro se, et
ciis suis sacellum exstruxit, atque regulam his
iam vivendi dedit admodum austeram, interdicto
perpetuum carnium esu, nisi cuipiam eorum
aviter infirmo medicus cibum istius generis præ-
cripsisset. Multa Deus per illum signa, et pro-
igia fecit, ita ut Thaumaturgum vocarent, fuit-
ue vitæ illius sanctitas celebratissima. Itaque
udovico XI. Galliæ Regi aliisque viris Principi-
us impense charus, et honoratus erat, quem-
ue inviserent, sicque venerarentur, ut idem Lu-
ovicus Rex etiam flexis genibus ejus se preci-
us commendaret. Hinc factum est, ut favore
'rincipum hic Ordo celeriter propagatus sit per
aliam, Galliam, Hispaniam, et Germaniam.
ixtus IV. Ordinem hunc approbavit, habetque
omen Ordinis Minimorum Fratrum Eremitarum
'atris Francisci de Paula. *Henschenius, et Pa-
ebrochius in Supplemento Historico Actor. S.
rancisc. de Paula. Ludovicus Doni in Histor.
rdin.*

Hunc rursus Ordo secutus est Theatinorum,
em a. 1524. instituerunt Joannes Petrus Caraf-
Episcopus Theatinus, postea Pontifex factus
omanus, Paulus IV. nominatus, et Cajetanus
ienæus Vicentinus ad Cleri, et populi mores
m alibi, tum in Italia, ipsaque Urbe a pravi-
e revocandos. Paupertatis talem professionem
i assumpserunt, ut non solum nihil posside-
nt, sed neque eleemosynam peterent, et colli-
ge-

gerent, verum ex iis solis, quæ sponte sibi essent oblata, et donata, viverent. Et tamen in hac tali paupertate viris semper floruit hoc Institutum vitæ integritate, literis, concionibusque ad populum habendis, et in munere missionis ad infideles convertendos egregiis, et laudatissimis. A Clemente VII. confirmatus est hic Ordo. Extra Italiam non multa habuit domicilia. *Anton. Caraciolus in Vita Joan. Petri Caraffa, et Sociori Silvest. Maurolic. in Oceano omnium Religion.*

Ordinem Theatinorum secutus est biennio post a. 1526. Ordo Clericorum Regularium S. Pauli Decollati, Mediolani institutus ab Jacobo Antonio Morigia, Bartholomæo Ferrario, Mediolanensibus, et Francisco Maria Zacharia Cremonensi eum in finem, ut populum suis concionibus ad pœnitentiam, pieque vivendum excitarent, quo publicam etiam Epistolarum S. Pauli lectionem adhibebant. Iidem vocati sunt etiam Barnabitæ ab Ecclesia S. Barnabæ, quam Mediolani omnium primam habuerunt. A Clemente adprobatus est hic Ordo, ita tamen ut penderet ab Archiepiscopo Mediolanensi. *Clementis VII. Constitutio 37. in Bullario.* Jam a. 1534. rursus novus Ordo exsurrexit Clericorum Regularium de Somascha. S. Hieronymus Aemilianus, nobilis Venetus, ejus auctor fuit ad Orphanorum curam, ut recepti in certis domibus in pietate, literis, et in ipsis etiam artibus mechanicis instruerentur. Paulus IV. Papa hoc Institutum approbavit, iterumque Pius V. illud confirmavit. Cum confirmatione Pontificia datum fuit huic Ordini denominatio Clericorum Regularium S. Majoli de Papia; illud tamen etiam de Somascha eidem nomen mansit, ubi non longe a Mediolano Hieronymus

pri-

primum domicilium suo Ordini posuerat. *Augustinus Turtura ejusdem Instituti.*

Eodem anno 1534. initium sumpsit Societas Jesu per S. Ignatium Loyola nobili loco natum in Cantabria, provincia Hispaniæ. Aulam primum Catholici Regis, deinde militiam secutus, in bello, quod Carolus V. Imp. et Hispaniæ Rex habuit cum Francisco I. Galliæ Rege in Pampelonensi propugnatione in utroque crure globo gravissime vulneratus, eoque altero fere comminuto, jacens æger libros de heroum gestis cœpit legere. In manus ei venerant casu duo libri, alter Christi Vitam describens, alter Acta Martyrum. Ex horum lectione fastidium cepit mundanarum rerum, statuitque exinde Deo militare. Triginta jam fere annos natus literarum sibi subsidium, a Grammatica exorsus, comparavit. Parisiis postea sex sociis, e quibus fuit etiam S. Franciscus Xaverius, qui omnes Academicis Gradibus in Parisiensi Universitate insignes votis conceptis a. 1534. die, quæ sacra est Virgini Deiparæ in cælum assumptæ in ejusdem Ecclesia, in monte Martyrum, loco prope Parisios, fundamenta jecit Societatis. Præter tria aliis etiam Religiosis consveta, est Societati Jesu quartum de Missionibus votum, quo specialem ad has peragendas Romano Pontifici obedientiam spondent ad quoscumque infideles, et hæreticos dum mitterentur convertendos. Ad hæc inter Catholicos instaurare pietatem, studium, et cura æque summa Ignatio fuit. Hunc in finem aperuit gymnasia ad juventutem erudiendam, in Ecclesiis quoque totus incubuit ad populum Catechesibus, et concionibus instituendum, ad Sacramentorum etiam usum frequentiorem perductum, nihil prætermittens, quod ad excitandam,

vel

vel promovendam pietatem conferre posset, majorem gloriam, cujus studio omnia facieb nullique labori parcebat, semper in ore suo bens, semperque in mente, et omni cogitatio Paulus III. R. P. hoc Institutum approbavit a. 15 iterumque Julius III. a. 1550. nec non ipsa Sy dus Tridentina Sess. 25. cap. 16. declarans dum quoad alia Instituta Religiosorum quasd determinationes faceret non intendere aliquid novare, aut prohibere, quin Religio Clericor Societatis Jesu, juxta pium eorum Institutum Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, ejus Ecclesiæ inservire possit.

Hic Ordo Clericorum Societatis Jesu, quo n hus alter Religiosorum magis unquam floruit, t tosque fructus Religioni, et Ecclesiæ attulit infidelibus ad Fidem convertendis, in hæreti confutandis, pietateque Christiana inter Cath cos revehenda, et promovenda; circa medi seculi decimi octavi cadere cœpit. Deismus, jus præcipuus architectus in Gallia Voltaire ex Anglia veniens (suo loco de hoc deinde p adhuc dicetur) depravaverat Galliam, hinc serpserat ulterius plus minus in omnes Euro regiones. Fuit Deistarum, ut idem semper qu siverunt omnes architecti, et machinatores omni talium pestium, totum mundum transformare id, quod ipsi erant. Ne autem ipsis resisteret studuerunt Aularum ministros sibi conciliare adjungere. Adverterant autem hi, a Deistis pti, et irretiti, tantoque magis ipsi signiferi I ismi, se nihil profecturos, nisi Ordinem tam lentem, et in existimatione habitum apud om a Principum Aulis submovissent. Huc igi homines vaferrimi omne etiam suum consiliu

cona-

conatumque contulerunt. a) Contulerunt autem in hujus Ordinis Viros ejusmodi, quæ si vera fuissent, hi Principibus execrabiles esse merito potuissent. Sed quæ ipsis data crimini sunt, numquam probata erant, quamvis aliqui ex his tamquam insidiatores etiam vitæ Regum, affecti supplicio sint. Itaque factum est; ut Religiosi hujus Societatis omnes primum ex Portugallia, deinde Gallia, tum etiam ex Hispania, ex regno Neapolitano, Parma, et Malta excedere juberentur. Sed neque sic adhuc conquieverunt, donec easdem Aulas induxissent ad petendam, et urgendam ab Apostolica Sede ejusdem Ordinis ipsam sublationem, et abrogationem, ut quasi ipsa ejus radice, stirpitus evulsa, nulla eidem spes relinqueretur repullulandi. Tali ratione extorta est demum a Clemente XIV. Bulla, qua die 21. Julii a. 1773. Ordo exstinctus est. Franciscus Kareu, et alii seculares Presbyteri, a pluribus annis in Russico Imperio existentes, et olim addicti Societati Jesu, a. Clemente XIV. supressæ, preces Pio VII. obtulerunt, ut in unum corpus coalescerent: hos etiam Paulus I. Russorum Imperator impense commendaverat humanissimis literis die 11. Aug. 1800. ad Pium VII. datis, quibus declarabat, gratum sibi fore, si Catholicorum Imperii sui bono Societas Jesu auctoritate Romani Pontificis ibidem constitueretur. Facultas hæc est

a) Ihnen (Deistis, et Ministris Aularum Deismo addictis) war daran gelegen, einen Orden, der so eifrig für die christliche Religion eingenommen war, zu verfolgen, oder gar aus dem Wege zu räumen. Scripsit Philipp. Jacob von Huth, im Versuch einer Kirchengeschichte des achtzehnten Jahrhunderts. Augsburg. 2. Band pag. 161.

data die 7. Mart. 1801. sed duntaxat intra fin
Imperii Russici, constituto eodem Francisco K
reu Præposito generali: anno autem 1814. die 3
Julii ad preces Ferdinandi Regis extensa est a
regnum utriusque Siciliæ. Deferebanturque una
nimi fere totius Christiani orbis consensu instante
urgentesque petitiones ab Archiepiscopis, Epi
scopis, atque ab omnium insignium Personarun
Ordine, et cœtu pro ejusdem Ordinis restitutio
ne. Concessiones, et facultas pro Imperio Russi
co, et utraque Sicilia die 7. Aug. 1814. extens
est ab eodem Pio VII. ad Statum Ecclesiasticum
et ad omnes alias ditiones. Hæc de restitution
Societatis Jesu excerpta sunt ex ipsa Bulla Resti
tutionis, quæ eadem die 7. Aug. Romæ in Eccle
sia SS. Nomini sacra post celebratam Missam
Summo Pontifice ad aram, ubi corpus requie
scit S. Ignatii de Loyala, solenniter publicata fuit
Die 17. Maji a. 1824. Leo XII. per Breve suum
Apostolicum eidem Societati Jesu restituit Roma
num Collegium, quod jactis ejus fundamentis pe
S. Ignatium Loyola a Gregorio XIII. Pontific
molitione ingenti, ac magnificentissima exstru
ctum fuit Religioni ac bonis artibus tradendis
procuratumque jam etiam antea ab eadem Socie
tate fuit, annuo censu scutorum duodecim mill
um monetæ Romanæ ex ærario Pontificio assigna
to in perpetuum. Scutum Romanum æquivale
flor. Rhenens. Eidem Societati destinavit idem
Summus Pontifex Collegium, quod educandis, eru
diendisque nobilibus alumnis se ædificaturum i
eodem Brevi declaraverat.

Alium rursus Ordinem a. 1550. instituit S
Joannes de Deo Lusitanus: qui cum Granatæ i
Lusitania coepisset, se brevi per alias plures Euro

pæ

pæ regiones diffudit. Præter ordinaria aliis Religionibus vota, habet quartum de infirmis, et ægrotis juvandis, et curandis. A Pio V. R. P. hic Ordo, qui Fratrum Misericordiæ vocatur, confirmatus est a. 1572. Alterum Ordinem Clericorum Regularium ministrantium infirmis Romæ instituit S. Camillus de Lellis, Theatinæ diœcesis Presbyter, quem Sixtus V. R. P. confirmavit a. 1585. In eo differunt a Fratribus Misericordiæ, quod hi laici sint, excepto uno Presbytero in singulis domibus eorum, et ad curanda ægrorum corpora, ipsorum professio dirigatur, Camilliani vero sint Clerici voto se obstringentes ad curam impendendam spiritualem infirmis, et moribundis. Inter Ordines, qui Solennia Vota habent (in eo hæc ab aliis votis differunt, quæ dici solent Simplicia, quod hæc solvi possint ex justa causa ab Episcopis, illa solvantur nonnisi per Romanum Pontificem,) ultimus ad hoc tempus est Ordo Scholarum Piarum ad informandam pietate, et literis juventutem præsertim pauperem, et gratuito, vi suæ professionis atque voti. Nam etsi hoc a Societate Jesu etiam factum sit, et fiat, et ab Clericis Regularibus de Somascha, imo et in monasteriis juventutis institutio in pietate et literis jam olim facta sit; tamen nullus adhuc ordo erat, qui hoc ex professo, seque obstringendo per votum fecerit. S. Josephus Calasanctius, Petraltæ in Aragonia nobili genere natus, hunc Romæ fundavit a. 1597. Gregorius XV. eumdem a. 1621. confirmavit. Cum Ordo non tantum in Italia ad alias civitates, et loca, verum etiam in regna alia fuisset statim expetitus a permultis, neque tot suppeterent ex Clericis, qui dari et mitti possent, defectus hujus supplendi causa adhibiti sunt ad docendam juventutem etiam Fratres, quos in hoc

Ordine Operarios vocant, et ad domestica s
lummodo munia destinati sunt, qui non imper
literarum idonei judicati sunt ad docendum, hi
que biretorum, quod capitis tegmen est, conce
sus usus erat. Unde vero factum est, ut hi etiai
ad Sacerdotium adspiraverint: cumque hoc i
negatum fuisset, patrocinia exterorum conqui
rendo turbas excitaverint. Hæ quamvis vix alicu
jus momenti essent, tamen hoc arripuerunt a
obtrectandum, et nocendum toti Ordini: quidai
ex alio Ordine, apud quos in invidiam vener
Ordo Scholarum Piarum propter favorem, in qu
erat apud Viros etiam Principes. Cum igitur un
ex hoc ipso Ordine inquirendi in turbarum cau
sam negotium commissum fuisset ab Innocen
tio X. atque iste rem, prout affectus ei dictaverat
depinxisset, et ex musca leonem fecisset, Ord
non quidem sublatus, sed ad Congregationem
simplicia tantum vota habentem, quorumque obli
gatio eousque tantum maneret, quousque qui
manere in Congregatione voluisset, ab eodem Pon
tifice redactus est ipso adhuc S. Josepho Fundato
re Ordinis vivente. Intercesserunt vero anni non
nisi undecim, et Clemens IX. ad plurimorum Prin
cipum preces, sibi instanter factas, eumdem Or
dinem a. 1669. reposuit eo, unde erat dejectus
Franc. Maria Bonadu ejusd. Ord. in Vita S. Jo
Calas.

Præter hos Ordines tam multa adhuc fuerunt In
stituta Virorum, qui in societatem coiverunt, et ve
solam asceticam vivendi rationem sibi propositam
habuerunt, vel etiam secuti aliquod officii genus
quod exhibendo aliis dirigeretur ad obsequium erg
Deum. Qualis fuit Congregatio Oratorii institut
Romæ a S. Philippo Nerio ad Fideles Verbo Dei

et

et Sacramentorum administratione assiduo, et quasi continenter pascendos, se se his ad hæc semper promptos, et paratos exhibendo; qualis Congregatio Presbyterorum Secularium Missionis, quod ei nomen fuit, Parisiis a S. Vincentio a Paulo instituta ad pauperes, et rusticanos homines excolendos Religionis doctrina; qualis Congregatio Oratorii Jesu, a Petro Cardinale de Barulle instituta Parisiis, ut plures alias istiusmodi Congregationes prætermittam, quas omnes colligere, et describere quam longum esset, hinc intelligi potest, quod Silvester Maurolicus Opus suum, in quo sibi proposuerat hoc effectum dare, et recensere omnia Instituta Religiosorum, hunc Oceanum Religionum omnium appellaverit, istoque nomine insigniverit.

Inter hæc Instituta Religionum, quæ sunt recensita a me, fuit memoratum et illud Sanctimonialium, quod formatum a S. Francisco Seraphico primam rectricem S. Claram habuit, et alterum quod a S. Birgitta fundatum fuit. Fuerunt autem, et alia quam plurima, perstantque etiam adhuc nunc multa. Neque enim hæc, qua nos vivimus, valle propitia Religiosorum Ordinibus sive virorum, sive feminarum ætas fuit, quarum alia nonnisi asceticam vitam colere voluerunt, alia ejusmodi pietatis opus profiteri, quo inservirent etiam aliis. Tales sunt Virgines, Deo sacratæ, quæ Elisabethinæ vocantur, quæ curam et obsequium exhibent ægrotis feminis; tales, quæ puellas docent, tamque in pietate instruunt Christiana, quam in artibus, quæ illi sexui conveniunt, ut sunt Virgines Ursulinæ, et quæ Notter Dame, et Anglicanæ vocantur. Adversus illa Religionum Instituta, in quibus, qui essent, sibi tantum vacarent, suamque

que salutem æternam quærere curarent, præse
tim insurrexit nostræ ætatis genius, tamquam qu
societati humanæ viderentur infructuosa, et in
tilia. Non est vero finis, qui hominibus a D
datus, et præstitutus est, commoditas rerum,
fortunarum temporalium, sed quærere illa an
omnia, quæ sursum sunt, non quæ super te
ram. *Coloss.* 3. *v.* 2. Est etiam ipsius Christi ho
*Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erg
plurima. Porro unum est necessarium. Mari
optimam partem elegit, quæ non auferetur ab e*
Luc. 10. v. 41. Qui asceticam vitam vixerun
vel sibi subsidia vitæ suis manibus quæsiverun
ut veteres erant anachoretæ, et monachi, vel h
etiam provisum ad vitam sustentandam per pi
fundationes est, ut viverent, soli Deo servie
tes, nemini hominum graves, et molesti, et
quibus tamen numquam non etiam prodiveri
viri et sanctimonia præditi, et doctrina exculti
simi ad regendas in Episcopali munere Ecclesia
fortissimaque propugnacula Religionis adversus ha
reses, et corruptores Religionis. Actuosum vi
genus, quod plures Religiosi Ordines habent
suæ professionis, pertinet ad adjutorium aliis pra
bendum, vel etiam ad id supplendum, quod f
cere alii deberent, et facere negligunt. Ann
autem humanæ societati oneri ii potius sunt, qu
bus subsidium impendi ab aliis debet, quam q
nullum tale requirentes vitam tamen ad norma
Christianæ pietatis instituunt? *Quærite primu
regnum Dei.* Matth. 6. v. 33.

§. 8.

§. 8.

De Innocentii III. post mortem apparitione. Honorius III. Papa. Friderici II. votum de expeditione in Terram sanctam: qualiter hoc executus sit. Ejus pactio cum Sultano. Gregorius IX. Papa.

Post celebratum Concilium Lateranense IV. anno altero Innocentius III. decessit. Thomas Cantipratensis *in Vita S. Lutgardis Virg. lib.* 2. *cap.* 7. *apud Surium Tom.* 3. *die* 10. *Junii* scribit, statim post mortem Innocentium apparuisse Lutgardi ingenti flamma cinctum, et dixisse, ob tres causas se tam dire cruciari, propter quas etiam æternis suppliciis addictus fuisset, nisi per patrocinium piissimæ Matris Dei, cui monasterium condidit, in extremis eum pœnituisset: itaque æternam quidem mortem evasisse, pœnis tamen atrocissimis usque ad extremi judicii diem se cruciandum. Sibi a Lutgarde etiam tres illas causas indicatas esse, sed ex reverentia erga tantum Pontificem referre noluisse. Quod attinet ad hanc narrationem, hæc veniens ab una Lutgarde non tantum fidem certam non potest facere, sed hanc ei derogant etiam alia. Nam quamvis suspicio in eam, utpote piam, et sanctam feminam non debeat conferri, rem hanc finxisse ex se, tamen potuit hoc pro vera apparitione habere, quod actum fuit in sola ejus phantasia, vel in somnio. Deinde Lutgardis, ut apud eumdem Cantipratensem est, rem statim indicavit suis sororibus videlicet Sanctimonialibus, e quarum numero et ipsa fuit, ut Innocentio suis precibus apud Deum succurerent. Sicut igitur ab ipsa Lutgarde narrata fuisset Cantipratensi, ita et ab aliis Sanctimoniali-

li-

libus venisset res eadem ad alios plures, et quod Lutgardis Cantipratensi, omnibusque Sanctimonialibus voluit notum fieri, idem nec occultum tenuit coram aliis. Ita vero, quæ res ad notitiam multorum pervenisset, et cujus fama valde serpsisset, non fuisset tantum a solo Cantipratensi memoriæ prodita, verum a Scriptoribus etiam aliis: qui vero, quamvis plures sint, de rebusque ab Innocentio gestis, ejusque vita scripserint; tamen nihil de hoc habent: quin nonnisi talibus laudibus eum celebrant, ut nequidem suspicioni locum dent, talium flagitiorum fuisse reum, quæ Cantipratensis nec proferenda esse censuerit, et in quibus ita hæserit, ut horum nonnisi in extremis eum poenituerit. Rigordi de Gestis Philippi Augusti Galliæ Reg. hæc de Innocentio verba sunt: *Innocentius Papa celebravit Romæ concilium, vir clari ingenii, magnæ probitatis, et sapientiæ, cui nullus secundus tempore suo.* De eodem S. Antoninus Part. III. tit. 19. cap. 1. *Post innumera*, inquit, *opera egregia virtutum demum beato fine quievit.* Auctor Vitæ illius Mss. in biblioth. Vallicel. apud Raynald. ad hunc an. *Ad talem*, inquit, *se mediocritatem reduxit, quod vasa aurea, et argentea* (mensæ suæ) *in lignea, et vitrea commutavit, pelles armellinas, et grisias transtulit in agninas: mensam suam tribus ferculis voluit esse contentam. etc.*

Innocentio in Pontificatu successit Honorius III. Pontificali nomine, antea Cencius Sabellus, dignitate Cardinalis. Intentus in eam curam fuit Honorius summopere, ut quemadmodum decretum erat in Concilio Lateranensi, quod Innocentius III. celebraverat, validæ copiæ mitterentur rursus in Orientem. Fridericus II. dum a. 1215.

Aquis-

Aquisgrani Rex Germaniæ fuisset coronatus, ultro votum emisit, et ejus exemplo multi alii Principes Germaniæ de expeditione suscipienda in Orientem, Crucemque, insigne ad expeditionem hanc pergentium assumpsit, petiitque et obtinuit ab Innocentio Papa, ut tam in se, quam in alios, qui Crucem assumpserant, excommunicatio constitueretur, nisi certo tempore profecti essent. Petiit deinde solvi hocce voto, obtinuitque, sed dato prius jurejurando de parendo super hoc mandatis Ecclesiæ. Cum deinde Romæ a. 1220. ab Honorio Papa Imperator fuisset coronatus, Crucem resumpsit, votum publice innovavit, plures ad Crucem suscipiendam induxit, juravitque publice, se in certo termino a Romana Ecclesia sibi præfigendo, profecturum. Cum omnes alii, nec tantum ex Germania, verum etiam ex aliis regnis, parati essent ad proficiscendum, sed Imperatorem velut supremum exercitus ducem præstolarentur, et quamvis Honorius Pontifex hunc etiam ursisset, isque ingentem animum semper præ se tulisset ad proficiscendum; tamen hæc nonnisi verba erant, quibus ductabat Pontificem, omnesque alios. Sic res protracta erat usque ad a. 1227. quo Honorius mortuus est. Hugolinus Ordinalis ei successit, qui se Gregorium IX. in Pontificatu nominavit. Mensem Junium hujus ejusdem anni post multas dilationes, et procrastinationes ipse Fridericus Imperator defixerat. Convenit ingens bellatorum multitudo, ut tantum Anglorum sexaginta millia essent. Hunc exercitum, ait Scriptor Gestorum Gregorii IX. apud Raynaldum ad an. 1227. num. 28. in civitate Brundusii, regione pestifera, cujus ardoribus ipsa fere solida metalla liquescunt, simulata proprii corporis ægritudine illo detinuit tempore, ut major exercitus pars aeris, et

et aquæ intemperie periret. Inter quos dece
Thuringiæ Lantgravius Ludovicus conjux S.]
sabethæ, quæ Andreæ II. Regis Hungariæ
filia. Iste quoque cum magnis copiis advene
ut proficisceretur in Orientem. Etiam postqu
convenisset exercitus, tamen moras nectebat F
dericus, et hunc loco insalubri detentum, calo
que intolerabili, et salubris aquæ penuria ve
tum attrivit, ut ita causam reperiret, quam p
set obtendere, quo minus in Orientem abi
Quare Gregorius Papa Fridericum Imp. frequ
ti monitione præmissa, votum exequi recusan
excommunicatum publice denunciavit: quam
communicationem incurrerit, ab Honorio
constitutam, dum ab hoc coronaretur,
eos, qui fidem, quam juratam dederant de p
fectione in Orientem ad recuperandam Ter
sanctam, non servavissent. *Urspergens. et*
chard. de S. Victore in Chron.

Qui superstites ab exitio manserunt red
ad quadraginta millia ægre ab Imperatore obt
ta facultate die 8. Sept. ejusdem anni navigar
Orientem cœperunt, sed nec triremibus, nec
mis sufficienter instructi, quæ iis promissa ab I
peratore, etiam erant negata. Hi postquam p
venerunt in Orientem, nec Imperator eos se
tus fuisset, etiam ipsi iisdem navibus, qui
venerant, redierunt. Tandem monita Romani P
tificis, et querimonias, quæ adversus eum fieb
undique, ultra non ferens a. 1228. abiit et i
in Orientem. At vero, ad quod bellum co
Saracenos ire debebat in Orientem, hoc adjuto
bus Saracenis, qui erant in Sicilia, excitavit,
gessit adversus Pontificem, et Romanam Eccl
am. Nam Raynaldus Conradi ducis Spoleti fil
quem

quem suum vicarium, et gubernatorem constituit regni Siciliæ jubente Friderico, Patrimonium B. Petri, quod idem Fridericus multiplici juramento (sunt verba ipsius Gregorii IX. in epistola apud Raynaldum ad a. 1228.) tenetur defendere, violenter invadens, Presbyteros, et alios Clericos, sicut nobis pro certo est relatum, per manus Saracenorum fecit ausu sacrilego mutilari, quibusdam in cruce suspensis, aliis diversis suppliciis cruciatis. Cujus frater Bertholdus (ait scribens hac eadem de re Richardus de S. Germano in Chron.) apostata, undique spoliatis Ecclesiis, et Sanctorum extumulatis corporibus Clericos in summi Sacerdotii injuriam effossis luminibus demum turpissima suspendii morte damnavit, crudelis, blasphemus, alludens (illudens) se totam Missam pariter suspendisse. Ipsos etiam Romanos emptis eorum possessionibus in Italia et ipsis etiam domibus, et restitutis, atque instar feudi collatis, ante suum discessum cum sibi obstrinxisset, ad insurgendum seditiose contra Romanum Pontificem concitavit. Papa necesse habuit armis arma opponere. Itaque Regis Galliæ, aliorumque Principum auxilium imploravit, obtentisque suppetiis liberaliter, exercitum comparavit similem ei, qui Cruce insignitorum fuit, ea solum differentia, quod Crucis loco in dextro humero milites atque in signis militaribus, Claves haberent, Sedis Apostolicæ insigne, quæ regni cælorum S. Petro, a Christo datæ fuerunt. Exercitui Pontifex præfecit Joannem Briennium, qui Rex Jerosolymæ, post hanc captam a Saracenis, redierat in Occidentem.

Fridericus Imp. die 7. Septemb. a. 1228. in portum Acriensem et in Palæstinam pervenit cum classe prorsus non magna, et nonnisi viginti navium,

vium, nec pluribus quam centum equitibus, quos secum vehebat. Majorem vero exercitus sui partem reliquit in Occidente ad divexandum Romanum Pontificem, et vastandum patrimonium S. Petri. Nec opus habebat majoribus copiis. Neque enim in animo habuit, vim aliquam adhibere adversus Saracenos. Non longe ab Jerosolyma, ad quam Fridericus accesserat, Meliccamel Sultanus Babyloniæ, et ejus nepos Sultanus Damasci seorsim in binis castris constiterant. Meliccamelo Fridericus per legatos suos statim dona misit, huicque significavit, se velle et cupere illum habere amicum, cui et ipse affectum exhibiturus fraternum sit. Inter dona cetera misit propria etiam arma, et gladium, quem ex manibus Romani Pontificis, sumptum de altari B. Petri, acceperat, dum Imperatoris dignitate inauguratus esset. Itaque ad quem debellandum venerat, in hujus manus ultro arma sua tradidit, professusque est, sibi pacem cum eo futuram in perpetuum: se neque nunc aliqua cupiditate ductum venisse, ut cresceret aliena regna ad se trahendo, cujus Imperium in Occidente tam magnum atque amplum sit, ut hominis quantumcunque ambitiosi, abunde explere debeat desiderium. Non alia itaque de causa se venisse, quam ut Sacra loca, quæ sibi in summa veneratione essent, amissa recuperaret, nec non urbem Jerosolymam, utpote ad suum filium Conradum jure hæreditario pertinentem. Hæc solummodo esse, cur venerit, quæque sibi petat, nihil ultra. Fridericus, Constantia, quæ filia fuit Regis Siciliæ, mortua, Jolandam duxit alteram uxorem Joannis Briennii Regis Jerosolymorum filiam, ex qua natus fuit Conradus, et quam postquam duxisset uxorem etiam Briennium adegerat ad jus sibi cedendum in Jerosolymam, cui neque

præ-

præter hoc solum jus aliud supererat. Jerosolyma a. 1187. a Saracenis capta, et sub eorum potestatem denuo redacta. Sultanus etsi nihil sibi metueret a Friderico, cujus vires exiguas esse videbat et cum quo neque ceteri, qui jam erant in Oriente bellatores, Cruce insigniti se se conjugere vellent, id, quod faciebant, quod scirent, excommunicatum esse, in suaque excommunicatione pervicacem se se ad ipsum etiam iter dedisse, tamen non prorsus respuit tam humiliter factam a Friderico petitionem. Missis itaque Friderico aliquibus etiam donis non se invitum præbuit ad tractandum de conditionibus ineundæ pacis, et concordiæ. Negavit tamen Ecclesiam sepulcri Christi se posse cedere, si quidem hoc ipsis Saracenis etiam in veneratione esset: quoad cessionem Urbis minoris rem esse difficultatis, cujus regio dives non sit.

Conditiones deinde a Sultano præscriptæ, et a Friderico acceptatæ fuerunt hæ. Fridericus Imp. accipiet Jerosolymam, ita ut de hac disponere possit, atque eam etiam munire; altera, Nec templum Salomonis (in loco, ubi hoc prius steterat, Saraceni sibi Moscheam exstruxerant; quam cum Christiani, Cruce insigniti, Jerosolyma in suam potestatem redacta, convertissent in Ecclesiam, Saraceni postea rursus ex hac Moscheam sibi fecerant) nec templum Domini Imperator occupabit, sed manebunt in potestate, et manu Saracenorum, qui hæc ad orationes suas fundendas, suamque legem proclamandam obtinebunt. Tertia fuit, Nulli Saracenorum vetitum erit in Bethlehem libere peregrinationem obire. Quarta: Si quis Francus (isto nomine designabant Saraceni omnem Christianum advenam ex Occidente) firmam fidem in

in majestatem, dignitatemque templi Domini habuerit, eoque ad preces fundendas ingredi voluerit, id illi licebit: at si in ejus templi majestatem, dignitatemque non credit, in toto loci ambitu consistere permittendus non est. Quinta: Si Jerosolymis Saracenus Saraceno alteri damnum aliquod intulerit, apud Saracenos in judicium vocabitur. Gregorius Geroldi Patriarcha Jerosolymitanus perscripsit Gregorio IX. ea, quæ Fridericus Imp. in Oriente egit epistola, quam Raynaldus habet in Annal. ad a. 1229. num. 3. etst. istamque ejusdem Friderici cum Sultano pactionem cum sua etiam ejus declaratione, quo magis intelligi posset. Jam ex conditione quinta hujus pactionis apparet jus, quod in urbem Jerosolymam Sultanus Friderico concesserat; nonnisi in eo constitisse, ut facultas esset Christianis data in ea habitandi, et habendi proprios ex se magistratus, non autem plenum, dum et Saracenis hoc idem pro se esset reservatum. Deinde Jerosolyma pertinebat ad Sultanum Damasci: ad quem pactio facta inter Sultanum Babyloniæ, et Fridericum cum missa fuisset, ut suo consensu eam firmaret; is ad consentiendum induci non potuit, et quemadmodum est scriptum ab Geroldo Patriarcha Jerosolymitano ad Gregorium IX. contradixit, negans Sultano Babyloniæ, avunculo suo, fuisse quidpiam juris ad Jerosolymam Friderico cedendam. Igitur nec valere potuit tota hæc pactio. Ergo nec Fridericus aliquid juris in Jerosolymam obtinere potuit. Dum ex conditione secunda Templum ipsum etiam Domini, illudque intelligitur, quod est exstructum supra sepulcrum Christi, mansit in potestate Saracenorum, hique istud retinuerunt ad preces suas ibi fundendas, et ad legem suam proclamandam, quod semper in suis

is cærimoniis faciunt, hoc igitur neque cessum Christianis, sed Saraceni continuarunt suam eo exercere Mahometanam religionem. Per nditionem quartam Franco nequidem facultas a idem hoc templum intrandi, nisi factus fuis- Mahometanus, idem credendo, quod ille. Nam e hoc est in illis istius quartæ conditionis ver- : *Id ei licebit : at si in ejus templi majestatem, nitatem non credit, in toto loci ambitu con- tere non potest*, quemadmodum hoc sic decla- um quoque est a Geroldo Patriarcha. *Hodie- m, si quis Christianorum peregrinorum fanum rcarum furtim intret, et deprehendatur, nisi igionem Mahometis amplectatur, interficitur*, nt verba Brunonis Parode in Nota ad an. 1228. urianæ Historiæ ex P. Boucher Itinerario. In iquis istius pactionis conditionibus, quæ uni- sim sunt novem, Fridericus se obligare debuit n tantum ne ulli subsidium præberet gerenti lum contra Saracenos, sed ad Sultanum juvan- m, et defendendum ipse etiam sumeret arma, amsi hoc a Francis ei illatum fuisset. Hæc pa- o facta est inter Fridericum, et Sultanum ad nos decem. *Nec illud silendum est*, scripsit lem epistola Geroldus, *quod ad majus dedecus ristianitatis cedere visum fuit. Imperator ro- it Sultanum, ut per Saracenos suos in ipsius peratoris expensis Christianum exercitum fa- et custodiri. Quod cum ordinatum a Sultano set, quia de lupis erant pastores effecti, mul- le nostris sub illa confidentia ciciderunt, et d cum maxima verecundia referimus, et ru- e, Imperatori Sultanus, audiens, quod secun- m morem Saracenicum se haberet, misit can- rices, quæ et saltatrices dicuntur, et jocula- es, personas non solum infames, verum etiam*

de

tum esse. Cur enim Sultano vellent tradere idericum, cui se sponte sua is jam tradidisset? jus custodiæ ipsum etiam exercitum suum commisisset? Quem ergo in sua potestate alioquin habeus haberet, huic ostendere, qua ratione is potiri posset, Templariis supervacaneum fuerum erat. Neque vero quispiam illud agit, cuagendi rationem nullam habet.

Rebus his, quæ demonstratæ sunt gestis, idericus a. 1229. rediit in Occidentem. Pontifex autem in eum, postquam reversus est, confirmavit excommunicationis sententiam, in quam iderat, antequam profectus esset in Orientem, tus ad hoc etiam iis, quæ querimoniæ adversum allatæ erant ex Oriente de rebus ibi ab actis potius in dispendium Christianorum, et ligionis, quam ut habuissent aliquod commodum. Institerat etiam iis, quæ absente eo, ejusque mandato acta erant ab ejus vicariis, et præsertim adversus Ecclesiam, et Romanum Pontificem. Monitus vero a Pontifice, ut caveret, ne a pertinacia cessare noluerit gravius etiam ei quidpiam eveniat, isque casum recogitasset Ottonis IV. qui eum proxime antecesserat in Imperatoris dignitate, de quo dictum est supra §. 1. fractus est, et legatis missis ad Pontificem paratum obtulit ad faciendum omne, quod ab eo habere voluisset Pontifex. Ab hoc cum Friderico propositæ fuissent conditiones de reparandis damnis eo illatis, et ut sponderet, nihil se deinceps turum adversus Ecclesiam, ejusque jura, concordia inter Imperatorem et Pontificem refloruit Anagniæ a. 1230. ubi Pontifex tunc erat ob turbas, quæ auctore Friderico adversus eum erant Romæ excitatæ, seque mutuo osculantes etiam

 una

'una cum multis aliis Principibus una epula sunt: statimque etiam Romam Pontifex, a Ro manis invitatus, regressus est, susceptusque ma gno cum gaudio. *Richardus de S. Germ. in Chro Albertus Stadensis in Chron.*

§. 9.

Excommunicatio iterata Friderici II. Acta illiu Indicitur Concilium generale Romam. Hungaria pluraque alia regna per Tartaros devastata.

Hæc tamen sponsio a Friderico Imp. fact Gregorio Papæ, utpote quam fecerit non ex ani mo, sed tantum temporis gratia, atque suis me tuens rebus, non fuit firma, atque adeo nec con cordia stabilis: quin dissidium multo etiam gra vius exarsit inter eos postea, quam fuerit ante rius. Qualia sint, quæ egerit Fridericus, quibu que se invisum reddiderit Pontifici, ex Gregori epistolis cognoscuntur. Sunt autem ista: *Illa tis Ecclesiæ non contentus injuriis*, (sunt verb Gregorii in epistola, qua respondit ad epistolam qua Fridericus in eum invectus erat) *data qu busdam rebellibus nostris non modica summa pe cuniæ seditionem contra nos in Urbe molitus es pluries commovere, ut nobis, et fratribus nostri* (Cardinales fratrum nomine videtur designasse) *Sede nostra repulsis, et concusso Capite fide quod superædificavit Dominus, impulsu ejusdem Friderici rueret leviori.* Quod et positum a Gre gorio est in sententia omnium primo, quam in Fridericum deinde tulit. Inter injurias Ecclesii ab Friderico illatas in eadem sententia positum est, quod non permiserit quasdam Ecclesias Ca the-

drales, et alias vacantes in regno reparari, sed
que Pastores præfici prioribus vita functis, quo
to' fides pereat Pastore deficiente, qui regat
... Clerici in ejus regno capiebantur, in car-
em mittebantur, proscribebantur, occidebantur.
ciatim Anonymus scriptor Vitæ Gregorii memo-
Episcopos Tarentinum, et Calaphaludensem esse
egno proscriptos, Aliphanum quoque Episco-
a, missum in exilium, ærumnosam vitam
rte finivisse; Calmensem quoque Episcopum e
no ejectum grandi ab eo esse oppressum ino-
, cujusque fratrem laqueo interemerit. De eo-
ı Friderico Gregorius Papa *lib.* 12. *epist.* 221.
ubes. Nafranus Episcopus, inquit, *mortis
ritudinem in exilii paupertate bibit. Minores
tres, quorum vitam ipsa Paganorum duritia
eratur, hic Pagano durior flammarum atroci-
damnavit. Militensem Decanum in maris flu-
us levi suspicione demersit. Neapolitanum
chiepiscopum Montorium, et Thomam Canto-
Messanensem longa maceratione carceris in-
emit. Nicolaum Subdiaconum Messanensem
is acerbitate combussit. Bernardum Salerni-
um Diaconum et alios innumeros Clericos ab-
s spoliis exilio deputavit, et sic multis mini-
s Ecclesiæ tum exilio, tum morte damnatis,
sangvine satiatus innoxio etiam horum pro-
quos non reliquit poenæ exsortes ipsius et san-
nis, et spoliandi insatiabilis appetitus.* In Sen-
tia, quæ lata in eum est a Gregorio, de eodem
derico est, quod Ecclesias Deo consecratas
m destruxerit, et profanaverit.

Hæc incredibilia videri possent, nisi Fride-
um vidissemus jam, dum in Oriente fuisset,
ribus Saracenorum inquinatum. Majora vero

 ad-

ad huc sunt, quæ de eo sequentur. Gregorius Pap testis est in epistola ad omnes Principes Christia nos, et Præsules, ipsum jactasse a tribus bara tatoribus, quodque ipsum ejus verbum sit, qu se expresserit, videlicet a Christo, Moyse, e Mahometo fuisse totum mundum deceptum, e duobus eorum in gloria mortuis, Christum i crucem actum inglorium mortuum esse. Fatuo omnes esse, qui crederent Deum de Virgine na tum esse, siquidem nullus nasci possit, cujus con ceptum viri, et mulieris conjunctio non præces sisset. Hominem nihil aliud debere credere, quam quod vi, et ratione naturali possit probare. Af firmavitque Pontifex hæc, et alia multa, quibus Catholicam fidem impugnaverit non solum verbis verum etiam factis posse manifeste comprobari Per baratatores Fridericum eos intellexisse, qu vulgo impostores vocantur, ex ceteris verbis per spicuum fit. Est et illud de eodem Friderico quod cum vidisset Sacerdotem ferentem Christ corpus ad infirmum, dixerit cum suspirio: *Heu me! quamdiu durabit truffa ista!* denique, si per eum staret, credendi, atque vivendi melio rem rationem se præscripturum. Truffa antiquum vocabulum Germanicum significat deceptionem atque hic speciatim talem, qua alii inducantur ad superstitionem, falsamque religionem.

Sententiam, cujus jam mentio facta est, Gregorius in Fridericum tulit die 24. Martii, quæ dies fuit Cœnæ Domini a. 1239. hancque notificavit literis in omnes partes missis ad Principes, et Episcopos. Etiam Fridericus similiter epistolas misit ad Reges, et Principes quaquaversus, acerbas nimis in Gregorium, eaque, ob quæ Pontifex damnatum esse dixit, partim negans, partim imminuens

minuens, in eumque regerens talia, ob quæ se ipse fecerit damnatione dignum, neque absque conviciis, appellando Antichristum, alterum Balaamum, et quemdam principem tenebrarum, quique ideo exciderit etiam ex potestate sua, cujus proinde neque censuræ vim ullam habeant. Pontifex autem has in epistola ad S. Ludovicum Regem Galliæ dixit, meras esse calumnias. Idem Pontificis edictum, contra se factum, Fridericus sic conatus est impedire, et infringere, ut suo in Sicilia Vicario mandaverit, ut omnes cujuscumque ordinis, ætatis, vel sexus homines ad rogum duceret, qui illud edictum vel attulisset, vel revelatus fuisset: nec non de omnibus epistolis, si quæ contra se mitterentur a Pontifice, præcepit, ut qui eas attulisset, quiscumque is esset, e furca suspenderetur. Sed et arma sumpsit, aut potius instauravit majore vi, atque iracundia ad Romanum Pontificem suis possessionibus, et omni Patrimonio S. Petri exuendum, et spoliandum. Pontifex exercitum ei opposuit, Cruce insignitum eo more, quo hanc in veste gerebant, qui in expeditionem ibant ad recuperandam Terram sanctam, et Romæ supplicationem instituit, in qua et lignum vivificæ Crucis, et Capita Apostolorum Petri et Pauli portata sunt, cumque deinde in basilica Vaticana sermonem ad multitudinem habuisset, ita omnium animos movit, ut ii etiam, qui Friderico favebant contra Pontificem pecuniis corrupti, Crucem assumerent, atque arma adversus Fridericum. Qui exercitus cum se Friderico objecisset Romam adpropinquanti, et fortissime adversus eum dimicasset, spe abjecta potiundæ Romæ, retraxit copias. In omnes autem, quos Cruce insignitos comprehendere potuit, sæviit crudelissime, aliis candenti ferro Crux fronti est inusta, alii

mem-

membris mutilati; alii igne exusti, aliis clavi a acti in eam partem corporis, in qua Crucem g rebant. *Anonymus in Vita Gregorii.*

Joannes III. Ducas, cognomine Batazes, v ab aliis etiam dictus Vatacius, quem Nicææ re dentem Græci Imperatorem suum sequebant post Constantinopolim ab Latinis captam, et su potestatem suam redactam, viribus invalescens a mis instabat ad Constantinopolim recuperanda Belam IV. Hungariæ Regem Pontifex hortatus e ad suppetias ferendas Balduino, Constantinop leos Latino Imperatori, utque votum, quo se ob strinxerat eundi in expeditionem pro Terra sa cta, huc potius converteret, eo quod amissa Co stantinopoli difficilius esset agere etiam quidpia pro Terra sancta. Vires Hungarorum pertim scens Vatacius Belæ significavit, se velle Ecclesia Græcam revocare ad unitatem cum Ecclesia R mana. Non tantum igitur discessum ab hac c gitatione armorum adversus Vatacium est, s Gregorius Papa generale etiam indixit Conciliu a. 1240. Romam ad diem Paschatis subsequen anni ad hoc tractandum cum Græcis negotiu Etiam credidit Pontifex, hoc futurum opport num ad pacem conficiendam cum Friderico Im peratore. Hoc Concilium se quoque petiisse Fr dericus Imperator in epistola ad Regem Galli et Angliæ professus erat. Attamen cum esset i dictum, ne fieri posset, omni ratione sibi ob stendum putavit. Nam Cardinales, Romani Po tificis legati ex regnis, ad quæ erant missi, R mam revertentes, et Præsules ex Gallia, Hisp nia, et Anglia, pergentes Romam ad Conciliu per eum in mari, per quod iter fecerant inte cepti, et vinculis constricti, ductique Neapoli

in

in castro vicino Urbi missi sunt in Carcerem; ubi fame, siti excruciati longum martyrium protraxerunt, quod pro obedientia subierunt: quidam ex his animas afflictas exhalantes ex miseria hujus mundi ad Dominum non sine palma martyrii migraverunt. Sic scriptum est a Parisio his ipsis verbis in Historia de Anglia, tametsi Friderici in sua historia sit studiosior. S. Ludovicus Rex, quemadmodum refert Nangius in Gestis ejusdem Ludovici, petiit a Friderico, ut Gallos Præsules dimitteret: quæ ejus cum rejecta fuisset petitio, denuo misit litteras, et monuit, ut in statera judicii expenderet ea quæ sibi dicerentur, nam regnum Franciæ, non est, inquit, adeo debilitatum viribus, ut se vestris permittat calcaribus perurgeri. Hungariæ Præsules primum idem iste etiam metus, ne comprehenderentur a Friderico, tardavit, deinde supervenit calamitas, qua Matthias Strigoniensis, Ugolinus Colocensis Archiepiscopi, Jaurinensis, Transilvaniensis, Nitriensis Episcopi sublati sunt per Tartaros. Qui post Russiam, Poloniam, Bohemiam, aliasque regiones cædibus, atque incendiis a se devastatam cum in Hungariam irrupissent, hanc totam ita ad solitudinem redegerunt, ut civitatum, et locorum ædificiis omnibus exustis, incolisque aliis sine discrimine sexus, et ætatis trucidatis, aliis captis, et abductis ii soli remanserint, qui se fuga potuerunt subducere, et in silvis, vel montibus reconditi manere, dum astutia usi Tartari per transfugas Hungaros sparso rumore, de suo jam facto discessu istos quoque e latebris excivissent insatiabili prædandi cupiditate,

Re-

Regnum omnibus rebus exhaustum, et des latum Bela IV. Rex Hungariæ cum in Dalmatia et ad insulas maris Adriatici fugisset, nonni colonis ex aliis regionibus adductis instaurare p tuit. Parisius in Historia Angliæ scribit, Frid rico agente factum, quod cum Pontifex Hung ros, etiam Indulgentiarum propositis præmi excitasset ad expeditionem adversus Fridericu assumpta Cruce, ut fiebat in expeditionibus co tra Saracenos, id, quod docet ipsius ad Rege Belam epistolæ 217. lib. 14. hi distinerentur be lo, quod eos premeret ita, ut de seipsis defe dendis deberent esse solliciti, nec possent co tationem ullam suscipere de armis ei inferend Nec caruit iste rumor fundamento, quod Frid ricus a Bela rogatus, etiam oblato sibi regno Hu gariæ, et facta sponsione, si auxilium tulisse hoc ei deinceps futurum obnoxium clientelæ n mine, et jure, tamen neglexerit talem occasi nem sui augendi, et dilatandi imperii. Sed n que a Germanis, in summo metu positis, exor ri potuit, ut saltem ad muniendam Germania adversus Tartaros in vicina Hungaria grassant ex Italia cum copiis rediret: nisi eum idcirco c ra hæc attingere non debuit, quia Tartaroru amicus, et concitator si fuit, adversum Hung ros, sciverit suis terris nullum metum ab his d bere esse.

§. 10.

§. 10.

Cælestinus IV. Innocentius IV. Hujus fuga, ne a Friderico comprehenderetur. Concilium generale Lugdunense I. Utrum in hoc per Concilii etiam sententiam Friderico abrogatum Imperium sit. Res quomodo post Concilium se habuerint.

Concilium quod erat a Gregorio indictum, fieri non potuit ob bellum, quo Fridericus Imperator premebat Italiam, nec Episcopos sinebat convenire ad Concilium. Ejus difficultatem habendi etiam auxerunt Tartari, formidabiles toti Europæ. Anno eodem, in quem constitutum fuit hoc Concilium 1241. die 20. Aug. mortuus etiam est Gregorius IX. prope centum annos natus, anno ætatis suæ sexto, et octogesimo factus Pontifex. In ejus locum electus est Gaufridus Episcopus Sabinensis, qui se Cælestinum IV. in Pontificatu nominavit. Pontificatus ejus tantum dierum sedecim, aut ad summum octodecim fuit, utpote jam etiam senio confecti. Abhinc anno, et octo mensibus Sedes vacavit Romani Pontificis non aliam ob causam, quam quod suffragia Cardinalium non convenerint in duas tertias partes, ut valida esset electio juxta decretum Alexandri III. Nec id laudi eorumdem Cardinalium conduxit, quorum ambitioni hoc tributum fuit. Electus tandem est concordibus suffragiis Cardinalium omnium Sinibaldus Fiescus Genuensis, e familia Comitum Lavaniæ Cardinalis, qui se Innocentium IV. in Pontificatu nominavit. Fuit acceptissimus ipsi etiam Friderico Imp. ideoque præ ceteris ab Cardinalibus electus, quod sic sperarent compositum iri facillime, quod inter eumdem Fridericum, et Ponti-

tifi-

tificem intercessit dissidium. At vero Fridericu cum hunc electum esse intellexisset, Prævidec ait, amicum Cardinalem, me habiturum inimi cum Pontificem.

Innocentii prima cura fuit reconciliare Fridericum, qui ipse etiam per literas Innocentio gratulatus erat de adepto Pontificatu Tractatumque statim est de concordia per legatos utriusque partis. Conditionibus, quas Pontifex proposuit, ita assensi sunt legati Friderici, Raymundus Comes Tolosanus, Petrus de Vinea, et Thaddæus de Svessa, ut de his observandis ab Imperatore etiam hujus nomine jusjurandum dederint. Conditiones erant, ut Præsules, quos captivos tenebat liberos dimitteret, damna illata Ecclesiis et Præsulibus, vel aliis sarciret, idque tali moderatione ut Pontifex Friderico offerret, si Ecclesia ipsum in aliquo contra debitum læsisset quod non credat, se paratum esse hoc corrigere si vero is diceret, se in nullo læsisse Ecclesiam contra justitiam, sed se læsum a Papa; promitteret se Reges, Prælatos, et Principes tam seculares, quam Ecclesiasticos ad aliquem tutum locum invitaturum, ubi vel per se, vel per suos legatos judicium de hoc ferant, se autem paratum fore de consilio hujus Concilii ad satis faciendum Imperatori, et revocandam sententiam, si hanc injuste latam in eum esse, judicatum esset. Statim vero ab hac pactione Fridericus resiliit, e absolutionem ab excommunicatione, quæ sub hi conditionibus, quæ dictæ sunt, ei promissa est petiit sibi tribui prius, quam aliquid eorum faceret, de quibus fuit conventum in sponsione Nec hoc satis. Insidias struxit Pontifici conatu eum capere: non alia utique de causa, quam u hunc,

hunc, vi etiam adhibita, et illatá, adigeret ad absolutionem sibi dandam etiam absque illis conditionibus. De his certior factus, sibi cavit Pontifex, nec suis quidem fidens omnibus. Hoc ctum fuit Sutrii, quæ civitas est sita in Patrimonio S. Petri, quo Pontifex venerat, ut vicinior ctus Friderico, illum tractatum de concordia mmodius perficere posset. Cum jám de prædio sibi apud Genuenses providisset, qui tres viginti triremes ei miserant singulas instructas litibus sexaginta, et die 28. Junii in Vigilia Apostolorum Petri, et Pauli a. 1244. indicium accenet, de equitibus tercentis, a Friderico jam partis ad sui nocte sequente comprehensionem, et ductionem, statim ut obortæ sunt tenebræ nois relictis Papalibus ornamentis veterem indus Sinibaldum, et leviter armatus equum adendit velocissimum, vix cubiculariis consciis ma, subitoque discedens non equinis pepercit teribus ita, ut ante horam primam subsequen, diei triginta quatuor millia passuum emensus t nemine commitante, vel eum assequi valen. Eadem die Civitatem Veterem (Civita vecchia) ditione Pontificia sitam, cum venisset, sub noem naves Genuensium ingressus Genuam die 5. lii pervenit. *Parisius in Histor. Ang. ad h. a.*

Genuæ diu non moratus, metuens, ne proer se urbem Fridericus copiis suis cingeret, et grederetur, Lugdunum in Galliam se contulit, que mox Concilium generale, in eadem urbe ibendum, indixit, his de causis, ut Ecclesia i status debiti possit habere decorem; ut quo :yus Terræ sanctæ, et Imperio Constantinopolino possint parari subsidia, nec non vires cona Tartaros, aliosque populi Christiani hostes;

de-

denique ejus negotii causa, quod inter Ecclesiam et Principem verteretur, videlicet Fridericum. Vocati non tantum sunt Præsules, verum invitati et Principes. *Apud eumd. Parisium.* Tartari in Orientem se verterant post devastatas Europæas regiones, de quibus supra dictum est, similiter in Perside, aliisque regionibus egerunt omnia depopulantes. Coresmiani, Saracenica natio, Alcorano enim erant addicti, regionem ad mare Rubrum incolebant illo tempore, qui pariter a Tartaris pulsi svadente Sultano Babyloniæ, ut terras, quas Christiani tenebant in Oriente, pro se occuparent, Jerosolymam ceperant, occisis summa cum crudelitate Christianis, ejusque loca sacra in contemptum Christianæ Religionis omni spurcitia impleverunt. Iste jam longe miserabilior, et in majore discrimine Palæstinæ status, quam antea fuerit; nondum sciebatur, dum indiceretur Concilium. Gualtrannus Berytensis Episcopus in Syria ad Concilium ex Oriente cum venisset, nuncium hunc attulit. Vatacius viribus semper magis invalescens totam jam fere Romaniam sub suam potestatem redegerat, ut ipsis jam mœnibus immineret urbis Constantinopolis.

Die 26. Junii a. 1245. cœpit Concilium. Convenerunt præter Patriarchas tres, Constantinopolitanum, Antiochenum, et Aquilejensem, omnes hi erant Latini ritus, et Catholici, Episcopi centum quadraginta. Inter quos pauci tantum erant Germani, ex Hungaria nullus; quia plerisque Episcopis occisis, Hungariaque tota gravissime afflicta per Tartaros; non nisi difficillime aliquem fuisset reperire, qui ire posset. Affuerunt quoque tam absentium Episcoporum, quam Principum legati permulti. Inter hos etiam Thaddæus

Sve-

sius: qui ut conciliaret Concilii benevolen-
a Friderico, dixit, hunc et Græcorum Imperi-
ad unitatem cum Romana Ecclesia revocatu-
a, et iturum ad debellandos Tartaros, Sara-
os, et Coresmianos, Terræ sanctæ se subven-
m, idque per seipsum, suisque opibus, sed
Ecclesiæ Romanæ, omnia quæ abstulit, reddi-
m. Magna voce respondit Pontifex, hæc
a et multa promissa esse, sed nunquam ser-
a, qui quæ promisit, nunquam servaverit.
i solummodo hæc, quo ictum, quem sibi ti-
et ab Concilio, declinet, eidemque postea
at. Nuper fidem dedisse juratam de servan-
is, quæ erant ei proposita. Ista igitur ser-
t: nihil præterea se ab eo desiderare. Istud
est, quod actum fuit sessione prima, nisi
d Gualtrannus Episcopus illud etiam retulerit
xposuerit de Coresmianis, quod jam memo-
m est. In Sessione secunda Innocentius Pa-
in Oratione ad Patres, dolores, quibus pre-
etur, hos quoad quinarium numerum compa-
s cum plagis quinque Christi Crucifixi, expo-
istos, primum de Tartaris feralibus hostibus
istianorum, alterum de schismate Græcorum,
ium de hæresibus serpentibus Paterinorum,
iidem sunt, qui Albigenses, et Bugarorum,
autem iidem sunt, qui Bulgari, Manichæis-
vero inter hos serpebat: aliisque erroribus,
ous jam multæ civitates maxime in Lombardia
ctæ sint, quartum de Jerosolyma, et multis
Christianorum civitatibus per Coresmianos
opulatis miserabilem in modum, quintum de-
ne de Imperatore, qui cum Ecclesiæ summus
tector deberet esse, ejus factus sit inimicus et
tis: exponens ejus hæresim, et sacrilegia. His
bis hoc dixit etiam Parisius. Ipse Innocentius
de-

deinde in sententia, quam tulit, tantum modixit: De hæresi non dubiis, sed evidentibus argumentis suspectum haberi. Per sacrilegia designantur ea, quæ Fridericus commisit in Cardinales, et Episcopos, aliasque Eccleslasticas personas in vincula conjiciendo, et plures etiam nulla justa de causa necando: speciatimque attulit, Nuceriam civitatem in Apulia esse ab eo exstructam, et positos in hac Saracenos, quorum etiam assumpserit ritus, obscœnis illectus illecebris, et meretricios sequens mulierum Sacacenarum concubitus. Denique arguebat reum multiplicis perjurii: ad hoc probandum proferens, et exhibens ejus epistolas, Hoc de perjurio Svessius volens refellere et ipse protulit Innocentii Papæ epistolas, quasi hæ cum ejus oratione et impacto crimine perjurii non essent consentaneæ. Sed cum lectæ fuissent, nihil tale repertum est, quale esse Svessius dixerat. Crimen hæreseos diluere volens attulit, Fridericum non pati in suis terris usurarios. Quasi consequens esset, eum, qui usurarios non ferret, non posse labe hæretica inquinatum esse. Petiit deinde idem Svessius moram aliquam. Se enim effecturum, ut Imperator ipse veniat ad Concilium, atque ad hæc, quæ ei objicerentur, respondeat, maximeque ad hæreseos crimen, Si vero Fridericus veniret ad Concilium, Innocentius se in hoc dixit non mansurum. Timere se laqueos, quos jam sibi ab eo structos tam difficulter effugere potuerit: nec ad martyrium, vel vincula adhuc se sufficienter præparatum esse. Attamen induciæ datæ sunt Friderico duarum septimanarum, ut ad objecta sibi respondere posset, Svessiusque ad eum ivit, ut quid respondisset, afferret. Is vero responsum dare ad se purgandum coram Concilio, dixit, infra dignitatem su-

am

...a esse, nec ullum responsum voluit dare. Quo intellecto etiam Galliæ, et Angliæ legati in Concilio, qui ei patrocinari studebant, alienati ab eo sunt, velutque contumax in Ecclesiam haberi cœpit ab omnibus.

In tertia sessione, quæ et ultima fuit, Svesus cum præsensisset sententiam, quæ lata deinde est, appellationem interposuit ab hoc Concilio ad aliud majus concilium, magisque solenne: quæ tamen rejecta est. Neque vero admitti poterat, unde perniciosissimum exemplum exstitisset, eludendi auctoritatem Conciliorum omnium, et quantumcunque generalium, dum nullum concilium hactenus fuerit, quo majus esse non potuisset, nec futurum sit, quod post se habere nequeat aliud concilium numero Episcoporum abundantius. Sententia hæc deinde lata est in Fridericum: *Sacro præsente Concilio - - - Memoratum Principem, qui se Imperio, et regnis, omnique honore, ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates, atque scelera a Deo, ne regnet, vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis, a Deo abjectum, omnique honore, ac dignitate privatum a Domino, ostendimus, ac denunciamus, et nihilominus sententiando privamus: omnesque, qui ei juramento fidelitatis aliquo modo tenentur adstricti, vel obligati, ab juramento hujusmodi perpetuo absolvimus, et liberamus auctoritate Apostolica, firmiter, et stricte inhibendo, ne quisquam de cetero ei, tamquam Imperatori, vel Regi pareat. - - - Illi autem, ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, eligant libere alium in ejus locum successorem. De præfato vero Siciliæ regno providere curabimus cum eorumdem fratrum*

trum nostrorum Cardinalium Consilio, sicut vi-debimus expedire. Decretum hoc exstat Innocentii *lib.* 2. *Epist.* 14. et libro 6. Decretal. Tit. de Sententia, et Re judicata Cap. *Ad Apostolicæ.*

Natalis Alexander *Hist. Eccl. Sec. XIII Dissert.* 5. *art.* 3. A Synodo, ait latam non fuisse exauctorationis in Fridericum Imp. sententiam: ex eo colligitur, quod Innocentius IV. illam a se ferri dicat, *Sacro præsente Concilio:* qui vero in aliis decretis hujus ejusdem Concilii non his, verum illis usus sit verbis: *Sacro approbante Concilio:* hac ratione volens docere, sententiam, quæ lata sit a solo Pontifice, non nomine ipsius Concilii, obnoxiam fuisse errori, non habens Romanum Pontificem infallibilem in decretis, quæ facit. Quid de Infallibilitate Romani Pontificis sentiendum sit, disquisivi Dissertatione XV. mea in Selecta argumenta Histor. Ecclesiast. Ipse Natalis, ut Dissertat. ejusdem §. 8. ostendi, docet duo hæc, esse necessario connexa, Romanum Pontificem non esse infallibilem, et supra hunc eminere generale Concilium. Quoad hoc autem hanc ego feci eodem loco considerationem: In decreto Unionis quod factum est a Concilio oecumenico Florentino definitum esse: *Romano Pontifici in Beato Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Eam vero esse potestatem plenam, ad cujus cumulum nihil addi possit: unde vero consequens etiam sit, ut quæ Romani Pontificis plena potestas est, eadem et esse debeat suprema, et in eo gradu constituta, ut aliam nullam supra se habeat. Cui enim aliquid adhuc addi posset, hæc nec esset plena. Sunt necessario connexa, Romanum

um Pontificem non esse infallibilitate præditum, supra hunc esse generale Concilium: igitur et ec duo in contrarium erunt connexa necessario: manus Pontifex obtinet plenam, et supremam testatem pascendi, regendi, et gubernandi uni-salem Ecclesiam, idemque eminet supra gene-e Concilium. Itaque semper manebit, supre-Ecclesiæ potestate, quæ residet in Romano atifice esse hanc in Fridericum latam senten-m, sive approbante Concilio, sive hoc tantum esente dicatur hæc esse lata. Sic igitur videtur ius loquendum: Ecclesiæ potestatem, quam a isto habet, nonnisi spiritualem esse, sive hanc manus Pontifex exerceat cum Concilio, sive que hoc. Idque jam probatum etiam supra est rt. *III.* §. 30. ita ut una etiam ostensum sit, um etiam Gregorium VII. qui in Henricum IV. perátorem sententiam similem tulit, non egisse ue potestatis spiritualis, nec existimasse, istud e Spiritualis potestatis proprium esse.

Sed nec Innocentius III. aliter de sua pote-ite judicavit, etsi et iste in Ottonem IV. Imp. ailem sententiam tulisset. Hinc, quod afferam, c fiet certum. Philippus Augustus Rex Galliæ, m se ab Ingelburge uxore sua separasset, ali-ique duxisset, illud autem validum matrimo-im ab Innocentio III. judicatum fuisset, atque :irco illam priorem conjugem resumere debuis-, nisi censuram Ecclesiasticam subire voluisset, :m Pontifex duobus filiis ex altera conjuge ille-ima susceptis jus tribuit natalium, quod est erorum legitime susceptorum, idque ad peti-nem ipsius Regis Philippi. Comes Montispessu-ius idem filiis suis, quos ex adulterio suscepe-, petiit ab eodem Innocentio; qui vero hoc ei

negavit, dicens, se id, quod erga Regem Philippum fecit, fecisse cum se is in hoc sponte subjecisset, seque subjicere potuerit, neminem recognoscens in temporalibus superiorem: et qui id etiam cum filiis suis, etiamsi non ut pater, tamen tamquam Princeps cum subditis potuisset dispensare: quod non idem teneat in Comite, qui istius non sit auctoritatis, subditus alteri. Ipsa Innocentii III. lib. 4. Decretal. Tit 17. Cap. 13. *Venerabilem: Qui filii sint legitimi*, sunt verba quæ allata sunt: *Rex superiorem in temporalibus minime recognoscit.* Idem in hoc eodem Rescripto ulterius *Igitur*, inquit, *Regi gratiam facimus requisiti, quod non solum in Ecclesiæ Patrimonio super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis regionibus certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus: non quod alieno juri præjudicare velimus, vel potestatem nobis indebitam usurpare, cum non ignoremus Christum in Evangelio respondisse: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.* Matth. 22. v. 21. *Propter quod postulatus, ut hæreditatem divideret inter duos, Quis, inquit, constituit me judicem super vos?* Luc. 12. v. 14. Idem Innocentius Cap. *Novit* de Judiciis, declaravit, ad se non pertinere judicium de feudo, sed ad Regem: illam autem sibi tribuit *de peccato* decernendi potestatem, cujus ista verba sunt ad eumdem Regem Galliæ Philippum: *Nullus dubitat sanæ mentis quin nostrum sit de his, quæ ad salutem, vel damnationem animæ pertinent, judicare:* dum eum admonuisset, quod dimissa uxore inierat cum femina alia connubium.

Est

Est et illud observandum. Natalem Alexandrum, uod etiam ab aliis pluribus fit, in verbis his *acro præsente Concilio* vim ponere, unde prore nitatur, non ab ipso Concilio, verum a so- tantum Innocentio venisse hanc sententiam, ue lata in Fridericum est volens tueri Concilii ctoritatem, qualem non recognoscat in Roma- Pontifice quidpiam decernente extra generale oncilium. At vero huic decreto, quod Innocenus dicit factum esse Sacro præsente Concilio, piscopi istius Concilii tantumne ut spectatores fuerunt? annon hi eorum, quæ in Conciliis statuuntur, et decernuntur, sunt judices? Quod in ecreto est: Sacro præsente Concilio, idem sic t expressum ab eodem Innocentio lib. 3. epist. *Sacri approbatione Concilii digne ipsum* (Friricum) *privavimus regnorum et Imperii dignite.* Proinde aliter consulendum erat auctoritati onciliorum generalium. Nihil vero his instat peculi, quamvis ab ipso etiam Concilio processerit tud decretum. Nam ipsa etiam generalia Concilia on habent infallibilitatem nisi in rebus Fidei, et morum, Verbo Dei partim scripto, partim ore er Apostolos Ecclesiæ tradito insistentibus. Num item Fridericus ea fecerit, ob quæ sententia iljacta in illum est, ex testimoniis pure humas factum judicium est: nec in talibus judiciis, uæ versantur circa facta, nixa solis humanis testimoniis, est Ecclesia infallibilis in ipsis etiam eneralibus Conciliis. *Quis nesciat,* inquit S. Auguinus lib. 2. de Bapt. cap. 3. *et ipsa Concilia, quæ er singulas regiones, vel provincias fiunt, plenariorum auctoritati, quæ fiunt ex universo orbe Christiano sine ullis ambagibus cedere, ipsaque lenaria sæpe priora a posterioribus emendari, um aliquo experimento rerum aperitur, quod*

clausum erat, et cognoscitur, quod latebat. go tamen sive Concilium ipsum, sive solus Po fex intra limites suæ potestatis spiritualis non nuit illam ferendo sententiam in Fridericum, dı que jus sibi sumpsit indebitum, nec ejus sent tia vim ad eum exauctorandum habere pot Huc respondet Fleurius Hist. Eccl. lib. 82. a 1245. etsi nullam, ne indirectam quidem Ro no Pontifici in Bona Regum temporalia pote tem concedat, sic: *Papa in Imperium Ger nicum a tempore Ottonis I. jus peculiare se l bere affirmabat, quod Gregorium VII. et suc sores ejus sibi asseruisse vidimus.* (Hist. ejusd. E lib. 56. §. 1. lib. 63. §. 11.) *Siciliam constat fu se regnum beneficiarium e Romana Ecclesia p dens. Igitur e Friderico II. exauctorato capi dum non est exemplum contra reliquos Princi supremos.*

Statuta sunt præterea facta in hoc Conci de auxiliis cogendis, et mittendis ad Imperiu Romaniæ muniendum, et firmandum, ad Terr sanctam tuendam, et damna quæ passa per hos est, reparanda, ad muniendos fines regionu contra incursiones Tartarorum, ut si prohiberi finibus et repelli non possent, saltem eoru impetus retardaretur, tempusque suppetere po set ad succurrendum conjunctis, et communib aliorum etiam regnorum viribus. Demum decre sunt facta de Rescriptis, de Electionibus, et Juc ciis. De his quoad Exemptos ab jurisdictione Ep scoporum est sic in decreto Innocentii IV. qu fecit cum Concilio: *Volentes libertatem, qua nonnullis Apostolica Sedes privilegio exemption indulsit, sic integram observari, ut et illam a non infringant, et ipsi limites ejus non exceda de-*

declaratione irrefragabili definimus, quod quantumcumque sic exempti gaudeant libertate; nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum Ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere, non tamen si delictum, vel contractus, vel res accidit in loco exempto, et exemptorum domicilio, sed hoc casu causam esse huc dirigendam. Quod Innocentii IV. decretum Concilium Tridentinum *Sess.* 7. *cap.* 14. *de reformat.* renovavit.

Fridericus postquam cognovit, quid actum in Concilio, ad suos, *Abjecit me*, inquit, *Papa iste in Synodo sua, privans me corona mea. Unde tanta audacia, unde talis temeraria præsumptio? Ubi nam sunt clitellæ meæ, thesaurum meum portatilem continentes? Et cum allatæ fuissent, et coram eo, ejus jussu, reseratæ, ait. Vide, si nunc sunt amissæ coronæ meæ. Reperiens igitur unam imposuit capiti suo. Et coronatus erexit se, et minacibus oculis, voce terribili, insatiabili corde* (verba sunt Parisii) *dixit in propatulo: Non adhuc coronam meam perdidi: nec per Papali impugnatione vel synodali concilio sine cruento perdam certamine.* Dedit literas quaquaversum ad Reges et Principes, quibus hos incitabat adversus Papam: quod enim erga se factum sit, idem et ipsis posse accidere, nisi præcaverent. Suæ voluntatis hanc semper fuisse intentionem Clericos cujusque ordinis ad hoc deducere, et præsertim maximos, ut tales perseverarent semper, quales fuerunt in primæva Ecclesia, apostolicam vitam ducentes, humilitatem Dominicam imitantes. Talibus subtrahere nocentes divi-

vitias, quibus onerentur ad sui damnationem opus esse charitatis. Tantum vero abest, ut h literis id assecutus sit, quod voluit, ut Galli Angliæ, aliorumque Principum animos potius se averterit, qui hinc manifeste adverterint, a quem finem is conatus, et omnia studia sua di rexerit: imo Ludovicus Rex Galliæ paratus era Innocentio cum exercitu, subsidio venire in Italiam una cum fratribus suis, quin et Blanch ejus mater, religiosissima femina volebat in han eamdem expeditionem se adjungere, pietate duct erga Romanum Pontificem. Magnas his omnib idcirco Pontifex egit gratias: noluit tamen h fieri adhuc, tantumque postea, sique ipse h eos auxilium rogavisset. *Parisius in Hist. Angl ad h. a.* Innoc. IV. lib. 4. epist. 124. et 125.

In Germania autem, et Italia, cum Frider cus adversus sententiam in se latam arma oppo suisset, scissaque tam Germania, quam Italia b fariam fuisset, talia secuta sunt, ut illius suæ s veritatis ipsum etiam pœnituerit Innocentium Rem sic describit Trithemius Abbas in Chronic Hirsaugiensi: *Quamdiu vixit Imperator Frid ricus per annos ferme sex prævalere contra eu nec Papa, nec aliquis Principum potuit: sed ne advertens* (non curans) *sententiam Papæ, quar injustam, et frivolam dicebat, se Imperatore gessit, magnamque Principum, nobilium, et ci vitatum adhærentiam habuit usque ad morter Intravit post depositionem sui in Italiam, et ta tis malis Papam, subjectosque illi populos affl xit, ut Pontificem vivere tæderet, voluissetq depositionem illius se numquam cogitavisse. Ma xima enim partialitas populorum in Italia subs cuta est, quæ in præsentem ferme diem per a*

nos

[...]s ducentos, et sexaginta non sine multorum [...]nguinis effusione duravit. Enim vero qui Roma[...] Pontificis sequebantur partes, quibus inditum [...]rat nomen Gvelforum, fautores Imperatoris, qui [...]ibellini dicebantur, omni studio, omnique vir[...] persequi, et delere penitus satagebant. Nec [...]inore studio Gvelfos Gibellini persequebantur. [...]elforum denominatio venit a Welpho Bavariæ [...]uce, qui in dissidio inter Gregorium VII. Pa[...], et Henricum IV. Imperatorem partes suscepe[...] Papæ, Gibellinorum a Guiberto Antipapa eo[...] illo tempore, et cui velut Papæ factio Henricia[...] adhæserat, adversans Gregorio legitimo Papæ. [...] Gvelforum denominatio de iis, qui pro Ponti[...]ce starent, Gibellinorum, qui pro Imperatore, [...]mper etiam postea duravit, quandocumque dis[...]dium aliquod inter Pontifices, et Imperatores [...]atum est. In hoc turbido statu rerum erant [...]ecti Imperatores, primum Henricus Thuringiæ [...]andgravius, deinde Guilelmus Brabantiæ Comes, [...] hunc Richardus Comes Cornubiæ in Anglia [...]ridionali, et Alphonsus X. Rex Castellæ, qui [...]men administrationem Imperii, nec ejus coro[...] assecuti sint. Conradus quoque Friderici fi[...]us Germaniæ regnum, quod sibi adjunctam ha[...]uit Imperatoris dignitatem, vi omni nitebatur [...]ibi asserere. Quo mortuo anno 1254. nec abs[...]que suspicione veneni a Manfredo ei porrecti, qui [...]t ipse prensabat idem regnum, Conradinus æque [...]oc affectaverat. Fridericus II. anno 1250 qui sex[...]us fuit post Lugdunense Concilium, vita functus [...]st Firenzolæ in Apulia non longe a Tarento. De [...]uo Nicolaus de Curbio in Vita Innocentii IV. *Laborans gravibus dysenteriis, frendens dentibus, spumans, se discerpens, ac rugiens immensis cla[...]moribus, excommunicatus, et depositus* (ex Impe-rio)

rio) *miserabiliter exspiravit.* A Manfredo noth quod ei in testamento Conradum filium prætulisset hæredem ponens Imperii vel pulvinari ad os inje cto suffocatus, vel veneno sublatus esse ferebatur. Quod alterum si tamen verum est, a Manfredo mortem ei esse allatam, cum ejus morte, quæ qualis fuerit, jam dictum est, convenientius est. Etiam non desunt, qui dicant pœnitentem obiisse, peccatorum absolutione accepta ab Archiepiscopo Panormitano: quod tamen cum testimonio Nicolai de Curbio non convenit. A Friderici morte in Imperio interregnum duravit usque ad a. 1273, quo Rudolphus Comes Habsburgicus electus Imperator est.

§. 11.

Alexander IV. Urbanus IV. Festum SS. Corporis Christi ab hoc institutum. Clemens IV. De rebus Siciliæ. De Conradini interitu. Vesperæ Siculæ.

Innocentius IV. diem obiit supremum a. 1254 Huic successit in Pontificatu Raynaldus Cardinalis, et Episcopus Ostiensis assumpto nomine Alexandri IV. Usque ad annum 1261. gessit Pontificatum. Cui Viterbii, ubi decessit, suffectus est Jacobus Pantaleon Patriarcha Jerosolymitanus natione Gallus, dum negotiorum causa eo tempore Romam venisset, qui se Urbanum IV. nominavit. Ab hoc Pontifice venit celebratio solennis et festiva Corporis Christi. Accidit, ut dum an 1264. Urbanus in Urbeveteri esset in quadam Ecclesia prope Volsinium, quod nunc castrum ditionis Pontificiæ est, Sacerdote celebrante, quemadmodum refert S. Antoninus 3. *part. tit.* 19. *cap* 13. §. 1. gutta Sangvinis e calice ad mappulam quod Corporale dici solet, deciderit. Rem, qu

ejus

s negligentia acciderat, occultare volens, com-
ato eodem Corporali iterum, atque iterum
sam guttam texerat. At vero in his omnibus
poralis locis, quæ venerant supra guttam, ap-
ūt rubea forma hostiæ. Corporale hoc in Ec-
a Cathedrali Urbisveteris asservatum fuit, cer-
ie temporibus populo exhibitum, et cum ve-
tione conspectum. Dum idem Urbanus in Leo-
si Ecclesia munus Archidiaconi gessisset, S.
ana virgo tam huic, quam pluribus aliis pie-
, et doctrina conspicuis viris, exposuit visio-
, quam identidem habuerit lunæ splendentis
aliquo sphærici sui corporis defectu: et per
visum ex revelatione sibi facta a Christo, id,
l refert Chapeavillus Canonicus Leodiensis in
tatu suo de Origine Festi Corporis Domi-
cognoverit per lunam esse designatam Eccle-
, per ejus in circulari forma defectum, Fe-
orporis Christi in Ecclesia defectum. Primum
ie Robertus Leodiensis Episcopus ab eadem
na, visione sibi exposita, festum hoc Corpo-
Christi in sua diœcesi instituit, deinde vero
banus idem fecit pro universa Ecclesia proposi-
etiam Indulgentiis, qui hoc festum cum pie-
peregissent, cum ad illam visionem sibi quo-
ab Juliana manifestatam, etiam miraculum
l de gutta Sangvinis Christi in Corporali ac-
isset. Idem festum confirmatum deinde est
m ab Joanne XXII. et a Clemente V. in Con-
generali Viennensi. Urbanus in suo decre-
le hoc festo, ut semel saltem in anno celebrius
m ageretur, quamvis fieret et in Cœna Domi-
et quotidie in Missæ sacrificio, eam etiam sibi
sam dixit fuisse, ut et pietas magis accende-
ur in Christi fidelium cordibus erga hoc Ve-
abile Sacramentum, et hæreticorum confunde-
re-

retur perfidia, non credentium veram Christi pr
sentiam in Eucharistia.

Urbano mortuo Guido Cardinalis et Epis
pus Sabiensis evectus a. 1265. ad Summum Pon
ficatum est, Clementis IV. assumpto nomine. F
conjugatus, antequam Clericus factus fuisset u
re mortua, habuitque jam Pontifex duas supe
stites filias. Monuit statim cognatos suos satis
nuiter instructos domesticis facultatibus, ne
ideo, quod ipse Pontifex factus esset, elatius
vestitu, aut ulla alia in re gererent, nec
spem etiam ullam facerent quidpiam accipiendi
Ecclesiæ proventibus. Nonnisi nepti suæ pro
sit trecentos numos Turonenses, (centum qu
quaginta libras Gallicæ monetæ fecerant) si f
simplicis militis nupsisset. Cæciliam filiarum e
unam cum quidam ab eo petiisset in matrimo
um, subridens respondit, ipsum non petere
liam Cæciliam, sed se Papam. Itaque tam h
quam altera nomine Mabilia mansit innupta: u
de et meliori sponso sunt verba S. Antonini
part. tit. 20. *cap.* 1. §. 11. Domino Jesu Chri
traditæ sunt, in virginitate Deo obsequentes.

Manfredus Friderici II. nothus nihil non i
tentatum reliquit, ut Siciliæ regnum obtiner
quod Innocentius IV. tamquam feudum Roma
Ecclesiæ ad se revocaverat, eodem Friderico e
auctorato, tametsi nequidem a Friderico ip
verum Conrado ejus fratri ultimis tabulis fuis
scriptum, et vi harum tabularum Conrado mo
tuo nondum tamen ad ipsum, verum ad Con
dinum Conradi filium spectasset: eoque rem p
duxerat, ut a Siculis reciperetur, atque Pan
mi regiis etiam insignibus exornaretur. Nec
ad

lhuc contentus copias etiam in ditiones Romanæ
cclesiæ immisit, quas ex ipsis etiam Saracenis ha-
ebat confectas, ipsumque Urbanum IV. insecta-
s adeo sit, conatus et hunc, et Romam in suam
edigere potestatem; ut idem Pontifex necesse
abuerit ad comparandum sibi præsidium propo-
nere indulgentias perinde ut hæ datæ erant pro-
ciscentibus in Orientem et pugnaturis pro Ter-
a sancta, isteque exercitus Romani Pontificis si-
militer veste Cruce insignita se induerit. Conra-
dus morti proximus filium Conradinum duos an-
nos natum pupillum Innocentii IV. tutelæ, et pa-
trocinio commendavit: eaque benignitate fuit
Pontifex, ut hunc paterno affectu susceperit, et
promiserit se ei regnum Jerosolymitanum, et du-
catum Sveviæ, et alia ejus jura, ubicumque illa
sive in Sicilia, sive alibi haberet, integra, et il-
læsa conservaturum: quin cum ad se revocasset
Siciliæ administrationem, permiserit Siculis, ut
in fidelitatis sacramento sibi præstando possent
verba hæc addere, Salvo Conradi pueri jure.
Innocent. l. 12. post epist. 505. Qui Conradinus,
idem et Conradus solet appellari. Siciliam vero
postea Manfredus suo, et Conradini nomine inva-
sit, et brevi sibi soli vindicavit rumore sparso de
Conradini morte: qui mortuus fuisset, nisi ve-
nenum, quod erat paratum et in cupediis missum
Conradino, Elisabetha matre cavente, et pericu-
lum metuente suo filio, puer alius, quem illa
supposuit, sumpsisset. Dum autem neque hic ad-
huc Manfredus constitisset, sed ipsam Romam
etiam cum universo patrimonio Petri eripere Ro-
mano Pontifici adgressus esset, Clemens IV. Papa
regnum Siciliæ Carolo Andegavensi, fratri S. Lu-
dovici Regis Galliæ, contulit. Jam Henrico III.
Angliæ Regi pro altero ejus filio Edmundo erat
obla-

oblatum ab Innocentio IV. et ab Urbano IV. v-
rum huic impedito turbis domesticis non vaca[illegible]
negotium suscipere, quod perficiendum non e[illegible]
absque bello. Carolus autem Andegavensis succ[illegible]
ctus armis Gallorum, cum in Siciliam veni[illegible]
Manfredumque ad Beneventum vicisset, ipse[illegible]
etiam Manfredus in prælio cecidisset, regnum [illegible]
ciliæ obtinuit. Assumpsit vero post mortem M[illegible]
fredi etiam Conradinus titulum Siciliæ Regis, [illegible]
adolescens annos quindecim natus, et post [illegible]
nium a Gibellinis invitatus bello adgressus est [illegible]
rolum: quod vero ei infeliciter cessit. Nam [illegible]
ctus, et ex fuga retractus cum Friderico D[illegible]
Austriæ suo cognato, quem socium habebat [illegible]
et undecim aliis Neapoli publice in foro [illegible]
plexus est. Antequam eos feriret lictoris gla[illegible]
ait Nangius in Gestis S. Ludovic. juxta quam[illegible]
capellulam Missam pro animabus suis secund[illegible]
morem Christianæ Religionis propriis auribus [illegible]
dierunt, indulto etiam sibi spatio crimina co[illegible]
tendi. *Ricordanus Malespina cap.* 191. *Villa[illegible]*
lib. 7. *cap.* 25. *Ptolemæus Lucens. in Chron.*
Hist. Eccl. lib. 22. *cap.* 37. *pluresque alii.*

Hac severitate, qua usus erga Conradin[illegible]
est, non bene famæ suæ Carolus consuluit. F[illegible]
enim hoc ejus factum improbatum ubique. Ho[illegible]
mines factiosi, et partium ejusdem Conradini [illegible]
ipsum etiam Clementem IV., Rom. Pont. macul[illegible]
istius severitatis contulerunt, sparseruntque h[illegible]
quasi Clementis dictum: *Vita Conradini mors Ca-*
roli: mors Conradini vita Caroli, tamquam quib[illegible]
verbis concitatus sit Carolus ad vita privandu[illegible]
Conradinum. Hoc idem recantarunt, qui etia[illegible]
postea talia studiose collegerunt, ut famam lace[illegible]
rarent Romanorum Pontificum, non semper a[illegible]
ten-

endentes, num etiam historica fide sufficienter niterentur. Non tantum autem nemo Scriptorum proferri potest, cujus testimonio Clementis talis voluntas, vel istud dictum, quod memoratum est, probaretur, sed sunt testimonia etiam in contrarium, Ricordani, et Joannis Villani, qui locis jam supra citatis diserte dicunt, Carolum ob id, quod egit de Conradino, etiam reprehensum esse a Clemente eodem Pontifice. Idem etiam hinc refellitur. Carolus Juris consultos convocaverat, ex omnibus regni sui civitatibus, ut est apud eumdem Ricordanum, et in Consilium adhibuit, satisne justa causa esset ad summendum supplicium de Conradino: hi cum judicassent reum læsæ Majestatis esse, itemque ceteros cum eo comprehensos, Carolum deinde processisse ad irrogandum his supplicium. Præsenserat videlicet Carolus, quam res invidiam esset habitura. Ut igitur adversus hanc se muniret, omnium regni sui Consultorum sententiam exquisivit. Anne in Romani Pontificis auctoritate non se potius fixisset, quam in Consultorum, si quid ab hoc accepisset, quo factum suum defendere posset? et illam cum his consultationem sibi faciendam ne putasset, si habuisset pro se voluntatem, et auctoritatem ipsius Romani Pontificis? Cum Conradino Conradus etiam de Antiochia, hic fuit nepos Friderici II. Imp. ex Friderico filio, qui hunc genuerat, dum cum patre fuisset in expeditione Orientali contra Saracenos, capitali poena affectus fuisset, quod in subsidium venerit arma Carolo inferenti, nisi idem Clemens Pontifex Carolum instantissime rogavisset, ut ei vitam condonaret, quemadmodum scriptum est a Martino IV. Papa in edicto adversus eumdem proposito apud Raynaldum *ad a.* 1282. *num.* 26. Fuit enim vir benignus

gnus generaliter habitus, ut his ipsis verbis Jordanus *in Ms. Biblioth. Vatican. apud* e- *dem Raynaldum ad a.* 1268. Eo minus Cle- Papa is fuit, ut suspicio illa cadere in eum p- sit de Carolo etiam concitato adversus Con- num ad Friderici Imper. funditus exscinden- stirpem in Conradino. In hoc Scriptores dam dicunt, desiisse Friderici progeniem. vero factum est nonnisi in Conrado de An- chia post annos circiter quindecim, cum se culis rebellantibus sociasset post datam fidem mano Pontifici etiam juratam, se nihil mo- rum adversus Carolum Siciliæ Regem. Tunc a ducibus ejusdem Caroli captus, oculis actus in furcam est. *Joan. Villan. lib.* 7. *cap.*

Siculi armis fracti se se Carolo subjecerunt, que Rex eorum fuit coronatus. In hos autem ctos non sine multa etiam sangvinis effusione, mansvetudine, et clementia uti debuisset ad fir- dum sibi regnum; ille hoc quæsiverat ratione c- traria, Gallis omnem licentiam concedendo, qui- solis administris utebatur in regenda Sicilia, ad- ut Clemens IV. Papa idcirco etiam ipsum monu- per epistolam apud Raynaldum ad a. 1268. num. In qua *Miramur,* ait Pontifex, *si tuis sæpe non* i- *sonet auribus, quantus est ibi afflictorum ge- tus, ululatus, et clamor; quot, et quanta* E- *clesiarum, et personarum Ecclesiasticarum* g- *vamina; quot oppressiones non solum solutaru- sed et conjugatarum et virginum; quot paupe- rum spoliationes, quot divitum concussiones, q- injuriæ, quot calumniæ omnium: quot postrem- deprædationes undique, et rapinæ. Profecto, fili, hæc nimis periculose dissimulas, nec sine multa indecentia, et tui detrimento nominis pa- teris*

ris prædictos Officiales, et familiares eorum in refatos tuos subditos sic lasciviendo sævire, ut is abundantibus de subditorum ipsorum injuriis, s per ipsos tuis fraudatus viribus, odiosus redbris omnibus. Atque hoc omnino secutum est. Siculi tale jugum Gallorum, tam acerbum, siverunt excutere. Cum autem viribus suis diffiderent, has alia ratione sibi compara-. Petrus Rex Aragoniæ Constantiam Manfre- filiam sibi habuit copulatam matrimonio. Hunc runt, ut hoc nomine sibi assereret regnum, facilemque in sua vota habuerunt. Neque satis, ut eo magis huic opes suppeterent ad um gerendum, Carolumque opprimendum nes Proceda unus de Siculis ad Michaelem leologum Orientis Imperatorem se contulit, at- ad hunc detulit Carolum adjunctis sibi etiam eis validissimam classem instruere, bellum- parare adversus eum. Balduinus II. sub quo Græcos rediit Constantinopolis, filium relique- Philippum, cui juncta matrimonio erat Beatrix, oli Siciliæ Regis filia. Hoc nomine quærebat Carolus recipere Constantinopolim. Hoc au- facile esse, dissipare, si eidem Carolo inte- m bellum fieret in Sicilia: neque aliud ipsum re facere, quam pecunias suppeditare Petro onum Regi: Siculosque, quibus infinitum m adversus Gallos sit, conspiraturos omnes os opprimendos. Horum plurimi, quibus di- erant, ut has, seque ipsos in tuto colloca-, jam emigraverant etiam e Sicilia. Dum au- ista apparantur, accessit, unde in furorem itati Siculi, ne exspectato quidem illo ini- belli faciendi per Petrum Regem Aragonum os omnes per totam Siciliam crudelissime in- cerint, ne infantibus quidem parcendo, qui a Gal-

Gallis generati materno adhuc utero continebantur dissecto matrum ventre, foetuque confosso.

Panormi feria secunda Paschatis, quæ tunc (annus erat 1282.) in diem 30. Martii inciderat, quemadmodum ibi moris erat, virorum, et feminarum maxima multitudo ad Montem Regalem, ter mille passuum intervallo nonnisi remotum ab urbe se contulerat cujusdam hilaritatis gratia. Hocce loco Gallus quidam feminam quampiam apprehendit, ut ea abuteretur. Ad hujus clamorem Siculi cum accurrissent, eamque liberavissent, conspirarunt deinde ad Gallos omnes, qui Panormi erant, eadem adhuc die contrucidandos uno eodemque momento sibi constituto, quo signum ære campano datum esset pro vesperis ejusdem diei in Ecclesia peragendis. Quod et factum est, ea ratione, qua jam dictum est, ut ne infantibus quidem in utero matrum parceretur, neque Gallis locus perfugii in ipsis etiam esset Ecclesiis: statimque, quod factum Panormi est Gallis accidit alibi ubique per universam Siciliam. Petrus Rex Aragoniæ habebat paratam classem in speciem contra Saracenos, reipsa autem ut Siciliam invaderet, simul atque Siculi insurrexissent contra Gallos. Ita nullo negotio cepit eamdem Siciliam, et quidquid Galli conabantur, cecidit in irritum. Carolus Rex obiit ex animi ægritudine. Carolus ejus filius, cognomento Claudus, volens bello insistere, captus est, suique loco, dimissus tres filios suos obsides dare debuit. Inter quos fuit Ludovicus secundo genitus, factus Episcopus Tolosanus, et post mortem Sanctis adscriptus, e sangvine Regum Hungariæ stirpis Arpadianæ per matrem Mariam, quæ filia fuit Stephani V. Regis Hungariæ. Contentio autem de regno Siciliæ di-

ra—

rit usque ad a. 1303. quo composita est cum
idericus Petri Regis Aragoniæ nepos duxisset
eonoram Caroli I. Siciliæ Regis neptem, ipseque
iam Bonifacius VIII. Rom. Pont. suum huc as-
sum præbuisset. Illa Gallorum cædes primum
normi, quemadmodum dictum est, cœpta, ac
einde continuata per totam Siciliam, nomen ha-
et Vesperarum Sicularum, quod idem æris cam-
pani signum, quod datum erat pro Vesperis illi
tiam cædi initium dederit. *Ricordan. Malesp.*
cap. 206. Nangius in Gestis Philippi Regis Galliæ.
Joan. Villan. lib. 7. cap. 61.

§. 12.

regorius IX. Papa. Græcorum tractatus de communione ineunda cum Romana Ecclesia. Indicitur generale Concilium.

Clemens IV. a. 1268. die 29. Novemb. vita
functus est. Hinc annos duos, menses decem, et
dies viginti septem vacavit Sedes Romana Aposto-
lica. Non convenerant Cardinalium suffragia in
duas tertias partes, quæ requirebantur, ut vali-
da esset electio. Tandem per compromissum ele-
ctus est a. 1271. die 1. Septemb. Theobaldus Pla-
centinus Archidiaconus Leodiensis, qui se Gre-
gorium X. nominavit. Versabatur in Palæstina,
ad quam visendam erat profectus. Prima ejus cu-
ra fuit, succurrere Palæstinæ, cujus statum suis
ipse oculis conspexerat. Michael Palæologus Græ-
corum Imperator jam ad Urbanum IV. Papam da-
tis literis suam manifestavit voluntatem, et desi-
derium redeundi ad communionem cum Romana
Ecclesia, iterumque hoc fecit scribens ad Grego-

rium X. *Apud Raynald. a.* 1264. *num.* 58. (
1273. *num.* 44. Jamque Manuel etiam Comn
istam spem præbuerat Alexandro III. cujus e
legatus venerat ad Concilium Lateranense III.
pra Part. III. §. 42. Etiam a Gregorio IX.
erat tractatum negotium cum Joanne Vatacio G
corum Imperatore a. 1233. cum ipse Vata
prior etiam, literas hac de re ad Gregorium
disset. Res ea occasionem huic tractatui ded
Quinque Fratres Minores ex Ordine S. Fran
in Orientem profecti ad Fidem propagandam
tolerata vincula, in quæ a Saracenis erant co
cti, venerant Nicæam, ubi, quamdiu Consta
nopolim tenuerunt Latini, residebat Impera
Græcorum, atque horum Patriarcha a Lat
communione disjunctus. Hos Patriarcha nom
Germanus benevole suscepit, in sermoneque c
his dixerat, rem esse prorsus absonam, ut
propter Fidei unitatem deberent esse conjunc
simi, iidem a communione mutua abhorrer
Suam in communionem propensionem cum
ostendisset Patriarcha, Fratres Minores suam
operam polliciti sunt ad hanc conficiendam. Id
quoque Imperatori Vatacio placuit, quem et
lud moverat, ut conciliato sibi Romano Pont
ce bellum a se averteret, quod a Latinis in Ori
te Constantinopolim adhuc tum tenentibus,
versus Græcos instruebatur. Cum quinque igi
Fratribus Minoribus misit Imperator ad Gre
rium IX. suum etiam legatum, et literas. N
huic quidquam esse potuit optatius. Itaque H
gonem, et Petrum ex Ordine Prædicatorum, H
monem, et Radulphum ex Ordine Minorum
Vatacium misit, et ad Patriarcham tentaturus h
Græcorum revocationem ad communionem cum R
mana Ecclesia, et Sede Apostolica. In epistola
ac

Imperatorem, nam alteram etiam ad Patriarcham dederat, *Cum juxta testimonium Veritatis*, in-sit, *occasio sit errorum, ignorantia Scriptura-rum* (Matth. 22. v. 29.) *cunctis expedit illas lege-re vel audire: quia quæ in eis inspiratio Divi-na reposuit pro doctrina sequentium, ad caute-lam trahere voluit modernorum. Sane sub Jero-boam, qui peccare fecit, ut legitur, Israel, præ-cepta divisio tribuum patenter signat schisma Græcorum, et multitudo abominationum Sama-riæ diversas hæreses multitudinis a veneratione veri templi Domini, Romanæ videlicet Ecclesiæ reverentia separatæ.*

Hi nuncii, a Romano Pontifice missi, Nicææ honorifice excepti sunt aliis, atque aliis sibi ab Imperatore obviam missis ad eos salutandos, et ad gaudium ex eorum adventu significandum: similiter hoc factum est a Patriarcha, ac demum totus eis obviam processerat Clerus: deducti sunt primum ad ecclesiam, in qua Concilium Nicænum I. fuit celebratum, in cujus parietibus Patres illius Concilii erant depicti, ipsisque ostensi, deinde ad hospitium, quod eis honorificum fuit ab Imperatore apparatum, eodem comitante Clero, et populi multitudine. Est institutum deinde colloquium primum apud Patriarcham præsente Clero, deinde in palatio Imperatoris. Græci interrogati, cur se sejunxissent ab Ecclesia Romana, dixerunt, duas esse causas, unam de processione Spiritus sancti, alteram de Sacramento Altaris: Latinis præterea vitio dederant, quod ad Symbolum Fidei quædam addidissent. Nuncii Symbolum Fidei Nicænum sibi exhiberi petierunt, atque hoc recitato etiam alterum Constantinopolitanum, et rursus quæsiverunt, si verum est, a Patribus vetitum

 esse,

esse, ne quid Symbolo adderetur, quonam
tur jure ad Symbolum Nicænum Patres Con
Constantinopolitani addere ea potuerint,
Symbolum ipsorum Constantinopolitanum hal
Responderunt Græci, hanc non esse additio
factam Symbolo Nicæno, sed solam rerum i
explicationem. Hac explicatione sitne aliqua
tatio inducta ad symbolum Nicænum, et Fidei
cænæ hac ratione labesne aliqua illata sit,
rius ex Græcis quæsiverunt Nuncii. His utr
que negantibus, ergo, inquiunt Nuncii, ne
tale quidpiam admissum est sive erga Sym
lum Nicænum, sive Constantinopolitanum per
ba: *Filioque*, quæ sunt in Latina Ecclesia Sy
bolo Constantinopolitano addita: siquidem his
hil etiam aliud fiat, quam uberior declaratio
gmatis de processione Spiritus sancti.

Iidem Nuncii sic ulterius iverunt in quæ
do: Liceatne ea docere, credere, cantare,
Fidei sunt Orthodoxæ? Græcis nihil in contr
um habentibus, Atqui, inquiunt iidem Nu
est Fidei orthodoxæ, Spiritum sanctum etia
Filio procedere. Græci paulo ante testimon
aliquod protulerant S. Cyrilli Alexandrini, ne q
Symbolo adjiceretur, nempe propria licentia,
citra Ecclesiæ auctoritatem. Quapropter p
quam Spiritus sancti processionem a Filioque
iis Evangelii locis probassent, in quibus Spir
dicitur Spiritus Filii, et Spiritus Veritatis, dei
ut quoniam ipsi pro se S. Cyrillum produxiss
per hunc ipsum refellerentur; hujus etiam
ceteris Patribus testimonia hæc de processi
Spiritus sancti a Filio attulerunt: *Mutabilis n*
modo est Spiritus: aut si mutationis morbo l
ret, ad ipsam Dei naturam hæc labes pertin

si

quidem est Dei et Patris, et Filii ille, qui substantialiter ex utroque, nimirum ex Patre per Filium profluit Spiritus. Lib. 1. de Adorat. in sp. et verit. Alterum: *Esto Spiritus in propria persona subsistat, eatenusque in seipso consideretur, quatenus Spiritus est, et non Filius, non tamen ab eo alienus, quandoquidem Spiritus veritatis nominatur. Christus autem Veritas est, sed et perinde quoque ab illo atque a Deo Patre procedit,* Græce προχεῖται, *per effusionem exit.* Epist. ad Nestorium de excommunic. p. 74. Tom. 5. part. 2. Græcos qui dicerent, profluere et profundi non esse idem, quod procedere, Nuncii rursus isto ejusdem Cyrilli testimonio retuderunt: *Est Patri, et Filio consubstantialis Spiritus sanctus, et profunditur quidem seu procedit, sicut a fonte Deo, et Patre.* In Sanct. Symbolum p. 190 Tom. 5. part. 2. Et iterum: *Cum procedit vero Spiritus sanctus a Patre, et Filio, manifestum est, ex Divina essentia ipsum esse.* Thesauri pag. 345. Tom. 5. part. 1. Illud pro Spiritus sancti processione a Filio argumentum, quod is Spiritus dicatur esse Filii, et Veritatis, Græci infirmare volebant dicendo, ideo Spiritum sanctum dici Spiritum Filii, et Spiritum Veritatis, quod ejusdem cum Filio sit substantiæ. At vero Nuncii et in hoc invicti adversus Græcos fuerunt. Dicebant, etiam Patrem ejusdem cum Filio esse substantiæ. Igitur futurum, ut et Pater dici debeat Spiritus Filii: quod vero ita non sit, quidem Pater ex Filio non sit, ideoque nec hujus Spiritus dici possit, quamvis ejusdem cum Filio sit substantiæ.

Transitum est deinde ad alterum de Eucharistia, propter quod Græci se dixerant recessisse ab

ab Ecclesia Latina, non habentes panem azym idoneum pro consecratione, quo utitur Eccl Latina, solumque fermentatum panem, quo uuntur statuentes aptum esse ad perficiend hoc Eucharistiæ Sacramentum. Græci in eo v posuerant, quod panis Græce ἄρτος derivatum αἴρω tollo, in altum procedo, de fermentato pa non de azymo intelligi debeat. Negarunt Nuncii, quidem in Levitico libro Moysis panis az mus eti in Græca lingva vocetur ἄρτος: ipsumque Christu celebrantem Eucharisticum convivium post cœ jam Paschalem peractam, a qua abesse d omne fermentum, quodque ante hanc coe ci ex ipsis domibus debuerit, usum esse fer mentato, sed azymo pane. Græci, qui nec ass sum dare volebant, nec resistere argumentis po terant adversum eas, quas sibi quasi justas cau sas dicebant esse dissidendi ab Ecclesia Roman hunc colloquiis finem dederunt, ut rem dicere tractandam esse in Concilio. Quod concilium etia institutum est a Græcis Nymphææ in Bithyni Nuncii vocati ad hoc recusarunt ire, qui ad ho nullam se dicerent accepisse potestatem a Roman Pontifice, nec spem ex concilio conceperant al cujus majoris fructus, quam is fuerit, quem con secuti erant ex colloquiis. Ne tamen viderentu e sua parte causam dedisse, cur in irritum ive rit hæc spes conciliandæ concordiæ concepta e hoc tractatu, iverunt. Resumpta autem sunt hi iterum illa eadem, quæ sunt agitata in colloquiis nec alio etiam exitu quam qui in istis fuit, Græ cis, etsi nihil solidi scirent proferre adversum ea quæ proponerentur a Nunciis, tamen effugia quæ rentibus frigidis argumentis, et demum prorum pentibus etiam ad verba indecentia. Finis is fui Nuncii a Græcis petierunt, ut fidem suam scripta sibi

hi traderent, quam ad Romanum Pontificem essent deferre, vicissim vero suam et Ecclesiæ Romanæ fidem quoad dogmata inter hanc, et Græcos controversa, ipsis tradiderunt. Sed scriptum suum Græci Nunciis eripuerunt: hi vero illud Græcis reliquerunt quamvis et ipsi hoc voluissent restituere, ut his pro testimonio esset, fidei Romanæ Ecclesiæ, et Apostolicæ Sedis esset fides. *Acta Nuncior. Mss. apud Vading. et Raynald. ad a.* 1233.

Etsi vero Græci præseferentes sæpius voluntatem redeundi ad communionem cum Latinis, et Apostolica Sede Romana, hoc non præstiterint; nihilo eo minus Gregorius X. Michaelis Palæologi Imperatoris literas, quibus pollicebatur, Græcos reducturos ad communionem, cum gaudio excepit: quandoquidem Ecclesia semper sinum gerat apertum ad suscipiendos omnes, quantumvis prius a se aversos, ipsosque persecutores, et hostes. Hac igitur de causa, deinde ut subsidia nova compararentur in Orientem pro Palæstina, idem Gregorius indixit generale Concilium. At vero Palæologo, Græcos ad Communionem cum Ecclesia Romana reducere laboranti, obstiterunt Josephus Patriarcha Constantinopolitanus, aliique Episcopi, et Clerici, adeo, ut Josephus Concilium etiam celebraverit, ad se obfirmandos adversus hanc communionem, de qua Imperatorem videbant laborare. Joannem Beccum Chartophylacem, Custodem chartarum significat, sed idem erat custos etiam sigilli Patriarchalis, summusque omnium negotiorum Patriarchæ administer, Imperator, quod ei unus omnium maxime opposuisset, et restitisset, in carceres teterrimos, et omnes fere propinquos ipsius conjecit. Erat præcellenti ingenio,

et

et doctrina. Vidit vero Imperator, si hunc I suam partem traxisset, sibi facilius processurun negotium ad conciliandos etiam alios. Itaque hun non tantum ad libertatem posuit, sed sibi etian devincire studuit. Misit deinde ad hunc Nicephor Blemmydæ duas Orationes, alteram ad Jacobum Bulgariæ Archiepiscopum, alteram ad Theodorum Lascarim, in quibus testimonia Patrum de pro cessione Spiritus sancti etiam a Filio collegerat ut has legeret. Hic Nicephorus Blemmydes fui Græcus, Abbas monasterii in Emathia, quæ re gio finitima Thraciæ fuit, eique colloquio inter fuit, et disputationi, quæ habita est sub Impera tore Vatacio, de qua paulo ante dictum est, ste teratque pro dogmate processionis a Filio, atque hinc istæ etiam ejus duæ Orationes sunt, ab e compositæ ad evincendum hoc dogma. *Niceph Gregoras lib. 5. Hist. Byzant.* Hæ orationes am bæ exstant Raynaldi Annalium Tom. I. Græce e Latine. Quibus perlectis Beccus libros Patrum e quibus Blemmydes illa testimonia collegerat postulavit. Quibus acceptis eum testimoniorum acervum coegit, ait idem Gregoras, quæ integr volumina complere possent, et qui dudum acer rime Latinis adversabatur, mutata sententia vi ctoriam faceret ambiguam, videlicet Græcis, do gma de Spiritus Sancti processione oppugnanti bus. At vero Josephi Patriarchæ tanta fuit obsti natio, ut se jurejurando etiam obstrinxerit, se i hoc dogma numquam consensurum, et quaqu versum literas miserit ad confirmandos omnes etian alios in eadem pertinacia. *Pachimerus Hist. Græ lib. 5. cap. 17.*

§. 13.

§. 13.

Concilium generale Lugdunense II. Græci in hoc Concilio jungunt se in communione cum Ecclesia Romana.

Concilium, quod indictum fuisse generale a Gregorio X. supra dictum est, cœpit Lugduni in ... die 7. Maii a. 1274. fuitque Lugdunense inter generalia decimum, et quartum. Numerus, qui interfuerunt Concilio, fuit quingentorum Episcoporum, Abbatum septvaginta, aliorum Prælatorum mille: tum legati et oratores Regis Galliæ, Germaniæ, Angliæ, et Siciliæ. Jacobus Rex Aragoniæ, ipse ad Concilium venit. *Ptolemæus Lucens. Hist. Eccl. lib.* 23. *cap.* 3. Sex sessionibus peractum est. In prima causas Pontifex exposuit convocati Concilii, quarum tertiam inter eas, quæ jam dictæ sunt, declaravit esse, ut mores, et disciplina labefactata ad integritatem revocentur. In Sessione altera statuta quædam de doctrina Fidei facta sunt, quoad ea, in quibus Græci cum Latinis non conveniebant. Antequam sessio tertia haberetur, Pontifex cum Episcopis, et Abbatibus egit, eorumque consensum obtinuit ad proventuum suorum decimam partem conferendam in expeditionem pro Terra sancta, atque de hoc deinde in subsequente sessione tertia ... statutum factum est. Hoc tempore legati advenerunt Constantinopoli, missi a Michaele Palæologo Imperatore, Georgius Acropolita Logotheta, qui in aula Imperatoris Constantinopolitani is fuit, qui nunc in aulis Principum dicitur Cancellarius, Panaretus Præfectus vestiario; et ... eas interpres, æque aulicus; atque hi tres Imperatoris nomine; Episcoporum vero nomine ve-

nerunt legati Germanus, et Theophanes. Hic f
Metropolita Nicænus, ille locum tenuit Patri
chæ Constantinopolitani, qui tum erat Joseph
Cur non iste, verum ille venerit, idque in loc
hujus, inde factum est. Theodorus Lascaris Gi
corum Imperator mortuus reliquit hæredem :
um Joannem Lascaris, sed puerulum necdum
nos octo natum. Michaelem Palæologum opti
tes Imperii proclamarunt Imperatorem, Ars
usque eo tempore Patriarcha hunc etiam coro
vit, tutor Joannis Lascaris, sed ea conditione,
quam se Michael Palæologus etiam jure juran
obstrinxerat, ut ubi puer ad ætatem venisset i
gendo idoneam, huic Imperium traderet. At v
ro Palæologus, ut sibi Imperium in perpetu
assereret, Joannem Lascarem, ejus oculis adm
to candente ferro, luminibus privavit. Quamobr
Arsenius Palæologum excommunicavit, nec qu
tumvis supplicem sibi factum, absolvere exco
municatione voluit. Quare is coacto Episcopor
concilio fecit, compositis quibusdam criminib
quale fuit, balnei usum concessisse quibusd
Saracenis, quod ad Ecclesiam spectabat, et
cujus marmoreis parietibus cruces erant insculp
damnatus, et actus in exilium est in insulam P
conesum. In ejus locum iidem Episcopum sul
cerant Germanum Archiepiscopum Adrianopo
tanum. Sed adhorrebat ab eo populus, siquid
Arsenium non haberet juste condemnatum, ad
que senserit, neque dignitatem ei auferri potu
se. Germanus invisum se videns etiam Impera
ri, qui nec absolvi ab eo petiit, quod absolut
nem, quam is tribuisset, vidisset, non habend
validam a populo dimisit Patriarchalem digni
tem et ad privatam domum se recepit. In hu
locum factus est Josephus Abbas, qui vero se c
stin-

stinatissime opposuit Imperatori agenti, et Episcopos adducere laboranti ad ineundam communionem cum Romana Ecclesia. Quare convocato Episcoporum concilio, cum hos sibi consentientes nactus esset, Josephum ad monasterium relegavit ea cum conditione, ut si communio cum Romana Ecclesia, de qua tractaturi essent, non successisset, ei reditus ad Patriarchalem dignitatem pateret; sin minus, in monasterio perstaret, utpote abhorrens a communione: Germanus vero e suo secessu revocatus est ad gerendum Patriarchale munus, donec tractatus de communione peractus esset, idemque ut Patriarcha Constantinopolitanus, eo quod esset bene affectus communioni, Lugdunum ad Concilium profectus est. *Pachimerus l. 4. c. 33. Gregoras l. 4. c. 8.*

Legati, qui Constantinopoli venerunt, literas Imperatoris Romano Pontifici reddiderunt: in his professus est, Fidem se ore, ac corde tenere quam tenet et docet Sancta Romana Ecclesia, speciatimque, Spiritum sanctum verum Deum ex Patre, Filioque procedere; in Eucharistiæ Sacramento, quod ex azymo conficit Ecclesia Romana, quod panis vere transubstantietur in corpus, et vinum in sangvinem Domini nostri Jesu Christi; Sanctam Romam Ecclesiam summum, et plenum Primatum, et principatum obtinere super universam Catholicam Ecclesiam, et sicut præ ceteris tenetur Fidei veritatem defendere, sic et si quæ de Fide subortæ fuerint quæstiones, ejus debere judicio definiri. Preces autem suas adjunxit, ut Symbolum Græci possint dicere ea ratione, qua antea, in suisque ritibus pristinis permanere. Eadem professi sunt Episcopi in suis pariter literis ad Romanum Pontificem, quas sub-

scri-

scriptas a sex et triginta partim Metropolit. partim Episcopis attulerunt, et Pontifici obtul runt, confectas in Synodo Constantinopoliti na prius celebrata, quam ad iter se dedissen His perlectis, cum iidem legati, et nomine Imp ratoris, et absentium etiam Episcoporum j jurandum dedissent de iis omnibus firmiter t nendis, et observandis, quæ professio contineb literarum, Summus Pontifex Græcis gratulat de eorum conjunctione cum Romana Ecclesia, h mnum insonuit: *Te Deum laudamus*, quem et ip gaudio exultans, et inter lacrymas, omnesqu alii similiter decantaverunt. Die 6. Julii ejusden anni 1274. in Concilii sessione quarta factum e hoc. Illuxerat proxime festum Sanctorum Apo stolorum Petri, et Pauli. Pontifici rem Divina facienti adstiterunt Episcopi omnes tam Latin quam Græci, dumque Symbolum cantaretur, i la verba: *Qui a Patre, Filioque procedit*, a omnibus repetita sunt ter. Quo finito Episcop Græci (cum iis, qui Constantinopoli advenerant se se sociaverant etiam ii Græci Episcopi, qu erant in Calabria, aliisque civitatibus in Occiden te) Græca lingua canentes laudes celebrarunt Sum mi Pontificis. *Apud Raynald. ad a.* 1274. *ex Ms Archivi Vatic. et Arcis S. Angeli.*

Post Sessionem tertiam Gregorius X. Pap Constitutionem de Conclavi Cardinalium in ele ctione Summi Pontificis proposuit, et publicavit idque ex sententia etiam ipsius Concilii, tamets plures e Cardinalibus reniterentur, quibus hæ le ges de Conclavi nimis duræ viderentur. Hoc fa ctum est, ut quo ocyus electio Pontificis pera geretur, quæ, ut etiam contigit in electione Gre gorii X. propter divisionem suffragiorum sæpiu diu

diu erat protracta. Statutum itaque est, ut a morte Pontificis post dies decem Cardinales conclave ingrederentur nonnisi unum Clericum, vel laicum habentes ad suum ministerium, omni interdicta facultate agendi privatim cum ullo aliquo, ne per literas quidem; deinde ut his, si intra triduum non perfecissent electionem, diebus quinque subsequentibus nonnisi unicum ferculum tam in meridie, quam vesperi administraretur, et si neque hoc spatio electionem absolvissent, deinceps nonnisi panem, vinum, et aquam acciperent eousque, donec peracta esset electio; et ne Cardinales interea quidquam de camera Papæ perciperent. Si contigisset, Cardinales aliquos venire jam ceteris ingressis Conclave, et istis relicta est facultas intrandi si nondum peracta esset electio. Iis vero Cardinalibus, qui emansissent, et in Conclavi non fuissent, nihil juris relictum est quidpiam obmovendi adversus factam electionem ab aliis, positis in Conclavi. Si Pontificem extra Romam in alia civitate cum curia sua residentem contigisset mortem obire, ut electio novi Pontificis institueretur in ejus territorii aliqua civitate, in qua Pontifex mortuus fuit, nisi hæc forsitan interdicto Ecclesiastico esset subjecta, vel dissideret ab Romana Ecclesia.

In quinta, et sexta Sessione ea, quæ jam definita, et statuta fuerunt, redacta in Canones sunt, quorumque omnium primus iste est: *Spiritus sanctus æternaliter a Patre, et Filio, tamquam ab uno principio, et unica spiratione procedit:* aliaque insuper complura constituta sunt pertinentia ad aliorum etiam electionem ad dignitates, et beneficia Ecclesiastica, de reverentia quæ sit exhibenda Ecclesiis, et ne in his fierent

cla-

clamores, seditiones, consultationes laicorum nundinæ, judicia secularia, maxime criminalia, ut rem dicam eodem verbo, quod est in canone. Ex quo canone potest intelligi, contra hanc reverentiam peccatum fuisse: quod nisi fuisset, canon iste constitui non debuisset. Etiam contra fœneratores canon est factus gravis, et severus, quo in hos absolutionis denegatio, et privatio sepulturæ Ecclesiasticæ statuta est, nisi non solum ab usura et fœnerando cessassent, verum etiam restituissent, quod per usuram ab aliis ad se traxerunt. Renovatum est statutum de non multiplicandis in posterum tempus, et novis instituendis Religiosorum Ordinibus jam in Concilio etiam Lateranensi IV. sub Innocentio III. factum. Illi vero Ordines, qui orti erant, nulla fulti auctoritate Sedis Apostolicæ, suppressi sunt, qualis Ordo erat, qui dictus est Fratrum Saccatorum inde, quod saccis induti incederent, isto modo præseferentes pœnitentiam, quam vi suæ professionis agerent. Quoad mores, eorumque pravitatem tollendam plura iis, quæ jam dicta sunt, constituta singillatim non sunt: sed Summus Pontifex requisivit in Præsulibus, ut aliis vitæ sanctimonia, et virtutum exemplis prælucerent: sic enim futurum, ut statutis aliis ulterioribus opus haud sit. Statuta, et Canones hujus Concilii habentur inserti libro sexto Decretalium. Concilium, quod cœpit die 7. Maji, terminatum est ejusdem anni 1274. die 17. Julii.

§. 14.

§. 14.

Status rerum Constantinopoli, et in Græcia post Lugdunense II. Concilium. Græci resiliunt a communione.

Postquam legati Græcorum, qui missi erant ad Concilium, Constantinopolim redierunt, Josephus Patriarcha, qui ad monasterium relegatus est nonnisi ea conditione reponendus ad suam dignitatem, si negotium conjunctionis Græcæ Ecclesiæ cum Romana successum non habuisset, ista vero facta esset, coactus est manere in monasterio, in ejus vero locum suffectus est Joannes Beccus, de quo jam antecessit sermo, ex adversario factus propugnator doctrinæ Orthodoxæ de processione Spiritus sancti. Cumque non multo post festum incidisset S. Petri ad Vincula, quod a Græcis celebratur die 16. Januarii, Romani etiam Pontificis nomen, ad Dypticha repositum, inter Missæ solennia lectum publice, et Evangelium tam Latine, quam Græce cantatum est ab iisdem Græcis, suæ communionis cum Latina Ecclesia testandæ gratia. Idem Beccus Concilium Episcoporum Constantinopoli celebravit: in quo sic professi sunt, *Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, summum, et perfectum Primatum, et Principatum super universam Catholicam Ecclesiam obtinere, quem ab ipso Domino in Beato Petro, cujus Romanus Pontifex est successor, cum plenitudine potestatis recepit, vere, ac humiliter recognoscimus, et quemadmodum præ aliis tenetur fidei veritatem defendere, sic et si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, ejus debent judicio definiri.* Iidem de Spiritu sancto: *Profunditur,* inquiunt, *et ab ipso Filio, quemadmodum a fonte,*

te, velut utique et ex ipso Deo, et Patre: sed
cet Pater fons Spiritus sit, et Filius fons Spiri
sit, non tamen *duo fontes Spiritus sunt Pat*
et Filius. Unum enim fontem Spiritus Patr
et Filium fidelis, et pia intelligentia tenet. C
fessi etiam sunt, eorum, qui post Baptismum
peccata labuntur, si vere pœnitentes in charit
decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fru
bus de commissis satisfecerint, et omissis, anii
in igne purgatorii post mortem purgari, et
pœnas hujusmodi relevandas prodesse iis fideli
vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrific
orationes, eleemosynas, et alia pietatis officia:
lorum vero animas, quæ post baptismum nulli
incurrerunt peccati maculam, vel si contraxeru
purgatæ sunt, mox in cæleste regnum recipi:
lorum autem animas, qui cum mortali pecca
vel cum solo originali decedunt, mox in infern
descendere, pœnis disparibus puniendas. Cre
mus etiam, inquiunt, panem vere transubstant
ri in Corpus, et vinum in sangvinem Domini 1
stri Jesu Christi, sive is azymus, sive fermenta
sit. Hanc suam professionem hæc Synodus a. 12
fecit, in suaque epistola, Synodi totius nom
scripta, misit Romam ad Apostolicam Sedem, q
apud Raynaldum exstat ad eumdem annum.
eodem Concilio, anathema est conjectum in e
qui suæ pertinaciæ inhærentes non recipere
Sanctam Romanam Ecclesiam esse matrem, et
put omnium aliarum Ecclesiarum, et ipsius su
mum Pontificem esse primum Pastorem omni
Christianorum. Etiam hæc epistola per quam pi
mulgatum est hoc anathema exstat apud eumd
Raynaldum.

Ne

Nec tamen firma hæc fuit, et stabilis conjun-
io. Episcopi a communione cum Romana Ec-
sia abhorrentes, sed prorsus non multi cele-
rarunt et ipsi synodum, atque in hac exsecrati
nt omnes eos, qui in illam communionem con-
serant, quibus se adjunxerunt centum mona-
i, viresque Episcoporum factioni addiderunt,
que absque ementitis revelationibus et quasi
s divinitus factis, unde scirent sceleratam hanc,
Deo exosam esse communionis cum Ecclesia
mana unitatem, quasque per urbes et vicos
seminabant. Itaque plebs concitata bacchantium
tar discurrebat per regiones, et ferebatur huc,
que illuc, ne secum quidem consentiens, cum
i Arsenitas, alii Josephitas, Arsenium, et Jo-
phum Patriarchas sequentes, se dicerent, nec
tum Beccum Patriarcham et Imperatorem Pa-
logum, sed Romanum quoque Pontificem hæ-
ticum vocarent. Nec nobiles, et Proceres, imo
i etiam Imperatoris propinqui, et cognati ma-
e affecti erant erga hanc communionem, haben-
s perinde ipsum etiam Imperatorem pro hære-
ico ob initam communionem cum Romano Pon-
fice: id, quod fecit etiam Eulogia Imperatoris
ror, et Maria hujus filia, Bulgariæ Regi nu-
ta: nec contentæ suo odio, aliis etiam afflabant
occe virus dissensionis: quin Maria non dubita-
it ipsum etiam Sultanum Aegypti concitare ad
llum inferendum Imperatori: qui vero huic non
dens rem neglexerat. At vero Nicephorus, et
annes Ducas Michaelis Comneni Epyri atque
toliæ despotæ filii, hac usi occasione rebella-
nt adversus Imperatorem, pluresque alii. Pa-
ologus autem illud præsertim non ferens, quod
duceretur ut hæreticus, asperius etiam egerat,
ut sororem suam, neptes duas, aliosque con-

sangvineos plures in carcerem conjecerit, et Radulphi Comneni filios, Manuelem et Isaa etiam luminibus privaverit. *Ducange Fa Byzant. Pachymeres l.* 6, *Gregoras l.* 5.

In hoc rerum statu Palæologus quorum svasu inductus est ad edictum faciendum, vetuit disputare, atque ullam uspiam mentio facere eorum, quæ attingerent causas, ob q Græca recesserit ab Romana Ecclesia, atta cavendo, ne a Sacris literis in utramvis part aliqua deflexio fieret. Hoc autem erat fovere sch ma: et non eo minus, sinendo ea, quæ schis habuit contraria dogmata Sacris literis, istis p hæc dogmata derogatum est. Romanus vero Po tifex, is erat Nicolaus III. urgebat, ut Græ si sincere communionem cum Romana Eccl appetiissent, eamque amplexi essent, aperte eti profiterentur eadem dogmata, quæ eos disjunc fecerant ab Ecclesia Romana: ipseque Impera in gravem suspicionem inciderat non studio re randæ Religionis in suo Imperio, sed sui alic temporalis commodi gratia suam communio obtulisse Romano Pontifici: nec dubitarunt Græci, recusantes Communionem, dicere leg quos idem Nicolaus Constantinopolim miserat videndum, quomodo communio se haberet, qu Græci spoponderant in Lugdunensi Concilio, cem, quam Palæologus Imperator cum Ponti inivisset, fuisse meram illusionem. Hic arma muit Caroli Siciliæ Regis, qui bellum adve eum adparabat ad eripiendam ei Constantino lim, quam jure, quod a Balduino II. qui u mus fuit Imperatorum Latinorum Constantino li in se reciderit, repetebat. Vixque dubium se videtur, quin etiam hoc moverit Palæolog

s

communionem expetendam, ut habendo sibi ...iatum Pontificem per hunc Carolus Siciliæ ... inhiberetur ab armis sibi inferendis. Quam... ...tem et hoc fuerit, tamen ea, quæ egit com... ...nis redintegrandæ causa, ostendunt sincere ... egisse pro communione, atque ex animo. ...fractus deinde difficultatibus, quibus se im... ...videbat, succubuit. Martinus IV. Summus ...fex hanc tamen in eum sententiam tulit: ...*m Palæologum, qui Græcorum Imperator* ...*tur, tamquam eorumdem Græcorum anti...* ...*schismaticorum, et in antiquo schismate* ...*terum, et per hoc hæreticorum nec non* ...*sis ipsorum, ac schismatis antiqui fau...* ...*de Fratrum nostrorum consilio denuncia...* ...*præsente fidelium multitudine copiosa, ex...* ...*unicationis sententiam latam a Canone in...* ...*, ac ipsius fore sententiæ vinculo inno...* ... *Bullar. in Martino IV. et apud Raynal...* ...*ad a.* 1281. Hoc intellecto, quod in eum ... est, cum deinde, ut jam mos resumptus ...t, Diaconus sub Missa nomen Romani Pon... ...is recitaturus esset, hinc jubente Palæologo ab s... ...re debuit. Ulterius tamem progressus non est. ...ymeres *Hist. Græc. lib.* 6. scribit, Impera... ...em de dissolvendo foedere cum Latinis cogi... ...sse, et hoc utique facturum fuisse, nisi illud ...tisset, ne destrueret rem, cujus causa mul... ...olerasset. Mortuus est non multo post a. 1283. ...tis 58. A Græcis, atque ab ipso filio Andro... ..., qui ei in Imperio successit, ob communio... ...t initam cum Romana Ecclesia nequidem in ...o loco sepultus est, et solummodo extra hunc ...a obrutus, ne a feris discerperetur. Iidem ta... ... morti proximo Eucharistiam præbuerunt, id... ... etiam sine conscientiæ expiatione per Sacra...

 men-

mentum poenitentiæ. Magis ne ei, quem pro sc
smatico habuerunt, communicationem Corpo
Christi, quam sepulturæ suæ dare potueru
Ad excommunicationem in Palæologum cont
etiam Carolus Rex Siciliæ, ut facta prohibition
quis Christianorum ei fœdere jungeretur in be
aut ullum ei auxilium ferret, nam et hoc e
adjunctum excommunicationi, infirmior fieret
sibi resistendum Constantinopolim repetenti,
re Philippi, qui filius, et hæres erat Balduini
Martino vero Papæ ad illam causam, quam ip
Palæologus præbuit per memoratum illud edictu
suum, schismati favens: accedebat, quod nil
spei videns in Græcis Imperatoribus, qui jam ti
ties suam operam ad schisma tollendum prom
sissent, semper tamen spem fefellissent, major
fiduciam in Imperatore, qui ex Latina Eccle
futurus esset, collocaret ad Græcos revocandos
unitatem Ecclesiæ. Illud quoque eidem obver
batur, quod ita via facilior panderetur ad co
traducendas in Orientem in succursum Christ
norum ibi degentium, sub jugoque Saracenor
gementium, et ad tutandam Religionem: dum I
peratores Græci, violata promissionum fide, 1
tantum his expeditionibus, quæ hactenus fa
erant ex Occidente in Orientem, se se auxi
non præstitissent, verum etiam exercitus, (
mittebantur, Saracenis prodidissent, et ad (
tium tradidissent.

Andronicus, Palæologo patri in omnibus c
senserat, expetenti communionem cum Rom
Ecclesia, similiterque ut ille spoponderat, se
hac communione semper perstiturum. Mortuo
tem patre, schismaticos sibi conciliaturus, di
se hoc fecisse tantum simulate ob metum pat

Ita-

que schisma, si unquam alias, in altum extu-
caput. Josephus ad Patriarchalem dignitatem
reatur. Beccus ad monasterium se recipit. Fit
nciliatio eorum, qui communionem erant am-
cum Ecclesia Romana: Ecclesia quoque,
princeps erat Constantinopoli, videlicet So-
, adspersione lustralis aquæ purificata est.
tamen etiam Josepho omnes adhærent; sed
huic, alii Arsenio, qui ante Josephum fuit
iarcha, quem dicerent inique Patriarchali di-
motum esse. Ad componendam discordiam
ctiones duæ recurrerunt ad miraculum, at-
ia uter illorum habendus esset verus, et le-
mus Patriarcha, sibi voluerunt divinitus de-
strari. Utraque pars libellum projecit in
m expectando, ut cujus partis Patriarcha es-
verus, et legitimus, hujus etiam libellus ma-
et in igne illæsus. Conflagravit vero uterque,
que res præbuit spectatoribus. Josepho pau-
post mortuo suffectus est quidam Gregorius,
nomento Cyprius, monachus, assentator, et
ipellis, qui cum sub Palæologo studium ingens
e se tulisset communionis cum Ecclesia Roma-
, statim ut Andronicus factus Imperator est, et
se totus pro schismate fuit. Schismatici autem
epti ab Andronico omnem agendi licentiam,
creverunt Episcopis omnibus, ceterisque Cle-
is, qui Michaeli Palæologo consensum ad in-
ndam communionem cum Romana Ecclesia de-
rant, dignitatem abrogare, in horum locum
erisque talibus delectis, qui ex circumfora-
a, (rem dico verbis Nicephori Gregoræ lib. 6.
minis ex ipso etiam Græcorum schismate ne
m ipse exaggerasse videar) et male educata,
contumaci turba essent, quibus paulo ante
vultum quidem Imperatoris intueri licuisset,

nunc

nunc vero benignissime ab eo accepti essent, sui conditionis obliti sunt ab ebriis nihil differentes. Intelliguntur ii, qui tales homines posuerant Episcopo Ut autem res speciem auctoritatis haberet, institue runt Concilium Constantinopoli, omnesque congre garunt Episcopos, et Clericos ad templum Blacherna rum, quod ingens et sumptuosum fuit in ejusde nominis suburbio Constantinopoli, quos jam e turbaverant e suis dignitatibus. *Quis autem ad durus est*, sunt verba ejusdem Gregoræ, *et an mo adamantino, ut contumeliam illam, et ma ximam inhumanitatem referre queat, qua con tra miseros Episcopos, et Sacerdotes usi sunt Nam post verborum convicia præsides inferiori bus imperabant, ut direptos illis pileos humi al jicerent, ter acclamantes: Indignus est: aliis ve ro aliorum vestes exuere, easque a fimbria i versas ad caput applicare, atque iterum ter a clamare juberent: Indignus est, deinde alap impactis, tamquam sicarios vi extrudere sac loco.* Ad hoc judicium introductus fuit et ip Beccus cum duobus suis diaconis ei fidissim Constantino Meletiniota, et Georgio Metochi Hi a Gregorio pseudopatriarcha interrogati, qu crederent, confidenter responderunt, se cred re Spiritum sanctum procedere ex Patre, et F lio: esse hoc dogma Sacris literis consonum, e hoc dogma Patrum antiquum, prolato etiam in t stimonium S. Damasceno, qui docuerit Patre esse Spiritus productorem per Filium, et ex S nodo VII. œcumenica, quæ dixerit, Spiritu sanctum ex Patre per Filium procedere. Po sunt ad carcerem in quodam monasterio Consta tinopoli. Ad eos Imperator sæpius misit, ut d sisterent a suo dogmate exilium ipsis minatus, mortem. At illi, infracti steterunt. Igitur depc

tati

.. sunt in exilium ad arcem S. Georgii, in Asta.. sinu naviganti ad dextram sitam. Sinus hic .. est Propontidis. Non diu superstites fuerunt, .. Imperator mandasset, ne vel necessaria ad .. iis suppeditarentur. Beccus morti proxi.. scriptum confecit, quod Testamentum appel.., atque in hoc fidem orthodoxam de proces.. Spiritus sancti etiam, atque etiam asseruit, ..que, qui contrarie sentirent, erroris arguit. ..lymer. *lib.* 7. Quo anno et Conciliabulum .. Blachernense, et mors contigerit Joannis ..ci invictissimi hocce tempore defensoris Fi.., inter Scriptores non convenit.

§. 15.

..ocentius V. Adrianus V. Joannes XXI. Nicolaus III. Martinus IV. Honorius IV. Nicolaus IV. Translatio domus Nazarethanæ. Cælestinus V.

Post Gregorium X. qui mortuus est a. 1276. ..atuor Pontifices brevi intervallo fuerunt. Inno..ntius V. post quinque menses jam vita functus .. inito Pontificatu. Huic successit Adrianus V. ..uit Diaconus Cardinalis. Aegrotabat: ad eumque .. electionis decretum fuisset perlatum, Mallem, ..quit, esse Cardinalis, et bene valere, quam mo..bundus esse Pontifex. Nec ultra quadraginta ..es supervixit. Habuit in animo rigorem miti..re illius decreti de Conclavi Cardinalium in eli..ndo Summo Pontifice. Prius mortuus est, quam .. perfecisset. Hoc mortuo Cardinales noluerunt ..nclave intrare ad eligendum Pontificem præte-

xen-

xentes, decretum Gregorii X. de Conclavi e ab Adriano sublatum. At vero eos, tumultu e citato, Curia Romana compulit intrare ad Co clave, atque in hoc etiam strictius habuit, qu habiti fuissent, si sponte intrassent. Electus Julianus Lusitanus Cardinalis, et Episcopus T seculanus, qui se Joannem XXI. in Pontificatu n minavit. Omnium primo in Curiales, quod a essent se erigere adversus Cardinales, decre judicium: locoque suo moti fuissent, nisi supp cibus veniam Pontifex dedisset. Agnovit testin nium Cardinalium de Gregorii X. decreto quo conclave per Adrianum V. sublato: dixitque, hoc non quidem abrogaturum, sed ob difficul tes, quas ipse expertus esset, moderatius temp raturum: quod tamen non fecit, cum citius pr ter omnium opinionem e vita fuisset sublatus terbii casu fornicis novi conclavis, nondum elap octavo Pontificatus sui mense. Eo mortuo Car nales electionis causa ad Conclave non intrar fulcientes se eo, quod de Conclavi abrogato p Adrianum V. etiam agnovisset Joannes XXI. S etiam electio novi Pontificis duravit sex men suffragiis Cardinalium nonnisi tunc convenier bus in duas tertias partes, qui esse numerus d bet suffragiorum, ut valida sit electio. Joann Cajetanus ex Ursinorum prosapia electus est; q se Nicolaum III. in Pontificatu nominavit. Pon ficatum gessit annos etiam nonnisi duos, et nov menses apoplexiæ ictu sublatus. Pontificatus v denuo menses sex vacavit. Tandem electus est mon de Bria Cardinalis concordibus suffragiis, ita suæ electioni obluctans, ut vestem ejus la raverint, qui eum trahebant ad assumendam Po tificiam dignitatem, et insignia. Martini IV. n mem assumpsit, ideo quod Turone in Ecclesia

Mar-

rtini fuerit olim Canonicus. Dictus est Martinus V. uno Martino, et duobus Marinis, qui eum in Pontificatu antecesserunt, ad idem nomen Martini com... Vixit in Pontificatu annos quatuor, mensem ..., et dies septem. Dies nonnisi quatuor dignitas ...tificia vacavit, suffectusque est Martino IV. Ho...rius IV. antea Cardinalis, gentilitio nomine Ja...bus Savellius patria Romanus. Hoc post duos ...es mortuo Sedes Pontificia vacavit menses de... Propter insalubritatem aeris aestivo tempore ...gregatis Cardinalibus ad electionem institu...dam septem erant mortui, et plures infirmati. ...ico alii ad suas domos se receperunt. Solus ...onymus e Fratribus Minoribus Cardinalis, et ...estinus Episcopus mansit in aedibus, in quibus ...tuta fuit electio, nullam passus invaletudinem. ...em singulis diebus, quamvis aestas esset, in con..., ubi habitavit, accendendum curavit adver... noxium aerem. Quem eumdem, resumpta ele...ne, Cardinales Pontificem suis suffragiis renun...runt. In Pontificatu nomen Nicolai IV. gessit.

Sub hoc Pontifice domum Deiparae Nazaretha..., in qua salutata fuit ab Angelo, et Christum ...cepit Nazaretho ex Palaestina divinitus translam esse, et collocatam inter Tersactum, et Flu...en duo Dalmatiae oppida in colle vicino mari ...driatico, scribit Horatius Tursellinus *Hist. Lau...tan. lib.* 1. *cap.* 2. idque, ut perhibet, ex An...libus Illyrici, Annalibus Fluminis, et ex Hie...nymo Angelita. E quibus monumentis se dicit, ...bere et istud: Virginem Deiparam Alexandro ...iscopo Tersactensi apparuisse, et declarasse hanc ...nino suam esse domum, in qua et nata et e...cata sit, Christumque conceperit, atque hunc ...m ex gravi, et ancipiti morbo statim conva-

luis-

luisse, quemadmodum ei, ut dictis fidem fac
eadem Virgo Deipara promiserit. In eadem dc
cum ad eam visendam hominum maximus
cursus statim undique factus fuisset, atque i
hos ægrorum etiam, aliquid opis exspectant
istos quoque sanitati redditos esse. Nicol
Frangipanium, Dalmatiæ, Croatiæ, et Istriæ l
torem misisse fidos homines in Palæstinam,
ipsumque locum Nazareth, per quos rem adc
tius exploraret. Hos ab incolis reperisse, do
hanc omnino ablatam esse. Cernunt, inquit
sellinus, eisdem monstrantibus aream, ubi sa
sancta domus steterat: cernunt fundamenta re
tia, sanctæ domus avulsæ vestigia. Dimensi
gitudinem, ac latitudinem areæ, fundame
rumque crassitiem, reperiunt omnia cum tr
latæ in Dalmatiam ædis, parietumque mens
quas ad id secum attulerant, prorsus congr
tempus quoque augusti Sacelli illinc ablati,
ctique in Illyricum convenire. Septimo Idus
jas sive die nona Maii sub Nicolao IV. Pap
dicitur factum esse in Annalibus Illyrici. I
Tursellinus in narratione sua pergens, docet
terius, hanc domum octavo circiter mense, p
quam ad eum Dalmatiæ locum, qui dictus
advenisset, ultra mille fere passus delatam
et in colle consedisse prope Recinetum. Nec
nisi paucis mensibus perstitisse hanc domum,
in Italiæ eum locum, ubi nunc visitur, com
grasse, videlicet ad agrum Lauretanum provi
Picenæ: atque hanc tertiam, et postremam
grationem incidisse in Annum a Christo nato 1
Idem hanc quoque fecit observationem, O
ait, fuisse ad fidem tam insolito, inauditoque
tea miraculo affirmandam ejusdem miraculi
quentatio, ut rem per se incredibilem crebra
t

... paucos annos loci mutatio credibilem faceret. ...i enim ambigerent deinde mortales, an domus ... e Galilæa esset advecta, cum eamdem illi ipsi ...dissent, suo ævo ex Illyrico in Picenum migras..., terque mutasse sedem, locumque?

Nicolaus IV. a. 1292. die 4. April. Pontifica... sui anno quinto mortuus est. Biennium, et ...enses tres vacavit ab hujus morte Sedes Roma...i Pontificis, Cardinalibus rursus inter se discor...antibus in ferendis suffragiis. Accidit ut Napo...onis Cardinalis frater deciderit ex equo, quo ve...batur, et ex casu mortem obierit. De hoc tri...i, et inopinato casu cum Cardinales inter se lo...ti essent, revolventes, quam humanæ res sint ...giles, et caducæ, unus eorum, cur, igitur tam...is jam jactamur, et distrahimur nostris affecti...s in diversum, ut convenire nesciamus in suf...agiis ad Pastorem Ecclesiæ dandum? Ad hoc ...ter deinde Cardinalis, et Episcopus Ostiensis no...ine Latinus, Sed et, inquit, nobis ipsis metu...ndum habemus: nam a quodam homine sancto ...se dictum, et denunciatum, Deum hanc, quam ...cimus moram in eligendo, non laturum diutius ...mpunitam. Benedictus Cajetanus unus pariter ...ardinalium subridens, Petrum e Murrone, ait, ...unc tu hominem sanctum dicis. Hunc ipsum, ...espondit Latinus. Hic in solitudine Apuliæ in ...onte alto exiguæ casæ inclusus vitam asperri...am vivebat: idemque is est, quem ut supra ...ictum est Congregationis Cælestinorum, quod et ...sum nomen ab illo est, exstitisse auctorem. Ve...t deinde res in deliberationem, annon expedi...t, hunc ipsum Petrum eligere. Præit Cardi...lis Latinus suo suffragio: hunc nullam etiam ce...i, facientes moram, sequuntur Cardinales omnes.

Dif-

Difficile visum est Petro derelinquere suam soli tudinem, et tantas curas suscipere, atque se mit tere ad negotia quibus nec adsveverat, et quoru tractandorum rudis erat: cessit tamen, ne diut us Ecclesia viduata maneret Pastore. Incredibil hominum concursus undique factus est ad eu videndum, ubi e casula sua prodiit, et Præs lum magno comitatu asello, cujus frænum Car lus II. et Carolus I. cognomine Martellus, ejus f lius, jam Hungariæ Rex electus, alter hinc, a ter inde tenebat, nam equum conscendere n luit, Aquilam, urbem in regno Neapolitano, ve ctus est, ubi et ejus facta electio est, et Cardi nales erant congregati. Pontificatum gessit men ses quinque, quem vero sponte deposuit incom moda videns, quæ emerserant e sua administr tione negotiorum. Cum enim facilis esset in h benda fide promiscue aliis, ut doli, atque fraud ipse erat expers, tales putans etiam omnes alios, f ctum est, ut beneficia Ecclesiastica iis petentib largiretur, quos merita non commendarent, ind que deceptus, quod credulus Cardinales parum i consilium adhiberet. Factum quoque est, ut benef cia petentibus conferret, quæ necdum vacarent, a que etiam ut beneficium, quod jam cuipiam contu lerat, alteri venienti, atque hoc petenti, quin et ter tio largiretur. Accidit, ut etiam chartam munda daret, a se subscriptam, ad quam is, cui data fui posset per seipsum adscribere, quod, et quomc do vellet. Admonitus est idcirco a Cardinalibu quibus et illud molestum fuit, quod decretu Gregorii X. de Conclavi Cardinalium in eligend Summo Pontifice revocaverit, et observari it rum jusserit, ne tale interstitium a morte Pont ficis usque ad alterius electionem, quale fuit pr xime, contingeret etiam postea. Habebat Cæl

sti-

...inus, hoc enim sibi nomen in Pontificatu sum-
...erat, jam paratum scriptum, sed nondum erat
...issum, nec signatum, quo tribus Cardinalibus
...em administrationem negotiorum committe-
... Matthæus de Ursinis Cardinalis intervenit,
... hoc faceret, unde videri posset, tres esse Pa-
... Cum igitur curis, et negotiorum multitudi-
... præpeditus, sibi, ut antea solebat, vacare
... posset, ideoque angeretur; præterea vidis-
... ea, quæ ageret, non probari a Cardinalibus,
...ilium cepit, de Pontificatu deponendo, et
...trum hoc facere posset, exquisivit ex Cardina-
...bus. Assensi sunt ei, ita tamen, ut prius decre-
... faceret, quo statueretur, id omnino Pontifi-
... facere posse. Hoc igitur fecit, et Pontificatu
... abdicavit, postquam hunc menses quinque, et
... novem tenuisset. *Jacob. Card. lib.* 3. *cap.* 16.
...lomæus Lucens. Hist. Eccl. lib. 24. *cap.* 35.

§. 16.

...ifacius VIII. Hujus Constitutio: Clerici laicos. *Quid hinc secutum sit in Anglia, et Gallia. Quid Bonifacio intercesserit cum Philippo Pulchro Galliæ Rege. Ejusdem Bonifacii aliæ Constitutiones.*

Diebus decem post Cardinales conclave ingressi, jam undecima ab ingressu die suis suffragiis Pontificem renunciaverunt Benedictum Caietanum Presbyterum Cardinalem, qui se Bonifa...ium VIII. nominavit, in negotiis gerendis appri...e versatum, legationibusque functum pluribus. ...etuit, ne cum statuisset, statim ut factus est ...ontifex, instaurare mores, et disciplinam inde ad-

adversus eum homines disciplinæ impatientes ansam recalcitrandi sibi sumerent, quod Cælestino vivente adscendisset ad Pontificatum, qu quem ille nonnisi per mortem dimittere potuerit. Nec eum res fefellit. Id enim factum est postea a duobus Cardinalibus, Jacobo, et Petro de Columna: quos ille propterea etiam Cardinalitia dignitate privavit. Hac de causa statuit Cælestinum apud se retinere, ne fortasse seductus, et persvasus, se non potuisse, deponere Pontificatum, sibique conscientiam faciens, hunc resumere conaretur. Ille vero nihil nisi solitudinem suam pristinam cogitabat. Subduxit igitur se, cumque prævidisset se quæsitum iri, ne posset reperiri, non ad suam casam rediit, sed in Græciam trajicere voluit, ut ibi latitaret. Ab iis, qui post eum missi sunt a Pontifice, inventus, et reductus est cum reverentia, a Bonifacioque susceptus honorifice: persvasit vero deinde ei, ut Anagniam vellet habitatum ire, et postea ad Castrum Fumonium Campaniæ. Habuit secum duos sui Instituti eremicolas, quos voluit, victusque ei fuit ministratus liberalissime, quo is tamen, ut solebat, usus est parcissimo. Sed locus nimis angustus, et arctus erat, in quo tenebatur circumdatus custodia militum triginta, et sex insuper equitum, nec eam semper, quam decuisset, habentium reverentiam viro sanctissimo. Menses decem adhuc vixit hoc in loco, anno 1296. vita functus. *Jordanus Ms. Vatican. Petrus de Aliaco l. 2. c. 15. Jacobus Card. de Canonizat. Petri de Mur. l. 1. c. 6.*

Neapoli fuit Bonifacius electus Pontifex, Romamque profectus cum collegio Cardinalium magna celebritate inauguratus est, ita ut in hujus

us diei solenni epulo iidem duo Reges Siciliæ, t Hungariæ, quorum jam facta mentio non multo nte est, corona Regia redimiti Pontifici accumenti ad mensam obsequium exhibuerint primi ferculi appositione, et nonnisi tunc ad eamdem mensam accubuerint una cum Cardinalibus. *Jacob. Card. de Coronat. Bonifac. l.* 2. *c.* 7. De Pontificatu Bonifacii Bernardus *in Chron. Rom. Pont.* Ms. *biblioth. Vallicel.* fecit animadversionem, nc incepisse singulari quadam via auctoritatem tendere, cujus antecessor Cælestinus miracula *in* vita, et post mortem operatus sit: ipsum o Bonifacium fecisse mirabilia multa in vita , sed hæc in fine defecisse mirabiliter. Ejusli incepti fuit ejus Constitutio dicta a primis bis: *Clericis laicos* facta a. 1296. Hac interdi- sub poena excommunicationis exactionem pe- iarum, et cujuscunque alterius rei a Clericis, que ipsos eidem huic poenæ subjecit, si quod itum ab ipsis est, præstitissent. Hæc consti-) male affecerat Principes. *Aurum Ecclesia et*, ait S. Ambrosius lib. 2. de Officiis Minirum, *non ut servet, sed ut eroget, et sub- 'at in necessitatibus.* Si vero subveniendum slibet privati necessitati est, quanto magis cipi petenti in necessitate publica? *Si mise- rdia est*, ut idem ait Ambrosius eodem in), *erogare pauperibus, captivum redimere, ricordiane erit, negare aurum Principi? quod ztum fuisset, hostis propulsatus a finibus re- esset, fortunæ civium salvæ mansissent, non um depopulatus esset, non aliis vitam, aliis tatem, non virginibus, et matronis pudici- ademisset.* Ansam vero Bonifacio ad hoc etum faciendum dederunt nimis immoderatæ tiones, et fortasse nec urgente necessitate.

Ejus-

Ejusmodi subsidia insolita, et ingentia cum p stulasset Edvardus III. Angliæ Rex ab Clero A glicano, etiam Robertus Cantuariensis Archie scopus intercesserat. Attamen decimam part proventuum suorum eidem promisit. Cum v hoc Bonifacii decretum supervenisset, dare qu promisit renuit, ne in pœnam excommunicat nis incurreret. Rex autem vim adhibuit, et h rea, ad Clericos pertinentia, occupavit, atque o signavit. Philippus Pulcher Rex Galliæ et ipse vicem illius decreti, a Bonifacio facti, edictu fecit, quo prohibuit omnem e regno suo pecu niæ, et æris cujuslibet, nec non equorum, et ar morum exportationem citra suum indultum: in terdixit quoque exteris facere commercium i Gallia.

Quæstus est super hoc cum Philippo Rege B nifacius Papa; eique revocavit in memoriam qu Apostolica Sedes erga eum etiam recenter eger Germanos, Anglos, et Hispanos se se armant adversus Galliam deterrendo ab hocce bello, quos adduxerit, ut consentirent ad causam b judicio Apostolicæ sedis committendam: nec propositi fuisse subsidia Ecclesiarum ad tuendu regnum interdicere, in cujus defensionem Ap stolica Sedes ipsos etiam calices, et cruces larg tura sit: illudque solum se spectasse in sua Co stitutione, ne exactiones fierent inconsulta Apo stolica Sede: ipsius antecessores Reges, et Ma jores esse, qui sua pietate, et munificentia erg Ecclesiam, huic tribuerint immunitates, et li bertates. Itaque hos studeret imitari, neque s sineret malevolorum consiliis circumveniri. Cum que Clerus Gallicanus recurrisset pro facultate, a Regi tribuendum, quod petebat, respondit idem

Pon-

t: *Vestris supplicationibus annuentes præ-*
auctoritate concedimns, ut si casus com-
et evidentis necessitatis immineat, ut scri-
- - licet vobis, et eisdem Prælatis, Eccle-
Ecclesiasticis personis absque metu Con-
is nostræ prædictæ ipsi Regi pro hujusmo-
ræ, ac ipsorum Regis, et regni intrinse-
nsionis subsidio subventionem congruam,
obis, et ceteris Prælatis regni præfati,
ri parti vestrum, et ipsorum videbitur,
iam, liberalem, et liberam hac vice, præ-
tra fretis licentia, impertiri. Apud Ray-
l a. 1296. *num.* 25. *et ad a.* 1297. *num.*
ilominus Philippus Rex Bonifacio Papæ
itioribus literis respondit. Regem Fran-
o non tempore potuisse facere edicta, qui-
spiceret securitati sui regni. Hocque sibi
dum prohibuisset pecuniarum, armorum,
rum, aliarumque similium rerum expor-
i, neque id simpliciter, sed solummodo
que suo permissu, ut si hoc a Clericis fie-
lisset que non obfuturum suo regno, con-
. Christum mortuum esse non pro solis
, sed etiam pro laicis. Igitur nec liberta-
l quam asserti per Christum sumus, esse
nodo Clericorum, sed communem etiam
perque immunitates, quas Clero tribue-
'rincipes, non se voluisse, spoliare præ-
quibus opus habent ad tuendam salutem
regnorum. Clericos esse etiam membra
proinde ad hujus conservationem debere
'ere: esse ipsi naturali æquitati dissenta-
ut pensio prohibeatur Clericis, quibus
atur, ut largi sint in suos amicos, vel etiam
es, utque impensas immodicas faciant in
a, equos, aliaque plura superflua, et pro-

 fa-

fana, nec absque injuria pauperum. Videtur,
cendum fuisse, proventibus Ecclesiasticis quos
e Clero abuti ad ista, quæ dicta sunt, non
abusum iis admitti, et concedi ab Ecclesia,
hæc potius semper arguit in Clericis. Nec
sunt magis ad rem. Neque enim Bonifacius in
literis in libertate, quæ venit a Christo,
Clericos, et laicos aliquod fecit discrimen,
laudavit libertatem, et immunitatem, quam
rici habeant, ipsorum Principum liberalitate
beneficio: nec hanc immunitatem talem esse
luit, ut si rationes regni ita ferrent, ne deberent
subsidia conferre quantacumque possent, sed
lummodo ut a coactione abstineretur, benefi
libertatis, et immunitatis, quam Clerus ab
gibus habet, contraria, siquidem id, quod
piam donatum est, in ejus, cui donatum est,
transit.

Res hæc propter Constitutionem Boni
Papæ in Anglia, quamvis majorem habuerit
dorem, tamen citius conquievit, quam in G
Rex Edvardus dum parasset trajicere in Belg
et bello adgredi Regem Galliæ, quod tamen
ventu Romani Pontificis sedatum est, Westm
sterii ex suggestu, quem ante aulam Regiam
filio, et Archiepiscopo Cantuariensi consce
ignosci sibi petiit publice ab Clero, quod in
fecerat, pollicitus se, quæ abstulerat, redditu
omnia. *Matthæus Westmonaster. ad a.* 1297.
vero in Gallia incendium adhuc factum est ma
Philippus Rex, cum aliorum Episcopatuum,
præsertim Ecclesiæ Lugdunensis, Narbonensis,
Apamiensis jura non ita sivit esse, quemadmod
hæc fuerant antea. Nam cum civitatum, in qui
hi Episcopatus siti erant, dominium Episcopi
buis-

ssent, hoc Rex ad se traxit, inductus aulico-
n consiliis. Ex Episcopis, qui jura suarum Ec-
siarum querebantur lædi, inprimis Bernardus
amiensis exarsit, ita ut in Regem, singulari
neritate, et audacia etiam conjecerit convicia:
n esse dignum, qui teneat regnum Franciæ,
peritum regendi, nec esse ex genere Regum
nciæ, esse forma quidem pulchrum, sed vir-
ibus vacuum, totam Curiam Regiam una cum
ge intus et foris esse falsam, corruptam, et
idelem: etiam erat delatus, quod Comites, Fu-
nsem, et Conveniensem (Fuxium, et Convenæ
nt duæ civitates Galliæ) instigaverit adversus Re-
n, et ad Comitatum Tolosanum, qui Regi tunc
ebat, ad se trahendum. Rex per suos satelli-
Episcopum Apamiensem ad se ducendum cu-
it, et Aegidio Ascelino Archiepiscopo Narbo-
nsi, ejus Metropolitano tradidit custodiendum.
usam vero illius etiam Romam ad Bonifacium
pam misit. At vero hic rem habuit velut con-
immunitatem Ecclesiasticam actam, judicium-
ue ad se revocavit, et petiit, ut Episcopus, di-
issus e custodia ad se mittatur. Accessit et illud.
iscopatus vacantes cum essent, ait S. Antoninus
Part tit. 20. *cap.* 8. §. 20. bona Episcoporum
ipiebat, et investituras eorum facere volebat.
amobrem Bonifacius omnes Episcopos, et Præ-
os Franciæ ad Urbem vocavit ad Concilium. Rex
1302. conventum instituit Parisiis Episcoporum,
cerum, et Theologiæ, Jurisque doctorum:
nque id, quod egerat Pontifex, tali forma
posuisset, quasi supremam potestatem etiam
ticam sibi vellet asserere supra Galliam, suum-
propositum obsistendi exposuisset, primum-
Secularibus, idque seorsim, ab his non tan-
collaudatus est, verum etiam omnes suam

 vi-

vitam in defensionem Regis, atque jurium illi spoponderunt: Ecclesiastici vero svadebant Re[gi] et Proceribus, ne crederent, Pontifici ment[em] esse, aliquid velle, aut moliri contra Regi[s] auctoritatem, hortabantur ad concordiam cons[er]vandam, quemadmodum hæc sub prioribus R[e]gibus cum Sede Apostolica fuerit. Iidem cum p[e]tiissent, ut sinerentur Romam ire ad concilium quo vocati erant, hoc iis denegatum est. *Jord[an]. Ms. Vatican. Scriptor Vitæ Bonifacii in B[ibl]. Vallicell. apud Raynald. ad a.* 1302.

Concilium illud, ad quod vocati erant Præsules Galliæ, nihilominus celebratum est Rom[æ] a. 1302. die 30. Octob. Aderant tamen tres eti[am] e Gallia Episcopi, idque nomine reliquorum Præsulum omnium: quod factum esse cum Regis co[n]sensu inde advertitur, quod ipse Rex quoq[ue] Episcopum miserit Antissiodorensem, ut suspe[n]sionem negotii peteret a Summo Pontifice ad te[m]pus magis opportunum. Iste vero cœpto instit[it]. Quid actum sit in hoc concilio, ex his verbis A[u]ctoris Vitæ Bonifacii licet intelligere: *Coruscati[o]nibus multis præviis contra Regem nulla plu[via] apparuit subsecuta.* Post hanc vero synodum B[o]nifacius emisit Constitutionem: *Unam sancta[m] Ecclesiam Catholicam.* In hac cum hujus Eccl[e]siæ unitatem testimoniis Scripturæ sacræ asse[ru]isset, *Igitur*, inquit, *Ecclesiæ unum quoque Ca[put] est: Christus scilicet, et Christi vicari[us] Petrus, Petrique successor dicente Domino ip[si] Petro: Pasce oves meas.* Hinc autem conclusi[o]nem fecerat, eos qui dicerent, se Petro, et ej[us] successoribus non esse commissos, nec de ovib[us] Christi esse. Ex verbis deinde illis: *Ecce gla[dii] duo hic* Luc. 22. v. 38. probabat, utrumque g[la]dium

ium esse in potestate Ecclesiæ, spiritualem videlicet, et materialem: sed hunc pro Ecclesia, illum ab Ecclesia exercendum; hunc manu Regum, et militum, sed nutum, et patientiam Sacerdotis, illum manu Sacerdotum: oportere autem gladium esse sub gladio, temporalem vero auctoritatem spirituali subjici potestati. In quonam autem hanc subjectionem constituerit, hæc ejus sequentia indicant verba: *Ergo si deviat terrena potestas, judicabitur a potestate spirituali.* Itaque intelligenda est potestas, quæ a Christo data Apostolis est per hæc verba: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Joan. 20. v. 23. et de quali sua potestate S. Paulus ad Corinth. scripserat: *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam,* et rursus: *Prædixi, et prædico, ut præsens, et nunc absens iis, qui ante peccaverunt, et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.* 2. Cor. 10. v. 6. C. 13. v. 2. Sunt notissima ista Osii ad Constantium Imperatorem: *Tibi Deus Imperium tradidit, nobis Ecclesiastica concredidit. Ac quemadmodum, qui tibi Imperium surripit, Dei ordinationi repugnat, ita metue, ne si ad te Ecclesiastica attrahas, magni criminis reus fias. Reddite, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt Dei, Deo. Neque nobis igitur terræ imperare licet, neque tu adolendi habes potestatem.* Sed neque illis verbis: *Ecce duo gladii hic,* inest is sensus duplicis potestatis spiritualis, et temporalis. Materiales enim i gladii erant. *Numquam vero parabolæ, et dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere.* Quæ sunt verba S. Hieronymi in Matth. cap. 13. Ergo tamen Bonifacius Papa sibi potestatem in temporalia sumpsit. Hoc illum sibi sumpsisse, Rex Philippus in illo Conven-

ventu Parisiensi, de quo paulo ante dictum
omnino questus fuit: idemque crediderunt (
Episcopi, tum ceteri, qui in illo Conventu er
Sic namque ab iisdem Episcopis scriptum fuit
nifacio Papæ: *Dominus Rex proponi fecit (
ctis audientibus palam, et publice, sibi ex p
Vestra fuisse inter alia intimatum, quod de
gno suo, quod a solo Deo ipse, et prædecess
sui tenere hactenus recognoscuntur, temporal
vobis subesse, illudque a Vobis tenere debe
Apud Raynuld. ad a.* 1302. *num* 12. *ex Ms. biblio
Vatic.* In hunc sensum accepta sunt etiam ve
Constitutionis: *Unam sanctam.* At vero Boni
cius Papa cum cognovisset, in hunc sensum
sumpta esse verba, idque de se esse sparsum, l
tro Flote, qui ab Rege Philippo missus Rom
venerat, dixit, Quinquaginta annis se ded
operam discendo juri, scire se, duas potest
esse ordinatas a Deo: ideoque neminem deb
vel posse credere tantam fatuitatem, tantam
insipientiam fuisse, vel esse in capite suo: pr
stari se, quod in nullo vellet usurpare jurisdi
onem Regis: Regem tamen negare non po
quin esset subjectus Pontifici ratione peccati. (
verborum melior interpres habendus, quam
cujus ista sunt? Sermo Bonifacii iste habitus
Petrum Flote exstat in Ms. Cod. Victorino. I
argumentum de potestate Ecclesiæ in bona t
poralia, tractatum est jam etiam supra Part.
§. 30. et Part. IV. §. 10. Ubi hæc etiam Innoc
tii III. Papæ verba producta sunt: *Rex supe
rem in temporalibus minime recognoscit.* I
hanc: *Unam sanctam* alteram rursus fecerat C
stitutionem Bonifacius Papa, qua excommun
tionem statuit in eos, qui ad Sedem Apostoli
venientes, vel ab ea redeuntes caperent, spo
ren

rent, vel detinere præsumerent, vel pergentibus impedimentum eundi ponerent. Hoc supra vidimus factum Episcopis Galliæ Romam ire volentibus, quo erant vocati a Pontifice, sed quos ire non permiserit Rex Galliæ. Etsi vero iste causam præbuerit huic Constitutioni, Pontifex tamen tali moderatione usus est, ut illius speciatim nullam mentionem fecerit.

§. 17.

Tractatus de concordia inter Bonifacium Papam, et Regem Philippum. Hujus molimina adversus illum, et comprehensio. Bonifacii obitus. Jubilæum ab eo institutum.

Ad componendum ea, quæ inter se, et Philippum Regem intercesserant, Bonifacius Papa, ultro misit Joannem Moinium Cardinalem in Galliam, ut Philippum Regem absolveret excommunicatione, qua, referentibus fide dignis, diceretur innodatus, si absolvi vellet, et se ea revocaturum, quæ adversum Romanum Pontificem edicta fecerat, damnaque reparaturum, quæ quibusdam intulerat, scripto promisisset. Hæc tentata compositio non successit. Sed Rex, ut se muniret adversus minas, quas Bonifacius intentaverat, nisi illis, quæ per legatum suum ei proposuerat, subscripsisset, et paruisset, conventum Parisiis instituit Prælatorum, et Procerum omnium, die 12. Martii a. 1303. Nec tantum deliberatum est, quomodo obsistendum esset, si quid Bonifacius gravius in Regem Philippum statuisset, sed causa instructa est in ipsum Bonifacium. Gulielmus Nogaretus Juris civilis Doctor, et Custos Sigilli Regii, quem Rex in gravio-

vioribus negotiis adhibere consveverat, libellum(
ventui obtulit, publice legit, et tamquam a
adversus Bonifacium in medium processit. (
tendit, illum non esse Papam, qui ad Pape
vivente antecessore suo illegitime ingressus
esse hæreticum manifestum, cuique parendum
circo non sit; esse Simoniacum, esse denique r
atrocissimorum criminum, sicque in his ind
tum, ut nulla emendationis ejus spes sit, n
tolerari possit, sine disturbatione Ecclesiæ. (
vitque, et obtestatus est Regem, totumque (
ventum, ut Principes, Præsules aliorum e
regnorum, et præsertim Cardinales hortatur
convocandum generale Concilium, et ad pr
dendum Ecclesiæ de Pastore alio. Interea vero
nifacius in carcere ut servetur in ejus locum
stituto Vicario. Rex alterum rursus die 13.
eodem anno, sed non ita generalem celeb
Conventum, iterumque Parisiis; In hoc pr
accusator Bonifacii Papæ, Gulielmus Plessius
jam crimina etiam speciatim protulit velut B
facii: non credere animæ humanæ immorta
tem, nec verum corpus, et verum sangvi
Christi in Eucharistia, et quæ quasi ex ejus
prodierint, insuper rem veneream non esse
catum, a Sacerdotibus extorsisse manifestatio
peccatorum in Sacro tribunali sibi expositor
carnibus ipsum vesci diebus ab Ecclesia ve
Afferebat autem hæc et alia adhuc plura,
a se audita: neque tamen ullum nominavit, a
audiverit, neque alia ratione probavit. Cri
hæc in Bonifacium collata, sparsa sunt qua
versum, atque de his infamatus est ubique l
rum. Rex promisit se daturum operam om
ut generale fiat Concilium, factaque appellat
ad hoc concilium, decretum est, ut inane

ca

cassum id omne esset, quod Bonifacius interea contra Regem, vel alios decrevisset. Bonifacius vero his literis et nunciis, quibus infamabatur, suas opposuit literas, docuitque meram esse calumniam: sed neque generale aliter posse fieri concilium, nisi hoc ipse convocavisset, quod tamen facturus non sit in gratiam hominum pestilentissimorum: sed e contrario in Regem Philippum, et omnes ei adhærentes fulmen excommunicationis intorsit. Præviderat futurum, ut huic decreto suo omnis aditus intercludatur ad Galliam. Itaque hoc etiam decretum fecit, quo asseruit eam validam futuram sententiam, etiamsi citati ad judicium non venissent, quæ in Curia Romana lata, et quamvis solummodo hic ejus promulgatio facta esset. Rex Philippus suis moliminibus adversus Papam non omnes habuit Præsules consentientes. Hos cum in exilium misisset, interdixit gravissime Bonifacius, ne in talium locum Præsules alii substituerentur: quodque futurum omne sit irritum. *Auctor Vitæ Bonifacii. Epistolæ Bonifacii apud Raynald. et in Extravagant.*

Ad ipsum deinde Bonifacium comprehendendum itum est a Rege Philippo. Has partes susceperunt Gulielmus Nogaretus, de quo jam fuit supra, et Sciarra Columna, propinquus duorum Cardinalium ex hac familia, qui exuti erant dignitate Cardinalitia a Bonifacio: qui cum horum factioni implicitus esset, illis succumbentibus ipse in Galliam fugerat, Regique Philippo suam operam navabat contra Bonifacium. Hi de improviso cum turma tercentorum equitum Anagniam venerunt, ubi Bonifacius morabatur, associatisque sibi pluribus aliis militibus, quos pecunia Re-

gis

gis Galliæ conduxerant, et quibusdam etiam An gniensibus conspirantibus in ædes Romani Pont. i ruperunt die 7. Sept. 1303. Aedium custodes al quamdiu restiterunt, ita ut cum nocte domum a gressi essent, nonnisi sub meridiem sequentis di irrumpere potuerint. Bonifacius conclave, in q erat, ultro reserari jussit, atque in Sede Pont ficalibus indutus invasoribus se obtulit. Nogaretu *Non*, inquit, *venimus, ut tibi vitam auferamu sed ut Lugdunum ducamus, utque ibi genera Concilio sistaris.* Sciarra Columna contumelios verbis affectum voluit impellere ad Pontificatu deponendum. At ille, caput offerens, *Hunc mi hi vivo*, ait, *nullus auferet.* Direptæ sunt deind a conjuratis res Pontificis. Triduum cum custo ditus esset a Gallis, Lucas de Flisco Cardinal excitavit cives Anagnienses ad liberandum Pont ficem; a quibus Galli in fugam acti sunt mult eorum occisis. Bonifacius libertati redditus Roma rediit, voluitque concilium convocare ad injur am sibi, atque Ecclesiæ illatam ulciscendam co tra Regem Philippum: ex ægritudine vero anin jam 11. Octob. subsequentis mensis, anno Pont ficatus octavo, et mense decimo, ætatis suæ an octogesimo, et sexto obiit. *Franc. Pippinus Chro lib.* 4. *cap.* 41. *Ptolemæus Luc. Hist. Eccl. li* 24. *cap.* 36. *S. Antonin.* 3. *part. tit.* 20. *c.* 8. *A ctor Vitæ Bonifacii.*

Sunt Scriptores, præsertim recentiores, inprimis ex eo genere hominum, qui ab Eccles Catholica alieni, libenter carpunt Romanos Po tifices, a quibus Bonifacius VIII. non favorabile obtinuit famam. Rem scribam verbis Natalis Al xandri Hist. Eccl. Sec. XIII. art. 14. *Caput mu concussisse, digitos corrosisse, desperato simil*

mor-

nortuum esse, Ciaconius, et Spondanus post Ni-olaum Gillium scripsere. At Sancti Antonini, Platinæ, Pauli Aemilii, aliorumque silentium, et Bonifacii celebrata magnanimitas id de ipso cre-re vetant. Magnanimum et imperterritum S. ntoninus vocat, qui Anagniam urbem, palatium-e suum ab hostibus circum septum videns, se-e in eorum potestate proxime futurum, ait: quo proditorie sicut Jesus Christus captus sum, deditus in manibus inimicorum, ut occidar, Papa mori decerno. Tantorum animorum Pon-tem caput muro concusisse, digitos corrorisse, s sibi persvadeat? Hujus memoriam, inquit dreas Victorellus in Additionibus ad Ciaco-m, Paulo V. Ecclesiam regente, eruto ejus, transferretur, cadavere, Roma recoluit. Inta-membra, ornatusque sensus venerationis, qua-sola imperterritæ virtutis umbra, excitarunt. tremæ digitorum in ipsis manibus partes tot ulis, Dei nutu, integræ prorsus falsum cor-ionis commentum refellunt, arguuntque eo-m vel malitiam, vel inscitiam, qui commento dignissimo tanti Pontificis dignitati morsus in-tere sunt visi. Hæc ille. Integerrimæ fidei Pon-cem fuisse, purumque criminum, quæ ei Co-nenses, et Philippi Pulchri Francorum Regis istri, fervente dissidio, affinxere, certum est. m Natalis: *De illo dictum esse a Cœlestino V. ius sanctissimo decessore: Intravit ut vulpes, nabit ut leo, morietur ut canis, idque eventu probatum auctores nonnulli scripsere. Quod en falso, et temere usurpatum a malevolis, et ncipum assentatoribus, plerique existimant, niam Platina, valde alioqui pronus ad notan-Pontificum maculas, nihil tale retulit, sed nec qui eorum vitas descripsere. Verba sunt*

Ge-

Genebrardi Theologi Parisiensis et Aquarum Sextiarum Episcopi in Chronico ad an. 1303. Plura ejusdemmodi proferuntur, quæque ejusdem fidei sunt, cujus ista, quæ sunt modo allata, quia non tantum silent de his, qui de Bonifacio scripserunt, etiam Romanis Pontificibus non affecti voluntate, verum etiam scribunt contrarium. Vidimus jam supra, incusatum Bonifacium de hæresi aliisque enormibus criminibus: quorum tamen nihil probari potuit, cum agente Rege Philippo, de his actum esset in Concilio Viennensi, de quo non multo post fiet sermo, quem vellet etiam post mortem damnari de iis, quæ in illum adhuc viventem sunt collata, fuissentque sumpta in disquitionem. Hoc unum negari vix potest, fuisse vehementiorem, et non ea moderatione, quæ adhibenda est præsertim erga Principes, ne non tantum illud, quod quæritur, non obtineatur, sed res etiam deterior fiat.

Paucis diebus antequam annus ultimus seculi duodecimi incepisset, exsurrexit Romæ rumor, omnes, qui hoc anno Basilicam B. Petri adivissent, plenissimam peccatorum suorum veniam consecuturos. Die prima Januarii hujus anni usque ad vesperam nihil factum est extraordinarium. Tunc autem cœpit multitudo confluere, duravitque confluxus usque ad medium subsequentis noctis. Hoc idem continuatum est die altera, tertia, et sequentibus per duos menses. Ex multitudine, quæ ad Basilicam B. Petri veniebat, hominem quemdam senem, annosque ætatis centum et septem habentem Pontifex ad se vocavit, qui interrogatus hac de re, dixit, suum etiam patrem agricolam ante annos centum venisse Romam ad peccatorum indulgentiam obtinendam, et a quo in-

ıstructus sit, ut si vixisset ab inde annos cenım, rem eamdem non negligeret. Eadem inserat de indulgentiis lucrandis persvasio etiam ios, Basilicam S. Petri frequentantes, nisi quod i credidissent, plenam dari indulgentiam sed nnisi die prima anni centesimi alii vero quovis hujus anni sed tantum annorum centum inlgentiam. Pontifex cum idem quod ex illo se-, reperisset etiam ex pluribus aliis, speciatime e duobus Bellovacensibus, æque in ætate ulannos centum provectis, quamvis de hoc ni-, facta investigatione reperiri potuisset in ullo erarum monumento, fecit decretum, quo conssit indulgentiam peccatorum plenam quovis ntesimo anno basilicas Apostolorum Petri, et uli, si Romani essent diebus triginta, si extrai quindecim diebus sive continuis, sive interptis visitantibus. Quo publicato decreto, et ad otitiam aliarum regionum perlato, tot undique on solum ex Italia, verum etiam, Germania, allia, Hispania, Hungaria, aliisque regionibus Romam confluxerunt ut perhibente Scriptore Annalium Colmariensium apud Raynaldum ad hunc n. 1300. sæpius una die sint Roma egressa triinta hominum millia, pariterque ingressa. Joanes Villanus *Hist. Florentinæ l.* 8. *c.* 36. testatur , cum Romam illo anno venisset, præter Roanos ducenta peregrinorum millia in Urbe viisse, quibus omnia necessaria abunde subminirata sint. *Jacobus Card. lib. de Jubilæo cap. etss.*

Nécdum anni quinquaginta intercesserunt ab c Bonifacii Papæ Constitutione de Jubilæo, jam emens VI. ad Romanorum preces statuit, ut no quovis quinquagesimo Jubilæum ageretur, dum

dum permulti futuri essent, qui nati post Jubilæum ad alterum Jubilæum, nonnisi post anno centum veniens, victuri non essent, ideoque ne compotes fieri possent beneficii, quod per Jubilæum tribueretur. Itaque a. 1350. fuit Jubilæum cumque neque quinquaginta ad huc anni transiissent, Urbanus VI. statutum fecit de Jubilæo anno quovis tricesimo tertio a priore Jubilæo celebrando, idque in memoriam totidem annorum, qui Christi sunt ab ejus nativitate usque ad mortem. Dum vero Urbanus VI. Romæ Pontificatum gereret, eodem tempore Avenione in Gallia eundem sibi arrogabat Clemens VII. eratque dissidium grave in Ecclesia aliis huic, aliis alteri adhærentibus, nec finitum nisi in Concilio Constantiensi. Itaque cum auctoritas Urbani VI. ab omnibus agnita non fuisset, post Jubilæum semel anno trigesimo tertio celebratum, reditum est ad annum quinquagesimum a Clemente VI. defixum sicque hoc mansit usque ad Paulum II. qui a 1464. Pontifex factus, Jubilæum ad annum quemvis vigesimum, et quintum posuit: quod etiam a Sixto IV. a. 1473. confirmatum est. Jubilæum quod tantum Romæ solebat celebrari Bonifacius IX. extendit ad alias civitates, idque anno subsequente post Jubilæum celebratum Romæ. Paulus II. id, quod ad aliquas civitates erat a Bonifacio IX. restrictum, extendit ad omnes Ecclesias. Primus Sixtus V. Jubilæum concessit, cum factus esset Pontifex ad implorandum Dei auxilium sibi ad bene regendam Ecclesiam: quem et alii imitati sunt Pontifices: sed et in aliis publicis necessitatibus ad exorandam Dei misericordiam hæc subinde concessa fuerunt, quodque factum est anno etiam 1794. facta concessione a Pio VI. ad petitionem Francisci Imperatoris, et Regis Apo-

sto-

plici in ejus ditionibus omnibus hæreditariis dif-
illimo tempore bellorum cum Gallis.

§. 18.

enedictus XI. Papa. Clemens V. Hujus pactum, quo se obstrinxerat Regi Philippo si factus esset Pontifex.

Jam decimo die ab obitu Bonifacii prima ffragatione Cardinalium, suffragiisque omnium ectus fuit Nicolaus Tarvisinus ex Ordine Prædi-torum Cardinalis, et Episcopus Ostiensis, qui Benedictum XI. nominavit. Pontificatum ei sta-m Rex Philippus gratulatus est, quem censuris nnibus, quas Bonifacius in eumdem Philippum, ique operam navantes tulerat, exceptis iis, qui onifacium Anagniæ adgressi sunt, et violentas n eum manus injecerant, solvit: de his adhuc leinde sub Clemente V. judicium factum est, et Nogareto impositum, ut in quinquennium militaret in exercitu ituro in Orientem adversum Saracenos, refloruitque concordia inter Pontificem, et Regem. Narratur, ait S. Antoninus 3. *part. tit.* 20. *cap.* 9. de eo, quod cum mater ejus pauper-ula, adhuc superstes accessisset ad eum visitan-lum, et priusquam admissa esset, Pontifex inter-ogasset, qualibusnam vestibus operta esset, di-tumque esset, sericeis, quibus erat instructa b amicis, dixisse, hanc suam non esse matrem: am illam esse pauperem, ignorantem, quid sit ericum, nec eam admiserit ad se. Quod audiens ia mater illis depositis, vestibus est humilibus in-uta. Cumque hoc Benedictus Papa audisset, di-sse: Hæc est mater mea, veniat, et ingressam

in

in osculo sancto amplexatum esse. Pontificatum tenuit menses nonnisi octo, et dies quindecim. Venenum in recentibus ficubus, quas libenter edebat, ei datum esse Joannes Villanus *l.* 8. *cap.* 8. aliique scriptores memoriæ prodiderunt.

Post obitum Benedicti Sedes Romani Pontificis vacavit menses prope undecim, ex dissensione Cardinalium, quorum alii Italum, alii Gallum vellent habere Pontificem. Re jam protracta tamdiu, Albertinus Cardinalis, et Episcopus Ostiensis proposuit et obtulit hunc eligendi modum, *ut ii* Cardinales, qui pro Gallo starent, proponerent tres, ex his vero Cardinales, Italum Pontificem habere volentes, eligerent, quem ipsi vellent, electionem vero hanc ceteri omnes ratam haberent. Ista ratione, acceptata ab omnibus electus est Bertrandus de Gotto Archiepiscopus Burdigalensis. Non fuit bene affectus Regi Philippo, ob damna a Carolo Valesio, fratre Philippi, ejus consangvineis illata. Cum jam inter tres illos ab una parte Cardinalium positus esset, ab altera autem facta nondum electio esset, Albertinus significavit Regi, ut cum Bertrando rediret in gratiam, suam etiam promittendo operam ad conciliandam ei Pontificiam dignitatem, nec dubitaret, in sua vota pronos habituros Cardinales, facturos electionem, utpote optantes habere Pontificem Italum, quod Bertrandus quamvis Gallus esset, tamen speraretur erga Italos propensior, quam Gallos futurus, qui abalienatus ab Rege, Bonifacio Papæ etiam adhæserit contra eumdem Regem. Cupidissime conditionem amplexus est Rex Philippus, ipseque ad Bertrandum Archiepiscopum illico venit, demonstratque, sibi esse proclive, facere, ut eligatur Pontifex, sed debere prius quædam sibi

promittere, quæ præstiturus sit, postquam us fuerit Pontifex. Facilem habuit ad hoc protendum. Tunc Rex osculatus eum, istæ sunt, , gratiæ, quas a te requiro (*S. Antoninus part. tit.* 21. *cap.* 1.) ut me perfecte reconcilies Ecsiæ veniam dando de adjutorio dato in captura nifacii Papæ; secunda est, ut censuras excommicationis amoveas contra me, et meos sequa-prolatas. Tertia, ut mihi concedas omnes dees regni per quinquennium in reparationem pensarum multarum in bello contra Flandren-. Quarta, ut promittas mihi, te aboliturum, ad nihilum reducturum memoriam Bonifacii pæ. Quinta, ut restituas honorem, et dignitem Cardinalatus Jacobo, et Petro Columnenus, et reponas eos in statum pristinum cum eis um creando aliquos Cardinales amicos meos. xtam mihi, inquit, reservo, exprimendam lo-, et tempore suo, arduam, et magnam. Bertadus nomen Clementis V. in Pontificatu assumpsit.

A Clemente V. qui nequidem ad insignia ntificalia assummenda Romam iverat, Pontifi-Romani habitarunt Avenione in Gallia ab no 1305. quo Clemens V. factus est Pontifex, usque an. 1376. quo Gregorius XI. Avenionem reliit, Romamque habitatum rediit. Itali quocirhanc Pontificum commorationem Avenione, quihæc ingrata fuerat, Captivitatem Babylonicam itarunt. Avenionem cum territorio suo Cleos VI. a. 1348. ab Joanna Regina Neapolitana it octoginta aureorum millibus: et quia feudum t Imperii, Carolus IV. Imperator emptionem ratam habuit, ut ipsum etiam jus Imperii in nionem transtulerit in Romanum Pontificem.

Francisc. Noquierus in Hist. Episcopat. Aveni Brovius in Annal. Anno 1307. Pictavii conve runt Clemens Papa, Philippus Rex Galliæ c tribus filiis, Carolus Valesius Philippi frater, Ca lus II. Rex Siciliæ, et Edvardi Regis Angliæ le Consilia agitata sunt de parandis copiis ad rec randam Constantinopolim, et Syriam. Adjuv hocce consilium, et svadebat, quod etiam Car da Rex Tartarorum legatos miserit in Occiden atque ad hoc hortatus sit Principes Christia suumque auxilium pollicitus sit adversum Sar nos in Aegypto, et Syria. Monebat et illud, Constantinopolis veniret in manus Saracenor et Turcarum: unde res jam parum aberat, dronico Palæologo Imperatore, Græcisque firmis ad resistendum. Est fœdus initum, et citum: quæ tamen expeditio bellica ad matur tem non pervenit. *Ms. archivi Vatic. de Re Tartaror. Armenor. et Schismaticor. apud Re nald. ad a. 1304. num. 1. etss.*

In hoc eodem Conventu Pictaviensi Rex lippus Clementi Papæ indicavit, illud quod sex erat inter ea, quæ ei spoponderat, se factu si factus esset Pontifex, tuncque, quid esset, expresserat. Petebat autem vi istius promi nis, ut memoriam deleret (S. Antonin. 3. tit. 21. cap. 1.) Bonifacii VIII. de catalogo tificum, ac combureret corpus ejus, et ossa, serens, se posse probare contra illum per C cos suos, ipsum fuisse hæresi infectum, et ribus aliis sceleribus irretitum. Cum Rex menti multum instaret, ut impleret, quod jurando firmaverat, angustiæ erant illi undi Pontifex consilio accepto ab Albertino Cardi hinc se expedivit, quo se intricaverat per inc sul-

n sponsionem ejus, quod quale esset, ne-
at, dicendo, id absque concilio generali non
e fieri, se vero hoc convocaturum. Viennam
allia non quidem hoc nomine, ne si aperte
etur, impedimentum parari posset, sed ad
mationem morum, et quædam ad Ecclesiæ
atem statuenda: ita rem cessuram etiam in
Bonifacii majorem ignominiam, futuramque
iorem. Regi etsi hoc responsum non placue-
ipsam etiam dilationem moleste ferenti, ta-
acquiescendum fuit, non habenti quod pos-
pponere, sed et reputanti quanta jam Cle-
s ipsius causa et in ejus favorem fecerit, et
gando statuta, quæ a Bonifacio Papa in eum
t facta, et ex Actis publicis omnia delendo,
facerent eidem Philippo præjudicium, acquie-
Joan. Villan. l. 8. c. 19. *et S. Antonin. loc. cit.*

§. 19.

Templariis, eorumque incusatione. Concilium generale Viennense.

De Templariis, eorumque fœdissimis actis
is jam exierat rumor. Judicium autem de
ei sic dicuntur fecisse. Squinus de Floriano
Bliterensis, et eques Templarius fugitivus ex
ordine, et ob admissum crimen captus, in arce
a provinciæ Tolosanæ in eodem servabantur
ere. Cumque alter alteri causam enarrasset,
missus esset in carcerem, Templarius ad illa
a venit enarranda, quæ egerit ipse in Tem-
orum ordine, et quæ soleant in eo fieri.
nus petiit deinde mitti ad Regem dicens, se
re arcanum gravissimi momenti, quod vero

 nulli

nulli nisi Regi manifestaturus sit. Obtinuit, duceretur ad Regem; eique exponit, quæ ex Te plario audiverat. Hocce indicium aliter etiam ctum referri solet. Monfaucum Priorem Mo Falconis in provincia Tolosana, et Noffum e tem Templarium patria Florentinum, a Magi Ordinis fuisse ad perpetuos carceres conde tos: ex his eos effugisse, ad Regem venisse, que, qualia solerent perpetrari aperuisse. Po autem utrumque fieri. Rex Philippus rem na vit Clementi Papæ in Pictaviensi illo conve de quo fuit §pho superiore. Sed Clemens no hæc credere, tam enormia, ut fidem videre superare. Rex autem dedit literas ad militiam totum regnum cum severissimo mandato, ne ante, quam illuxisset dies 13. Octobris (annus 1307.) aperirentur: tunc vero confestim execu ni daretur, quod scriptum esset. Ita compre sio omnium Templariorum, quæ fuit imper non tantum uno, eodemque die, verum e fere eadem hora peracta per totam Galliam e

Templarii, qui habitabant Parisiis in sui bus, quod Templum fuit apellatum, atque e nunc *le Temple* vocant, centum quadraginta, que inter hos ipse etiam Magnus Ordinis M ster Jacobus Molæus sumpti in quæstionem tim sunt a Gulielmo de Parisiis Fidei per G lias Quæsitore generali ex Ordine Prædicato testibus præsentibus lectissimis, et probatiss viris. Quæ hic repererit ex eorum confessi ipsius etiam Molæi, perscripsit Gulielmus Qu tor ad Quæsitores alios, qui æque quæstionem buerunt de Templariis in aliis Galliæ civitati Licentiam nempe ejusmodi criminum vigere in Templarios, quæ vel nominare fædum sit. *Nup*

in-

it, *ad Domini Regis auditum, et nostrum* enit, *videlicet, quod Fratres quam plures* inis *Militiæ Templi, si Fratres Ordinis va*t *appellari, falso Religionis nomen tenentes,* abitum, *detestabilem hæresim, ac alia inau*profitentur *occulte, ita, quod etiam in ingres*ratris *cujuslibet præfati Ordinis Cruce Domi*um *ejus effigie proposita, Jesus Christus Do*us *noster per eum, qui recipitur, ter negatur,* vice *qualibet conspuitur super Crucem, et* ginem *Jesu Christi.* Apud Petrum Putean. in . Damnationis Templarior. Ex Actis istius initionis repertum quoque est, a Templariis adoratum cranium humani capitis deauracum prolixa barba et oculis rutilantibus, seu us carbunculis constitutis in oculorum foraibus, quatuorque pedibus insistens, cineres vino potasse hominis robusti, postquam eum navissent, quod crederent, sic se fortes futu- Multa alia crimina ab iis patrata prodierunt. mperantia autem et vinolentia sic apud eos uit, ut in proverbium etiam abierit apud Gernos: Er saufft wie ein Templier. Tres solumlo ex illo numero, qui dictus est, negarunt de se flagitia. Hanc inquisitionem ipse Pon- etiam duobus Cardinalibus Berengario, et hano commisit faciendam. Septvaginta duos sua, et Ordinis flagitia confessos ipse Pontiper seipsum denuo examinavit, jussu Regis e perductos: perstiteruntque in confessione. ita actis, Pontifex in Germaniam, Angliam, que regna, et provincias literas misit de Temiis omnibus ubique locorum comprehendendis, custodiam ponendis. In Anglia, similiter ut allia, capti sunt omnes una eademque die. uibusdam vero regnis occupatis munitioribus

lo-

locis armis restiterunt, ut factum est in Casti attamen vi adhita majore, se subdere ubique buerunt. *Petrus Puteanus in Hist. Templari*

Literas deinde misit Pontifex ad omnes P cipes, et Præsules, in hisque exposuit, quæ etiam ex confessionibus Templariorum de i Templariis compererit. Itaque Principes r ut et ipsi non gravarentur venire ad Conci in quo tractandum sit de hoc Ordine, neque lum de hoc, verum etiam de Fidei puritate asse da contra hæreses, de morum probitate inst randa, et de subsidiis comparandis ad recuper dam Terram sanctam, aliasque regiones ex Sa cenorum manibus. Archiepiscopis, et Epi pis mandavit, ut omnia, quæ correctionis, reformationis limam exposcerent, consider diligenter, et connotata fideliter ad Concil afferrent. Indictum est concilium Viennam, Delphinatu Galliæ sitam ad diem 1. Octob. 1311. post annos duos ab his literis, qu fuit indictum. Novæ hæreses, adversum quas ritatem Fidei asserendam in Concilio, scrip Pontifex in his suis literis, erant sectatores D cini, Fratricelli, Beguardi, et Beguinæ: quo errores, et falsa dogmata deinde adhuc pro loco de hæreticis, exponentur. Ad Concili convenerunt plures, quam tercenti Episcopi. D 18. Octob. habita est prima sessio. Clemens Pa Concilio præsedit. Primum producta sunt, q Episcopi attulerant a se observata, et connot quoad ea, quæ reformatione indigeant, itemq alia, de quibus tractandum videatur. Unius ta tum Episcopi talem libellum affert Raynaldus a. 1311. num. 55. quem religione, et scien conspicuum vocat, cujus tamen proprium nom

non

exposuit. Alter vero etiam superest Guillel-
Durandi Episcopi Mimatensis, qui Parisiis ty-
editus, a. 1545. oblatus est Patribus Triden-
a vocatis ad Concilium sub nomine *Tractatus*
modo generalis Concilii habendi. Joan. Domi-
Mansi in Notis ad Raynaldum, judicio iste
est cum eo, quem Raynaldus protulit sine
mine.

Hujus libelli auctor Episcopus, sive is Guil-
mus Durandus, sive quis alter est, censuit Tem-
riorum ordinem sufferendum, quorum hæresim,
scelera per duo, et amplius testium millia di-
esse comperta. Quoad subsidia ad recuperan-
Terram sanctam, ut hæc successum habeant
magnam ait se habere spem, quia vix etiam
randa sit concordia Principum ad hanc expe-
onem proficiscentium. Hoc enim fuisse, quod
antea bonum successum persæpe impedive-
feceritque ut jam etiam occupata, rursus amit-
tur. Nunc autem ipsum etiam consilium, et
situm istius expeditionis una cum obitu
ntis Papæ intercidisse. Inter ea, quæ pie-
Christianæ non consentanea sint, atque adeo
rigenda, *In plerisque*, ait, *regni Francorum*
c advertitur, hunc fuisse Episcopum in Gallia)
tibus irreligiosa consvetudo, quin reproban-
inolevit abusus, videlicet, quod in diebus
minicis, et aliis præcipuis anni festivitatibus
jestati Altissimi dedicatis, in quibus populi
istiani deberent ab operibus servilibus cessa-
ad Ecclesias convenire, servitio Domini va-
e, pabulum Dei, permaxime sibi necessarium,
Prælatis, et aliis, quibus concessum est, per-
re, mercata, et nundinæ, placita, et assi-
celebrantur. Placita, et Assisiæ in Gallia vo-

ca-

cabantur consessus magistratuum, et judicum se ad lites dirimendas, vel ad statuta facienda. E quo accidit, quod fideles populi, magis carnalia quam spiritualia sapientes, relictis Ecclesiis, et divinis servitiis, ibidem conveniunt sua mercimonia, et litigia exercentes. Ex quo fit, quod illis sacris diebus, in quibus præcipue colendus esset Deus, colitur diabolus, Ecclesiæ remanent vacuæ, prætoria, tabernæ rixis, contumeliis tumultibus, blasphemiis, perjuriis resonant, ibidemque fere omnium gentium scelera perpetrantur. Postea notavit illud, quod pariter fiat in nonnullis ejusdem Galliæ regionibus, quod Archidiaconi rurales, Archipresbyteri, et Decani jurisdictionem Ecclesiasticam exercentes tam per se, quam per quosdam substitutos viles, inscios ignaros, regni cælestis clavibus enormiter abutentes homines pro parvis, et levibus causis, imo multoties sine causa sententia excommunicationis percellant, et unde tantum excommunicationum diluvium inundet, ut communiter in una parochia trecenti, vel quadringenti, aut etiam septingenti, quemadmodum suis oculis viderit, excommunicati reperiantur. Hinc enim fieri ut homines tales sententias contemnant, potestatem Clavium vilipendant, verba blasphema, et scandalosa contra Ecclesiam, ejusque ministros proferant. Etiam illum esse magnum errorem qui fiat, dum permulti contemptibiles, et abjecti, vita, scientia, et moribus omnino indigni ad sacros Ordines, et ad Sacerdotium promoventur. Multa adhuc sunt istiusmodi, quæ præsertim in Clero, tum etiam in monachis censuit corrigenda.

Altera Sessio habita est nonnisi anni subsequentis 1312. die tertia Aprilis. Interim autem con-

nsultationes institutæ sunt super iis, quorum usa habitum est Concilium, cumque fuissent proe discussa, de his etiam statuta facta sunt a ummo Pontifice, promulganda deinde in sessioibus. Hac ratione a. 1312. die 22. Martii de bolendo Templariorum Ordine quod erat decreum factum, in sessione secunda publicatum est. n istud Episcopi consenserunt omnes præter num Italum, et tres Gallos. Dispositionem de rum bonis primum Pontifex, sibi reservavet. Post autem hæc Equitibus S. Joannis Jerolymitanis data sunt, sive alio nomine Rhodiis: uo vocari cœperunt postquam a. 1311. Rhoum Turcis eripuissent, exceptis tamen iis quæ abebant in Hispania: nam hæc applicata sunt d defensionem ejusdem Hispaniæ contra Mauros, ui adhuc tunc regnum Granatense tenebant, osdemque profligandos. Magnum Magistrum Orinis cum paucis præterea aliquot Pontifex suo udicio reservavit: ceteri judicio traditi sunt concilii provincialis Episcoporum, ejus provinciæ ad quam spectarunt, ea lege, ut qui reperti essent expertes illorum criminum, quæ in Ordine Templariorum committebantur, his provideretur de bonis ejusdem Ordinis, ut vivere possent juxta status sui decentiam: erga eos autem, qui crimina illa de se essent confessi, pensato confessionis modo rigor justitiæ cum affluente misericordia mitigaretur: circa impœnitentes vero, et relapsos, si qui inventi fuissent, justitia, aut censura canonica observaretur: qui sumpti in quæstionem se affectos illis criminibus negassent, servarentur vel in domibus istius Ordinis, aut n Religiosorum aliorum monasteriis ad expensas ejusdem Ordinis Templariorum: fugitivis autem mperatum est, ut intra annum se sisterent suis Or-

Ordinariis, in quos secus velut in hæreticos [illegible] procedendum. *Bernardus in Chron. Rom. Pontif.*

§. 20.

Justisne de causis abolitus sit Ordo Templariorum.

Clemens V. in Constitutione sua, quam fecit de abolitione Ordinis Templariorum sacro Concilio approbante, dicit, se hanc abolitionem [illegible] fecisse *per modum definitivæ sententiæ, cum [illegible] super hoc secundum inquisitiones, et processus prædictos* (intelliguntur inquisitiones factæ in ea, ob quæ male audiebant Templarii) *non possemus ferre de jure: sed per viam provisionis, et ordinationis Apostolicæ præfatum quondam Templi ordinem, ac ejus statum, habitum, atque nomen sustulimus, removimus, et cassavimus, ac perpetuæ prohibitioni subjecimus.* Eatenus dictum est non potuisse hanc sententiam de abolitione Ordinis Templariorum ferri de jure, quatenus secundum Canones Ecclesiasticos accusatus citandus, et audiendus sit, antequam sententia in eum condemnationis feratur: quemadmodum sic verba hæc Constitutionis Clementinæ ista ratione etiam a Walsinghamo *in Hist. Anglor.* declarata sunt. Mihi vero istud, quod in Constitutione hac est, Sententiam non potuisse ferri de jure ne sic quidem videtur sumendum, quasi hæc abolitio non facta jure sit, quia jus hoc Apostolica Sedes, et generale Concilium non habuerit: alioquin quod jure factum non esset, iniquum fuisset; sed quod in personas Templariorum generaliter hæc ferri non potuerit sententia, quandoquidem hæ omnes nec-

n citatæ, et auditæ fuerint: unde etiam il-
t, quod lata sententia de abolitione Ordinis,
quoad personas ejusdem Ordinis diversa
ratio præscripta sit a Clemente Papa, et
o. Ad justam vero abolitionem Ordinis suf-
, illis vitiis hunc jam tantopere fuisse cor-
ı, ut ejus sanatio vix speranda esset, etiam-
ıc quidam in eo reperirentur sani, atque
. Nec ad cognoscendum, quomodo se Or-
ıeret, et qualia in eo committerentur flagi-
ıt quænam etiam ipse sibi fecerit turpis-
itæ instituta, plus requirebatur, quam ut
tot, talibusque Ordinis personis exquire-
quot sufficere possent ad certum, et indu-
ı capiendum testimonium. Itaque, qui hæc
'onstitutionis, non potuisse de jure in Tem-
um Ordinem ferri sententiam, in fulcimen-
æ sententiæ adhibent, statuentes, non ex
ausis esse suppressum Ordinem, sed pro-
ivitias, quibus inhians Philippus Rex Gal-
uxerit Clementem Papam ad hanc Ordinis
ssionem, verbis abutuntur sensum in his
es, qui non est: itaque nec firmum fit,
x his probatum esse volunt. Cujus senten-
ıt, Boccaccius *lib.* 9. *de Casibus Viror. Il-*
Ioan. Villanus *lib.* 9. *Hist. Anglic. cap.* 22.
ɔninus 3. *part. Chronicor. tit.* 21. *cap.* 1.
'rithemius Abbas *in Chron. Hirsaugiensi*,
Aemilius *lib. de Gestis Francor. in Phi-*
'ulchro, Papirius Massonus *lib.* 3. *Annal.*

ıs vero rationibus isti nituntur: Crimina
ɔb quæ Templariorum ordo damnatus sit,
: ex illo duorum Templariorum, qui ex
: fugerant, et proditionem fecerant, fonte,
: ideo talium, quibus fides adhiberi non
pos-

possit, utpote, qui proditionem fecerint ex malignitate erga suum Ordinem, a quo ad carcere erant condemnati: aliorum deinde Confessione Templariorum fuisse partim blanditiis comparatas, partim tormentis, et suppliciorum metu extortas. Itaque Molæum Magnum Magistrum Ordinis, et alios quinquaginta novem Templarios, testimonio Guillelmi Continuatoris Nangii, crimina, quæ prius erant confessi, deinde negavisse, dum Parisiis damnati ad rogum fuissent, Magistrumque Ordinis cum aliis tribus primariis Ordinis, dum jam stetisset ante accensum rogum, professum esse, se mentitum fuisse et in Ordinem, et in caput suum; ideoque nec deprecari supplicium, quod mendacio suo, et per illatam suo Ordini calumniam, atque infamiam commeruerit: neque se hoc aliter, quam veritatis amore nunc facere; cui in ultimo vitæ momento, quid prodesse posset perjurium, si falsum loqueretur? namque hoc non solum asseverabat, sed jure jurando etiam etiam confirmabat, quin ipsum etiam Clementem Papam, et Philippum Regem ad Dei tribunal propter Ordinis condemnationem citavit: quique ambo etiam decesserint tempore, intra quod morituros dixerit idem Magnus ordinis Magister Molæus. Affertur et illud in defensionem Templariorum, quod in duobus Conciliis, Salmanticensi, et Moguntino, quemadmodum Nicolaus Serarius *lib.* 5. *Rerum Moguntinarum*, et Mariana *lib.* 15. *cap.* 10. scripserit, hi judicati innocentes sint: deinde si ista flagitia exstitissent in Ordine, antequam ita invalescerent, ex tanto Templariorum numero, habentium in sola Europa nongenta maneria, ut illi acdessuas vocabant, in quibus habitarunt, futurum jam prius etiam aliquem fuisse, qui atrocitate talium criminum permotus, rem

tan-

tantam manifestare non neglexisset, denique Templarios ob divitias suas, et opes in invidiam venisse apud Regem Galliæ Philippum, et hujus invidiæ incendio conflagraverint.

Hæc tamen, quæ in contrarium obtendunur, vix in speciem aliquid habent adversus jusam Ordinis Templariorum condemnationem, et bolitionem. Neque enim, testimonio illorum uorum ex carcere profugorum, quod primum in bjectionibus fuit, facta est damnatio Ordinis: ed hæc confessio eo tantum valuit, ut Rex Phippus permoveretur, ad inquirendum in id, cuis jam rumorem antea etiam perceperat. Quanta ero inquisitio, et quam diligens instituta sit, um vera essent crimina, quorum rei ferebanur, ostendunt ea, quæ supra de hac inquisitioe narrata sunt: et quæ ipsi etiam Templarii plerique erant confessi. Petrus Puteanus in Historia Templariorum, quam ex ipsis Actis judicialibus confecit, docet, ex centum et quadraginta Templariis, qui Parisiis sumpti in quæstionem sunt, tres nonnisi fuisse, qui illa de Ordine suo negaverint, ob quæ damnatus est. Idem factum est Trecis, Cadomi, Carcassonæ, ubi pariter omnes, de quibus habita quæstio est, ne uno quidem excepto, eamdem confessionem fecerunt. Septvaginta duos Templarios fuisse, qui eadem crimina jam Parisiis quæsitoribus confessi, denuo coram ipso etiam Pontifice recognoverint, est supra demonstratum: idque sic, quemadmodum est in literis ipsius Clementis, quibus indixit Viennense Concilium, ut um eorum confessiones in authenticam scripturam redactæ fuissent, et interpositis aliquot dieus iisdem lectæ, has etiam nunc *expresse, et ponte, prout recitatæ erant, approbaverint.* Si ve-

vero sponte approbarunt suo assensu, vera illa esse, quae ipsis lecta sunt; profecto nec blandimentis, nec terrore inducti sunt Templarii ad confessionem falsam criminum. Et licet per tormenta, horumque metum falsae etiam confessiones exprimi soleant, quisnam tamen erit, qui se blandimentis induci sinat ad id de se falso fatendum, quo confesso supplicium sibi metuendum habeat, et qui nisi talem confessionem fecisset, neque condemnari potuisset? Sed neque omnis confessio criminum, per tormenta elicita, est falsa: sique nullam severitatem haberent quaestiones factae de reis, quis horum facta sua, ob quae poenas metuendas habet, fateretur? Ergo quia absque ejusmodi severitate non solent fieri quaestiones in judiciis, condemnabimusne omnia judicia falsitatis, quae aliquid severitatis in suis quaestionibus de reis adhibuerunt?

Sed Molaeus Magnus Magister Ordinis, et plures alii confessionem prius de se factam retractarunt. Quid igitur hinc conclusionis est? Fuerunt enim etiam, iique multo plures, qui in confessione sua constantes manserunt. Ipsam vero retractationem confessionis esse tribuendam eorum obstinationi et falsae magnanimitatis de se ostentationi, inde cognoscitur, quod sibi hac ratione rogum comparaverint, vel crimina semper pertinaciter negando de Ordine, quae huic fuisse jam ex aliorum confessione constaret locupletissime, vel retractando confessionem: dum qui crimina confessi erant, quamvis etiam a se ipsis commissa, tamen non morte punirentur, sed tantum poenitentiae subjicerentur, in custodiaque tenerentur, et pro ratione confessionis, cum majore, vel minore indicio animi poenitentis istis etiam rigor

r hic cum affluente misericordia mitigaretur, sic de his constitutum fuisse, est demonstratum quantulum ante. Quod affertur de Molæo, qui edixerit et Clementi Papæ, et Philippo Regi m mortis, et unde conclusum volunt esse, proetiæ Spiritu fuisse præditum, atque hinc etiam ctum, et innocentem, primum de hoc silent ntinuator Nangii, Villanus, S. Antoninus, Trimius, Paulus Aemilius. *Sic fama ferebat*, (ait riana in Histor. Hispan.) *sive vera, sive ficta noribus. Placet tamen, ut falsa videatur.* Et omodo verum haberi posset, quod ex vetustious scriptoribus neminem habet auctorem? Et Molæus vates esse tentasset, tamen ejus vaticim nullum fuisset. Nam qui hunc vaticinatum lunt esse, ponunt dies quadraginta (apud Aen. lv. *Europæ cap.* 43.) intra quos Clemens Papa, num intra quem Philippus Rex a Molæo citas sit ad Dei tribunal. Molæus die 11. Martii a. 312. in rogum impositus, et exustus est. Clemens Papa obiit a. 1314. die 20. Aprilis, Rex hilippus decessit a. 1314. die 29. Novemb. Si c igitur Molæus jactasset, non hinc probari sset, fuisse sanctum, et innocentem, sed proetam mendacem, atque jam vel ideo fuisset hoo perversus, qui, quod effutivit vanum, hoc lut Divinum venditaverit.

In Concilio Salmanticensi a. 1310. Templarii nocentes habiti, et judicati sunt. At vero hoc ondum probat, fuisse reapse innocentes. Annon iam nunc fit tam in foro Ecclesiastico, quam vili, ut dum causa per plura fora pergit, idem ui in uno foro condemnatus est, in altero absoltur, et vicissim? Nempe Templarii in hoc Conio illa crimina negarunt: detestati in speciem

sunt,

sunt, et per eos decepti Episcopi sunt. In (
cilio Moguntino cum instituta inquisitio e
Hugo Comes, ait Serarius, Commendator Orc
comparuit in Synodo cum viginti Fratribus
habitu Ordinis probe armatis, et subito in c
sessum Patrum irrupit, omnibus attonitis.
chiepiscopus viros considerans, ac violentiam
mens, placide Commendatori dicit, ut sedeat
si quid habeat in medium adferendum, ut
promat. Ille appellationem interposuit ad Ro
num Pontificem. Archiepiscopus his auditis,
tumultus suboriretur, protestationem eorum
misit, seque cum Romano Pontifice acturum
spondit, ut quieti esse possint. Ferunt ab l
Hugone in hoc concilio pro defensione Ordi
Templariorum etiam fuisse miraculum jactatu
nam albas chlamydes, et rubricatas cruces suor
commilitonum, ad rogum damnatorum, non fi
se igne consumptas. Ad hoc sic responsum es
Natali Alexandro *Hist. Eccl. Sec. XIV. Qua*
2. *art.* 1. *num.* 21. Non Templariis, sed Cru
bus ignem pepercisse aiunt. Insontes nimir
Cruces, at rei Templarii: ideo illæ ab inc
dio servatæ, isti flammis absumpti, ut non
mo facete dixit. Hoc Concilium Moguntinum
lebratum est a. 1310. Anno autem subseque
1311. in Concilio Viennensi generali facta Ordi
condemnatio est, et in Templarios obstina
nonnisi post hoc Concilium, Ordinisque dam
tionem suppliciis agi cœptum est. Hoc igitur m
raculum, cujus venditatio huic Hugoni data
nequidem apte confictum quoad tempus est.

Sequitur illud, quod etiam est inter ob
ctiones contra veritatem criminum, propter q
Ordo Templariorum damnationem subiit: si ve
fuis-

sent, non defuturos fuisse aliquos, qui jam is ista prodidissent, quippe tam atrocia, et tmia. Hoc autem, quod totum nonnisi in suione positum est, adversus inquisitiones tam has, tamque diligenter factas, et quod a tot licibus, ab ipso etiam generali Concilio judicaa est, vim nullam justi argumenti habere pot-: quasi ut in occulto diutius crimina Templarum manerent; non ab eorum conjuratione ad ntium venire potuisset: proinde nec incredibidebeat fieri, Ordinem Templariorum laborasse s criminibus, eo, quod hæc diu latuerint. Sed que prorsus manserunt occulta. Fuisse de his a aliquem rumorem, antequam Regi Philippo tum indicium esset, est supra jam declaratum. : Actis quoque Inquisitionis, Parisiis institutæ, mium primo, habetur, alium fuisse, qui diret, se non esse ausum rem indicare, alium, i testaretur, se etiam ob ea, quæ viderit fieri Ordine flagitiosa, et abominanda, voluisse ab dem Ordine discedere, mansisse vero in eo, ne a atis timiditas ei objiceretur, ob quam se a ari Ordine subtrahere voluerit: neque etiam erunt, qui se hoc Sacerdoti in sacro Triali, suum etiam in hoc genere peccatum nfitentes, se aperuisse testati sint. Radulphus rellius Causidicus in Curia Regia Parisiensi, quemmodum refert Du Puy *in Hist. Templarior.* g. 155. narravit, annis prius sex, quam inquiiones in Templarios institui cœpissent, se ex ervasio Bellovacensi Templariorum Priore sæus audivisse per familiaritatem, qua ei fuit connctus, rem in suo Ordine existere talem, ut am mallet amittere, quam hanc prodere; nec n in Ordinis sui comitiis tale agi secreto, ut quis extraneus interveniret, istudque vidisset.

occideretur e vestigio, etiamsi Rex Galliæ esse[t]
seque habere librum, continentem instituta, [e]
leges Ordinis, quem pro totius mundi divit[iis]
non ostenderet. Quod deinde etiam afferri sol[et]
pro innocentia Templariorum, Clementem Pap[am]
ad Regis Philippi postulationem, ut horum bo[nis]
potiretur, suppressisse hunc Ordinem, tantum[mo]do dicitur, quin vel speciem possit habere ve[ri].
Anne cogitandum est, Clementem Papam, in [h]
suffragaturum fuisse Philippo, nisi vera cri[mi]na, ob quæ sufferendus esset Ordo, vidisset? [
Præsulesne trecenti in Concilio, tribus solumm[o]do demptis, ut supra demonstratum est, cupidi[]tati Regiæ assensum etiam daturi fuissent? Siqu[e]
hoc fuisset, bona Templariorum, quæ fuer[unt]
in Gallia, Pontifex Regi Philippo attribuere d[e]buisset. Non hoc autem factum est, sed Equitib[us]
S. Joannis bona data sunt per Clementem om[nia]
ubique, præterquam in Hispania. At multi su[nt]
qui hoc Scriptores testentur. Qui hoc testent[ur]
sunt recensiti omnes supra. Nec ideo statim v[e]rum est, quod Scriptores testantur, sed sunt po[n]deranda etiam horum testimonia. Boccaccius dic[it]
Templarios non esse damnationem commerit[os]
quam subierunt: hoc autem dicit inde, quia h[oc]
audiverit ex suo patre: qui mercator erat Ital[us]
et quod mercatorum more narrabat, hoc ex vu[l]gi rumore, qui nihil certi habet, collegerat. J[o]annes Villanus etiam in Italia scribens, rem [in]
Gallia potissime actam literis tradidit, prout aud[i]vit, et quin Actorum mentionem publicorum f[a]ciat de causa Templariorum. De S. Antonino lo[]co citato dicit Natalis Alexander, hunc ut ip[se]
erat, animi aperti, et simplicis, omnia, qu[æ]
vulgi rumoribus jactabantur, avide excepisse, [et]
in Chronicon suum absque examine retulisse, hi[s]

que

utentem idcirco verbis: *Ut dicitur, ut cre-
ır.* Idem Natalis docet Trithemium fuisse igna-
a eorum, quæ in causa Templariorum gesta
nt. Facile, inquit, conjiciet, quisquis animad-
verit, quam graviter in adsignanda Concilii Vi-
tensis duratione fuerit hallucinatus. Siquidem
ipserit, duravisse biennio, cum nec septem
enses duraverit. Idem docet, nec Paulum Ae-
lium recte proferri quasi asseruisset Templarios
umniam passos esse, et eorum Ordinem non ju-
s de causis sublatum: cum hoc ab eo scriptum
a fuerit, sed tantum bona mobilia Templario-
n esse in Gallia a Fisco retenta, et quod ta-
n ipsum etiam falsum sit: Papirium vero Mas-
ıum, alias laudandum hic certe castigandum es-
ob negligentiam in Actis Inquisitionum adver-
Templarios conquirendis, et in causæ hujusce
mine, tum ob Pontificis, Regisque petulantem,
immodestam vituperationem. Demum istis op-
nit coævos Scriptores, Bernardum Guidonis
dovensem Episcopum, Guillelmum Durandum
matensem Episcopum, Albertum Mussatum,
trum Puteanum ex Vetere Chronico Sandvo-
iani Cœnobii prope Parisios suam de Templa-
s narrationem habentem, Thomam Walsingha-
ım *in Hist. Anglicana*, Robertum Gaguinum
. 7. *Historiæ*, Albertum Krantzium *lib.* 7. *Van-
liæ*, et Joannem Mariana *lib.* 13. *de Rebus Hi-
mniæ*, qui omnes testentur, et vera fuisse, quo-
n rei acti erant Templarii, et damnationem
ritos esse.

§. 21.

Continuatio Concilii Viennensis.

Ad Concilium ante ejus Sessionem secu venerat Philippus Rex Galliæ cum fratre suo rolo Valesio, et tribus filiis, magnoque Ep porum et Procerum comitatu: illudque institi tere a Clemente, et urgere, quod jam peti antea, et Clemens ei negare non ausus, ne d ei fidem infringeret, ad Concilium generale ferebat, ut videlicet Bonifacius Papa exhum tur, et velut hæreticus combureretur, sic ult in mortuo, quæ a vivo acta in ipsum erant. igitur Pontifex facto generali Concilio jam lam declinandi ejus, quod a Philippo peteb rationem sibi suppetere vidisset, in eadem se ne secunda dedit facultatem instituendæ acti in Bonifacium. Illud erat, ut ostenderetur, tumque fieret, fuisse hæreticum. Actores, Philippus dedit, quorum princeps fuit Guille Plessius, qui et formulam accusationis conc rat, tam insulsis argumentis hoc conati sunt monstrare, ut mirum videri debeat, quom talis argumentatio ab homine alicujus mentis cedere potuerit. Sint hæc pro specimine. attulissent, Bonifacium auditum esse dicere, vel hos, qui audiverint potuerint producere, malle esse canem, vel asinum, quam Gallum, delicet natione, hinc istam conclusionem ad bandam Bonifacii hæresim fecerunt: Hoc non xisset, si credidisset Gallum habere animam: go non credidit immortalitatem animæ, nec tam æternam. Alterum hoc fuit, quod ferel ab eo dictum: Quod si omnes homines in mu essent ab una parte, et ipse ab alia, non pos eu

eum decipere nec in jure, nec in facto. Hinc vero sic argumentabantur: Hoc non posset fieri, nisi arte diabolica uteretur: ergo habuit dæmonem, cujus consilio in omnibus uteretur, atque unde etiam consequens esse volebant, fuisse hæreticum. Pro Bonifacio tres erant Cardinales, qui pro argumentis luculentissimis docuerunt, Bonifacium de immortalitate animæ humanæ recte sensisse et ex decretis, unde hoc eluceret, ab eo conditis, et quod Vaticanæ basilicæ prædia, quadraginta tribus aureorum millibus a se comparata legaverit pro salute, quemadmodum declaraverit, animæ suæ: eumdemque Bonifacium etiam tunc, cum ei stricti enses essent admoti, quando ad eum Anagniæ capiendum, et abducendum missa fuit turma equitum a Philippo Rege, hanc animosam profudisse vocem: Cupio pro Christi fide, et Ecclesia mori; eumdem quoque sub finem vitæ, omnes articulos fidei more Summorum aliorum Pontificum confessum esse coram octo Cardinalibus, de quo etiam exstent literæ, Gentilis Cardinalis. Fuerunt duo etiam equites aurati Catalauni, qui Bonifacii adversarios ad singulare certamen provocaverint, per hoc ut mos erat tum, ista etiam ratione suam, vel alterius probandi innocentiam, ostensuri, Bonifacium nullo fuisse inquinatam errore hæretico, et eorum, qui ipsum hoc crimine accusarent, falsam, atque iniquam esse accusationem. Tunc Rex erubuit, ruboreque suffusi sunt omnes ejus adjutores adversus Bonifacium, nec postea quidquam ulterius contra eum movit. Concilium autem, tantum abest, ut famam Bonifacii in dubium vocandam esse crediderit, ut etiam contrarium declaraverit, scilicet ipsum fuisse Catholicum, et indubitatum Pontificem. *S. Antonin. 3. part. tit. 21. cap. 3.*

Ses-

Sessio Concilii tertia habita est die 6. Maji mensis subsequentis, quæ et postrema fuit. In hac actum est de subsidiis ad expeditionem in Orientem. Præsules Galliæ decimam partem suorum proventuum Regi Philippo spoponderunt per sexennium: item in aliis regnis decreta sunt subsidia. Sed expeditio hæc, ut jam dictum est, ad maturitatem non pervenit. Multæ etiam Constitutiones a Clemente V. Papa factæ, et promulgatæ sunt in hac sessione; quæ sub nomine Clementinarum ad Corpus Juris Canonici insertæ sunt. Petrus Joannes Olivi Ordinis Minorum, clarus eruditione, docuerat, Christi latus adhuc viventis esse percussum, et apertum lancea; animam rationalem non esse formam corporis, a qua videlicet animetur, et regatur; habitus fidei, et virtutum non infundi in Baptismo. Per habitum intelligitur vigor harum in eo, qui baptizatus est. Quæ vero reprobantur in *Clement* 1. *de Summa Trinit.* Raymundus Lullus Catalaunus in Majorica natus, jam apud Bonifacium VIII. egerat, ut lingvæ Orientales, inprimis Arabica, in academiis, saltem præcipuis, docerentur. Vivendi rationem aliquando liberiorem secutus, deinde ductus pœnitentia inter Fratres Minores tertii Ordinis se adscribendum curavit, utque pietatis aliquo opere sibi Deum reconciliaret, cœpit de labore Saracenorum conversioni ad Fidem impendendo cogitare: utque ad hoc se idoneum faceret, mancipium emit, et ab hoc Arabicam lingvam percepit: in Africam deinde ad Saracenos convertendos bis profectus, primo pulsus, altera vice lapidatus est fidem Christi prædicans. Cum igitur eamdem lingvam existimasset necessariam ad opus, quod pie conceperat, svasor etiam fuit Bonifacio Papæ de Arabica, aliisque Orientalibus lingvis

do-

docendis, eamdemque svasionem iteravit in Concilio hoc Viennensi. Quamobrem etiam statutum factum est, ut Romæ, et in Academia Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, et Salmanticensi sex constituerentur magistri, quorum duo Arabicam, duo Hebraicam, duo Chaldaicam lingvam docerent. Hæ duæ dirigebantur ad Judæos convertendos. *Clement. Inter sollicitudines de Magistris.*

In hoc Concilio tractatum denique est, num Religiosi Ordines relinquendi essent in suis exemptionibus, quas ab Apostolica Sede obtinuerant. Ille idem Episcopus inter ea, quæ existimavit reformanda habuit hanc quoque exemptionem. Templarii huc etiam ansam præbuerant: qui cum invaluissent divitiis, et potentia, abutentes exemptione, non curabant statuta Episcoporum, et auctoritatem etiam extra suas domos atque in iis, quæ spectabant ad publicam dioecesium gubernationem. Sed et Ordines Mendicantes immiserant se ad munia, et functiones Parochorum his invitis. Nullum potest esse dubium, quin ista justam meruerint animadversionem. Non fuit tamen justa hujus, et fortasse aliorum etiam plurium Episcoporum petitio, ut exemptiones penitus tollerentur. Jacobus Abbas Ordinis Cisterciensis in dioecesi Silvanectensi in Gallia surrexit in defensionem exemptionum. Memoravit et iste quæ ab Episcopis acta sint in Monachos, et Religiosos, talia, quæ non alio pertinerent, quam ad disturbanda tota monasteria, et Religiosorum claustra: id quod confirmavit etiam testimonio S. Gregorii M. a quo sic scriptum sit in literis ad Castorium Episcopum Ariminensem: *Plurimis in monasteriis a Præsulibus præjudicia, atque gravami-*

mina monachos pertulisse cognovimus. Opo ergo ut tuæ Fraternitatis provisio de fut quiete salubri disponat ordinatione: quatenus servato in illis Dei servitio, gratia illius suf gante, mente libera perseverent. Quin ipsos et Episcopos hanc voluisse exemptionem monac rum, et Religiosorum docuit idem Jacobus loquens: *Beatus etiam Germanus Parisia Episcopus ad obviandum calliditati quorumd et propter loci reverentiam, ac Regis Fran Childeberti memoriam consentiente Metropoli no, et ejus Suffraganeis, monasterium S. G mani de Pratis prope Parisios, a prædicto . ge fundatum, eximi procuravit. Quod etiam inductionem posset de multis aliis exemptis i nasteriis declarari. - - - Prælati non viden intendere Zelum animarum in petendo ex ptiones revocari, vel aliquo detruncari. . habent enim zelum, ut in pluribus, nec ci seipsos, nec circa sibi subditos exercent: magis videntur intendere suæ potestatis do nium ampliare, Summi Pontificis potestatis ; nitudinem aliquantulum obfuscando.* Nec pr cto tot Summi Pontifices hanc exemptionem cissent, nisi ad hanc gravissimis rationibus] moti fuissent. Itaque Concilium etiam hoc V nense exemptiones Religiosorum, quamvis f sent impetitæ, stare voluit, et solummodo p scripsit, idque in utramque partem, quid servandum esset, ne et auctoritas Præsulum que Parochorum jura a monachis, et Religi læderentur, et ne illi invaderent fines exemp num, quos iidem Monachi, et Religiosi ab Apostolica Sede concessos habent. *Rayn ad a.* 1312. *ex Ms. Vatican.* Idem fecit et Concilium Tridentinum *Sess.* 25. *cap.* 1. *etss.*

Re

rularibus, sequens vestigia, atque renovans, e hoc in genere statuta fuerunt ab hoc Concilio Viennensi.

§. 22.

nnes XXII. P. Rudolphus Habsburg. Imper. Adolphus Nassov. Albertus. Henricus VII. Luxemburg. Hunc veneno sublatum in hostia consecrata sibi dato, verum non est.

Concilio Viennensi non diu superstes Clemens t. Anno post hoc altero, a Christi natali 1314. 20. Aprilis diem supremum obiit. Ab Joanne llano *lib.* 60. *cap.* 58. ambitionis, avaritiæ, simoniæ, magiæ, et consvetudinis cum quapiam bili femina criminibus turpissime notatus est: S. Antoninus *Tomo tertio suæ historiæ* abstiit ab his ex eodem Villano referendis, nimium dulus, ut ad hoc ejus testimonium etiam a Na- Alexandro *Hist. Eccl. Sec. XIV. cap.* 2. *art.* notatum est. Jam vel illud solum qualem fidem reatur quod de ejus magica arte dicitur? videet, quod cum opera cujusdam magi exquirere stituisset, Raymundus nepos, vita functus quan nactus sortem esset, non tantum viderit hunc inferorum ignes demersum, verum etiam sibi æparatum palatium, flammis cinctum, et flaans. Joannes XXII. ejus in Pontificatu successor, . 1. *epist.* 1. Sanctæ recordationis prædecessom suum vocat, et de præsentis vitæ moeroribus cælestem patriam prædicat evocatum. Figmenum horum inventores Raynaldus *in Annalib.* *hunc annum* homines malevolos dicit fuisse, i famam Clementis laceraverint ob suppressos Tem-

Templarios, et commorationem Avenione: in c
numero speciatim etiam Dantem Poetam, Flor
tinum suspicatur fuisse, Romanis Pontificibus r
le affectum, in Carolum etiam Valesium malign
et in fingendo, utpote poetam, exercitatum. C
dinales Carpentoracti, ubi tumulatus fuit Clem
in Gallia conclave intrarunt ad eligendum Po
ficem. Duo Clementis, vita functi, nepotes B
trandus, et Raymundus cum magno numero V
sconum peditum, et equitum repente civitat
invaserunt, thesaurum Pontificis, destinatum
eo in subsidium belli, quod erat statutum eti
per Concilium Viennense adversus Saracenos
Oriente, rapuerunt, plures Italos, qui erant
Curia Romana, interfecerunt, Cardinalium,
gente Itali erant, domos invaserunt, et in i
etiam tecta civitatis ignem injecerunt vocifer
tes, Pereant Cardinales Itali. Cardinales et i
obsessi a Vasconibus in ædibus Conclavis,
earum partem posticam perforato muro se s
duxerunt, et dilapsi sunt. Statuerunt diem, q
postquam turbæ sedatæ essent, redituri ad p
agendam electionem sint. Quod factum tamen
est cum et de loco, ubi convenirent, orta in
eos disceptatio, et distracti ab invicem ess
altera parte eorum cupiente habere Italum, p
te altera Gallum. Intercessit biennium, et am
us, ut nequidem convenirent ad electionem fi
endam. Philippus Galliæ Rex, cognomento L
gus filius Philippi Pulchri, Lugdunum eos inv
vit ad se quasi quorumdam negotiorum tract
dorum causa. Quo cum venissent, in jam præ
rato loco pro Conclavi ipsos conclusit, nec ante
misit, quam electionem perfecissent. Quadr
sima die ab inclusione, et cibi subtractione,
que hoc nonnisi parcissimo concesso tandem c
cor

dibus suffragiis elegerunt Jacobum Elusanum
dinalem, et Episcopum Portuensem, natione
llum, Cadurci in Aquitania natum, qui quam-
admodum humili loco natus ingenio, et do-
rina evaserat ad amplissimas jam ante Pontifi-
tum dignitates. Joannes Villanus, *lib.* 9. *cap.* 79.
post hunc S. Antoninus 3. *P. Chron. Tit.* 21.
p. 3. dicunt illum per compromissum sibi dela-
m seipsum elegisse. Quod vero falsum cogno-
itur ex ejus literis, quibus se electum promul-
vit, in quibus testatur, se timore, ac tremore
ncussum vehementer hæsitasse, suscipere ne de-
ret munus Pastoralis officii. Sed nec Ludovicus
varus Imperator hoc ei omisisset objicere, cum
nia conquisivisset, ad ejus oppugnandum Pon-
icatum, ut brevi uberius hoc visuri sumus. Jo-
nem XXII. se in Pontificatu nominavit.

A Friderici morte, quæ contigit a. 1250. us-
e ad a. 1273. quo Rudolphus Habsburgicus
rmaniæ Rex et Romanorum Imperator electus
, etsi numquam defuerint, qui sibi Regiam in
rmania dignitatem asserere vellent, sed quæ
rta, atque firma non esset, impetita ab æmu-
, et competitoribus. Insigni pietate, et religio-
fuit Princeps, cujus illud etiam est, quod
m incidisset in Sacerdotem, Sanctissimum Chri-
i corpus ad moribundum deferentem, atque via
tosa esset, equum, quo ipse vehebatur, Sacer-
oti præbuerit, et quem pedes ipse secutus sit.
quisgrani autem dum Regiis insignibus inaugu-
aretur, et Proceres morarentur jus jurandum de
de ei servanda dare, eo quod sceptrum non ad-
sset, Crucem arripuerit, atque hanc pie oscu-
tus, sumpserit pro sceptro dicens: *Ecce si-
num, in quo nos, et totus mundus est redem-
ptus:*

ptus: et hoc signo utamur loco sceptri. Hic Ru dolphus est conditor Imperii Austriaci, dum Ot tocaro Bohemiæ Rege devicto, Austriam Imperi Germanico assertam Alberto filio contulisset. *Stero in Chronol. Serrarius lib. 5. Histor. Mogunt* Rudolpho successit in Imperio Adolphus Com Nassoviæ a. 1292. Celeriter vero se invisum om bus fecerat populos insolitis tributis premen prædones fovendo, a quibus pauperes indi vexabantur, et ad incitas redigebantur, sed ipsos Imperii magnates contemptui habendo. I que ab Electoribus Imperii a. 1297. exauctorat Albertusque Rudolphi filius suffectus in ejus locu est. Conatus est Adolphus armis sibi Imperium ass rere, sed altero anno ad Wormatiam collatis sig cum Alberto in prælio occubuit. Albertum occi Joannes ejus ex fratre nepos a. 1308. Impe decimo, quod bona, quæ tutoris nomine ten bat, nondum ei tradidisset. Henricus Luxembu gicus Alberto successit in Imperio quod an quinque tenuit, mortuus a. 1313. Boncoventi Hetruria prope Senas.

Veneno sublatum esse Henricum, quod Bernardus Politianus, eidem Henrico a Confe sionibus ex Ordine S. Dominici, in hostia co secrata præbuerit, erat omnino rumore sparsu idque velut sic tantum modo acceptum ex r more literis prodiderunt, Ptolemæus Lucensis *Vita Clementis V.* Ferretus Vicentinus, Joann Vitoduranus: qui insuper dicit, Bernardum pro missione Episcopatus a Florentinis esse inductu ad hoc facinus, qui cum Imperatore dissideban nec non Henricum, cum sensisset, sibi ab ho venenum esse datum, hunc monuerit, ut rapti haberet, sunt verba ejusdem Ferreti, ne post obi

tum

suum ipse necis hujus auctor teneretur, et nas lueret: cumque medici svasissent, ut pharcum sumeret ad evomendum cum hostia venem, non paruisse ex reverentia ergà Eucharim. Idem traditum est a Martino Fuldensi, a. 1378. historiam suam absolvit, et a Marti Minorita apud Eccardum, qui hos tres ultis Tom. 2. inter Historicos medii ævi vulgavit. tamen nullus hoc tradit ex certa scientia, et rto auctore. Quin Joannes Canonicus Parisien-S. Victoris in Vita Clementis V. quam Balus vulgavit *Papar. Avenionens. Tom.* 1. *pag.* 1. cet, id quidem per ora hominum volitasse, at ro medicos coram Papa testatos esse, se nul vestigium veneni in ejus corpore; quod post rtem aperuerunt, reperisse. Idem refert Jabus Susatus *in Chronico*, Hermannus Cornerus riptor ex Ordine Prædicatorum in Chronico, od Eccardus similiter vulgavit in Historicis meævi; utque refelleret calumniam, produxit lias Bohemiæ Regis, ejusdem Henrici Imperato-filii, quibus testatus publice sit, se in rem nc inquisivisse, atque falsam reperisse. Has ras exhibet etiam Natalis Alexander Hist. Eccl. c. XIV. cap. 9. art. 4. *Quod scripturierat alis* (sunt verba Natalis modo citato loco) *ob salegum, et parricidiale Bernardi facinus Prææatores omnes a Romano Pontifice hac pœna mnatos, ut Sacrum facientes manu sinistra rpus Christi sumant, jure confictum censet Triemius Abbas, cum ritus ille ab Ordinis exor invaluerit, ut colligitur ex antiquo Rituali, od in hoc Parisiensi Conventu, et collegio S. cobi habemus, et quod anno Christi* 1256. *maescriptum est, in quo statuitur, ut Sacerdos stiam sinistra usque ad communionem teneat.*

Qua

Qua ex rubrica manasse consuetudinem sinis quoque manu sumendi palam est, cum hostia fracta commode, ac decenter a sinistra in dexti non possit transferri.

§. 23.

Ludovicus Bavarus Imp. Unde inter hunc, et P tificem Joannem XXII. exortum sit dissidi Fratrum Minorum controversia de Pauper te. De Michaele Cæsenate Marsilio, et anne Jarduno.

Post mortem Henrici a septem Electori Imperii Ludovicus Bavarus suffragia quinque, l dericus Austriacus duo tulit. Tamen non so ille, verum et iste pro Imperatore voluit ha ri. Hinc exortum civile bellum in Germania, q octo annos duravit, donec Fridericus quinto p lio ad Müldorfium superatus, captusque fuis Etsi bellum sic erat exstinctum, Friderico et spondente, se abstenturum ab omni ulteriore natu Imperii sibi asserendi, ut ad libertatem neretur, quam ista conditione post triennii ca vitatem obtinuerat, tamen exorta est hinc diss dia inter Imperatorem Ludovicum, et Joan XXII. P. nimis iterum tetra. Ad bellum i duos Imperatores præcavendum cum concilia n la successissent ad hos de Imperio contende pacificandos, controversiam Pontifex ad se vocaverat. Qua vero conditione neuter illor uti volebat. Ludovicus autem, postquam devi set Fridericum, factus elatior se Gibellinæ et factioni, et Galeatio qui hoc tempore facti erat præcipuus dux, et Vicecomes Mediolani, q

nc

m dignitatis illo ævo fuit, ei datum, qui debat urbi, se addixerat, atque adeo hosti- Romani Pontificis junctus satis declaraverat, etiam ipse animo esset erga eumdem Ponti- . Galeatius ab Inquisitoribus, velut hæreti- be affectus erat etiam comprehensus, et in diam datus: sed dimitti debuit ad minas, et res incussos a Matthæo ejus patre: tamque nc, quam in Galeatium, hujusque quatuor es non tantum excommunicatio fuit lata, sed peditio talis instituta, qualis fiebat adversus cenos hostes Terræ sanctæ, et Christianorum riente. Præter alia, quæ violenter adversus esiam egerant, carnis resurrectionem negasse, tur Joannes XXII. in epistola, quam exhi- Raynaldus ad a. 1324. num. 9. Hac conspira- cum Galeatio idem Joannes permotus, Lu- o Imp. menses tres præstituit, intra quos ni- Galeatio se sejunxisset, et ab administratio- mperii cessasset eousque, donec de ejus ione factum judicium esset, excommunicatio- ipso facto incurreret. Scripsit Ludovicus ogiam pro se (Exstat apud Herwart ad a. . quam etiam Raynaldus ad hunc eumdem a. bet) utpote, cujus Regia dignitas nullam con- ersiam habeat, quam assecutus sit majore agiorum numero, qui jam etiam Aquisgrani coronatus sit. Itaque se in possessione regni , neque aliud sibi restare, quam ut infulis erialibus exornetur: Papam tunc nonnisi hoc e exercere judicium, si per querelam, vel viam supplicationis, vel appellationis, vel modo hoc negotium devolutum esset ad Se- Apostolicam, quod vero in præsenti locum habeat. Si rebus studeret Galeatii, et ejus um, se ignorare, num hæretici sint, et re-

bel-

belles Ecclesiæ: aperte vero se conjicere, ex i
quę rebus sibi notum esse, nonnullos reb
Ecclesiæ nominari, qui servata fidelitate re
rentur molientibus talia, quæ sint contra jura
perii. Ac deinde se vertens adversus Joannem
pam, Ipse est, inquit, dissimulator, defenso
fautor hæreticæ pravitatis ejus, quæ totam
ctam Ecclesiam inficit, et conturbat. Nam
gravibus, et frequentibus querimoniis Archi
scoporum, et Episcoporum esse ad se delat
Fratres Minores S. Francisci esse proditores se
tæ Confessionis, nec tamen adhibuisse remed
Cum igitur et propter hoc, et ob statum ab
perturbatum Imperii opus sit generali Concilio.
tere, ut hoc congregetur, in quo et ipse aff
rus sit.

Fratres Minores S. Francisci secretum Co
sionis Sacramentalis violasse, et hujus tanti
minis reos fuisse etiam Guardianos, aliosque
periores Ordinis, atque ipsum quoque gener
Ministrum, non probavit Ludovicus; nec u
de hoc vestigium est reperire uspiam alibi.
profecto Joannes Papa talem rem dissimula
qui ne contentiones quidem tulit, quas ii
Fratres Minores habebant inter se de Pauper
quos cum Pontifex damnavisset ob sententiam
vam, cui præfracte inhæserant, tamen Ludo
sub suam protectionem susceperat, ipse vici
ab his adjutus in rebus suis, contra Joannem
pam. Erat autem hæc de Paupertate inter
tres Minores controversia. Asserebant hi sibi
Francisco datam esse paupertatem ejusmodi,
quam nihil juris ipsis possit esse ad rem qua
lamcumque sibi faciendam, et habendam
priam. Nicolaus III. P. a. 1280. ad sedandam

co

oversiam per Constitutionem suam: *Exiit,*
minat, qua rerum, quas acquirerent, usu
ibus Minoribus relicto, dominium in se, et
postolicam Sedem assumpserat. Hinc au-
Fratres Minores ejusmodi spiritus sibi sum-
nt, ut se in perfectione Evangelicæ pau-
tis, Religiosis aliis, omnibus anteferrent:
er jactarent, suam paupertatem, quam ob-
rent, esse prorsus conformem ei paupertati,
a Christus ipse in hoc mundo, et Apostoli
int, etiam nihil habentes proprium. Hanc
assertionem Joannes XXII. per Constitutio-
Cum inter nonnullos a. 1323. *erroneam, et*
ticam declaravit, utpote dissentaneam ab his,
de Christo, et Apostolis hoc in genere ha-
r in Evangelio. Et profecto de Christo hoc
m est: cujus loculi memorantur *Joan.* 13. *v.*
morum portitor fuerit Judas. De Apostolis,
tota Fidelium multitudine etiam est *Act.* 4.
. fuisse his omnia communia. Quod si igi-
orum, quæ Christus ex loculis, quæ Apo-
ex iis, quæ Fideles ad eorum pedes depone-
dispensarunt, Christus, et Apostoli pro-
atem non habuissent; dispersissent id, quod
m non fuit, ac proinde cum ejus injuria, cu-
oc fuisset, atque hujus læsionis juris alieni
la hi ipsi adspergerentur, ut hoc futurum
quens ipse etiam Joannes Papa docuit in
onstitutione. Sed nec Nicolai III. fuisse men-
ut earum rerum, quæ usu consumerentur,
rit reservare dominium Romanæ Ecclesiæ,
a talium rerum usu nequidem separari pos-
leclaravit idem Joannes, cujus hæc verba sunt:
enim sanæ mentis credere poterit, quod in-
fuerit tanti Patris, unius ovi, seu casei,
rusti panis, et aliorum usu consumptibilium,

*quæ Fratribus ad consumendum e vestigio confe
runtur, dominium Romanæ Ecclesiæ, et usu
Fratribus retinere?* Qua propter idem etiam Co
stitutione: *Ad Conditorem Canonum* domini
hujusmodi præter ea, quæ ad sacra spectant,
stituit Fratribus Minoribus, vetuitque, ne no
ne Pontificio cuiquam litem intentarent, q
antea fecerant, hoc prætendentes nomen, ta
si rebus sibi acquirendis studerent. Insurrexe
etiam adversus Fratres Minores in professione p
pertatis Evangelicæ se se efferentes supra om
alios Religiosos Ordines, Herveus Magister Or
nis Prædicatorum, Augerius Carmelitarum Se
rior Provincialis, atque ipsi Parisienses Docto
Sciteque admodum est ab hoc Augerio dict
Evangelicam paupertatem consistere non tam
abdicatione juris rerum, quam in paupere
rum usu, ex quo maceretur caro, et tumor m
tis frangatur: pupugitque eos, qui ex Fratri
Minoribus, licet hanc paupertatem præ se
rent, tamen lauta prandia consectarentur. *A
Raynald. ad a.* 1322. *num.* 68.

Nec tamen omnes Fratres Minores, istam
lem paupertatem sibi vendicantes, vi cujus ne
dem in Communi Ordo eorum habeat rer
etiam quæ usu consumuntur dominium, et qu
idcirco Fratres Spirituales nominabant, quasi
ti a rebus alienati temporalibus, morem ge
runt huic Constitutioni de Paupertate, facta
Joanne XXII. et aperte adversus hanc recalci
runt. Præcipui erant Michael Cæsenas supre
Ordinis Minister, Gulielmus Occam, et Bonag
tia: quos cum Pontifex Avenionem ad se cita
frustra conatus fuisset paternis monitis ad sani
tem revocare, hique adversus prohibitionem ej
dem

ı Pontificis fuga se subduxissent, percussi ex-ımunicatione sunt. His vero Ludovicus Im-ator triremem misit, qua ad eum in Italiam reherentur, ubi et ipse erat a Gibellinis ıtus: qui ei deinde strenuissimam operam na-rerunt adversus Joannem Papam. Michael Cæ-ıas adversum excommunicationem in se la-ı, et a Romani Pontificis hac sententia ad ıerale Concilium appellavit, librumque com-ıuit adversus Joannis Papæ Constitutionem, e his verbis incipit: *Cum inter nonnullos*, mque *hæreticalem*, *detestabilem*, *Religionis*, *Fidei destructivam* vocavit, et tam ex hac, ım ex aliis ejus Constitutionibus arguit ta-asserere Joannem, quæ sint hæretica, at-: novem quæsi diversarum hæresium crimini-eum oneravit. Atque hoc sibi deinde Impe-ır fundamentum posuit illius audaciæ, et te-ritatis, ut in Joannem Papam sententiam fer-, qua ei Pontificatum abrogaverat, et antipa-ı creaverat. Marsilius de Padua, et Joannes Janduno hanc inprimis Ludovico audaciam ad-erunt. Marsilius fuit Jurisconsultus, et eidem ıeratori a consiliis. Joannes Jandunus Theolo-, et Philosophus. Ille librum composuit, quem *fensorem Pacis* inscripsit, hic librum *Pro Su-ioritate Imperatoris*. Utriusque est, Pontifi-ı ponere infra Imperatorem in ipsa etiam po-ıate spirituali. Speciales horum assertiones ıt, Christum tributum Cæsari ex necessitate ısitasse, ideoque et Pontificem, cum major risto non sit, esse Cæsari vectigalem; ad eum-ı Cæsarem dicebant, res Ecclesiasticas specta-et Pontifices tam instituere, quam exauctora-item, Petrum non eminuisse supra ceteros ıstolos, et Pontificem, Episcopos et Presby-

teros esse pares auctoritate, et potestate, insupe Cæsarem succedere Pontifici hujus Sede vacant denique Clero fas non esse possidere bona ten poralia, nec potestatis Ecclesiasticæ eam vim, poenis quempiam possit cogere. In gratiam Lud vici Imperatoris uterque suum concinnavit libru hisque juribus, is a Marsilio, et Joanne Jandun sibi datis, instructus illa adgressus est, quæ Has vero Marsilii, et Joannis Janduni assertio solenni Constitutione sua, quam Raynaldus ad 1327. num. 27. exhibet, Joannes XXII. Pa damnavit, velut hæreticas. Has Lutherus, et e asseclæ ex tenebris, ad quas per condemnati nem Sedis Apostolicæ compulsæ erant, protrax runt, easdem Februniani recoxerunt, quoru perinde est, Petrum non habuisse plus potest tis, quam Apostolorum quemlibet alium, ide que nec Romanum Pontificem habere aliquid pl quam Episcopum quemlibet. Licebit hinc a vertere, quales hæ merces sint, Primatum eve tentes, omnemque hierarchiam Ecclesiæ.

§. 24.

Ludovicus Imperat. quid egerit Romæ advers Joannem XXII. Petrus de Corbaria ant papa.

Ludovicus a Gibellinis, quemadmodum d ctum est, in Italiam vocatus mense Februario 1327. Conventum instituit, cum undique Gib lini ad eum confluxissent, ingensque Regulariu turba fugitivorum, nactusque esset nonnull etiam Episcopos. In hoc judicium factum est d Joanne Papa, de que hæresi, cujus crimen vi dimus

us jam supra collatum esse in eum, conclu-
que est, ipsum reum esse hujus criminis,
deinceps alio Joannem Papam, quam Jacobi
sbyteri nomine Ludovicus compellabat, qua-
qui per hæresim exciderit ex Pontificatu. Iti-
e. continuato cum Ludovicus Mediolanum ve-
iet, ferrea corona redimitus est a Guidone Tar-
Episcopo Aretino, cui ab Joanne Papa Epi-
patus abrogatus erat. Neque enim Aicardus
:hiepiscopus Mediolanensis hoc præstare Ludo-
voluit, fugitque ex urbe, antequam in eam
lovicus intrasset. Galeatio, a quo vocatus in
iam est, eam gratiam rependit, ut eum in
cula una cum filio, et fratribus conjecerit, ve-
s ut credibile est, horum potentiam, et ne,
madmodum Romani Pontificis deseruissent
m, ita hanc neque sibi stabilem servarent.
e res cum ceteros Gibellinos vehementer per-
sset, prætendit suo facto, Galeatium consi-
agitasse cum Bertrando Cardinali legato Ro-
ii Pontificis de deditione sui. Galeatius anno
sequente in vinculis decessit. Ejus filium qua-
epertum innocentem Ludovicus libertati red-
t: fratres vero illius eamdem ducentis quin-
ginta aureorum millibus redimere debuerunt.
lovicus ferrea corona redimitus protinus Ro-
n contendit ad coronam Imperatoriam auream
iendam. Trithemius *in Chron. Hirsaug.* scri-
, missos ab Ludovico legatos ad Pontificem, et
isse ab eo, ut vel ipse Romam veniret ad se
onandum, vel coronandi munus delegaret cui-
m alteri. Pontifices hoc tempore, ut jam ali-
dictum est, Avenione residebant. Joannem
o Pontificem sententiam e se in Ludovicum
m innovasse, et publicandam tam in Germa-
, quam Italia curasse.

Ro-

Romani qui fideles Pontifici perstiterunt plerique ex Urbe fugerant. A ceteris Ludovicu in Urbem receptus est: ubi ab Jacobo Alberti no Venetiarum Episcopo, et Gerardo Orlandin quos ambos Pontifex jam antea exauctoraver Imperator coronatus est. Paucis interpositis di bus Imperator præ foribus Ecclesiæ S. Petri suggestu omnibus insignibus Imperialis dign indutus, sedit, factaque populi convocatione colaus ex Eremitis S. Augustini ex carcere p fugus, ad quem positus erat a Superiore sui c stri Fabrianensis, præconis officio functus proclamavit, essetne aliquis, qui Jacobum Pr byterum, quis hoc nomine designatus sit, p lo ante dictum est, velit defendere: nemine r spondente Abbas quidam sententiam Imperato adversus Joannem Papam ex scripto legit: *D nunciamus, et declaramus, pronunciamus, et p blicamus Jacobum de Cadurco fuisse, et e consendum hæreticum notorium, et manifest excommunicatum ab omnibus Catholicis evit dum: et quia de facto se gerit pro Papa, ips privamus, et deponimus, sive privatum, et d positum nunciamus, et omnes sententias, et pr cessus, omniaque per ipsum auctoritate Papa sive Pontificali a dicto tempore facta, et ge nullos, et nulla fuisse, nulliusque roboris, firmitatis existere. Insuper universis, et sing lis, sub nostro Imperio degentibus cujuscumq status, dignitatis, aut conditionis existant, d stricte præcipimus, et mandamus, quatenus n lus dictum Jacobum de Cadurco hæreticum, e communicatum, et omni dignitate, potestate, auctoritate privatum de cetero habeat, reputet sive teneat, sicut Papam, nec eidem pareat, si ve obediat tamquam Papæ. etc.* Apud Raynald. ad a. 1328.

328. num. 16. Hæc cum acta essent die 22. ril. quatriduo post Jacobus Columna, quæ una ex nobilissimis familiis est, facinus adgressus est adversus Imperatorem magni, atque intrepidi animi. Nam publice in foro S. Marcelli co- Romanis mille, et amplius congregatis legit, publicavit sententiam ab Joanne Papa in Imperatorem latam, quam ob ejus metum promulga- Romæ adhuc ausus fuit nemo. Affixit deinde cretum ejusdem Pontificis portæ Ecclesiæ S. Marcelli, nemine assistente: tumque conscenso equo m aliis quatuor Equestris ordinis, qui eum cotabantur, proripuit se, et Prænesten avolavit. m postquam Imperator comperit, misit protis armatos equites, qui Jacobum Columna ex a retraherent. At is celeritate sui comprehennem evitavit. *Villanus lib.* 10. *cap.* 71.

Pontifex cum Germaniæ Principibus agebat, exauctorato Ludovico alium sibi Regem eligeit. Sed et iste idem conatus est facere de Joie Papa. Pœnitentiarii munere Romæ eo temre fungebatur Petrus Rainallucius, Corba- in Aprutio natus ex Ordine Fratrum Minon S. Francisci in magna existimatione habitus populo. Hunc igitur sibi Imperator delegit, em ad Pontificatum intruderet, sperans, etiam Romanis non invitis susceptum iri. Die 12. Maji isdem anni, qua festum adscensionis Christi in lum celebrabatur, populi iterum facta convotione ad Ecclesiam Vaticanam cum Imperator lisset in solio, sibi alte collocato, omnibusie ornamentis Imperatoriæ dignitatis fulgens, cirmsistente Clero, qui ad eum defecerat, nec in turba monachorum et aulicorum, Petrum Corrium in reliqua monachorum turba consisten-

tem

tem se accedere jussit, eique sedem infra se de dit assurgens et ipse ei dum accessisset, velut jam designato Pontifici. Simul Nicolaus Frabri nensis ex Eremitis S. Augustini, cujus jam fact mentio est, surrexit, habuitque sermonem, in quo super his verbis *Nunc scio vere, quia mi Dominus Angelum suum, et eripuit me de ma Herodis*, Act. 12. v. 11. Angelo, qui Petrum eri puit de manu Herodis, assimilavit Ludovicum Im peratorem, Herodi Joannem Papam, per Petr autem, qui se ereptum dixit, contendit deb intelligi, Cathedram Petri quæ similiter, ut t Petrus gaudeat, et lætetur, se ereptam per eun dem Ludovicum ex tyrannide Joannis Papæ. Q finito sermone Jacobus Albertinus Venetiarum Ep scopus, idem is, qui Ludovicum Imperatorem co ronavit, magna voce ter rogavit populum, vel ne Petrum Corbarium habere Papam. Turbat fuit hac rogatione populus; non eo minus secu acclamatio est aliis, qui ad hoc dispositi era præeuntibus, ceterisque sequentibus: statimqu decretum electionis ab Imperatore jam paratu lectum est: tum Imperator Corbarium ad se i sede locavit, annulum induxit in dextræ illius di gitum, stola Pontificali induit, atque Nicolai V nomen ei indidit. Non fuit vera Petri Corbar virtus, etsi talem sibi opinionem aquisivisset an tea Romæ. Alvarus Pelagius *lib.* 1. *cap.* 37. hunc, cum et ipse Conventualis Romæ esset, dicit, se cognovisse verum hypocritam aliquas abstinentia exteriores facientem in aperto, loculos in abdito compilantem, et inter mulierculas Romanas qua si continue residentem et gloriam aucupantem. Idem vixerat prius annos quinque in conjugio: conjuge deinde recessit, atque hac invita, et re nitente habitum assumpsit Fratrum Minorum. Im

pera-

perator alium prius delegerat, quem faceret antipapam, sed ille nolens operam schismati dare, recusavit, et ex Urbe aufugit. *S. Antonin.* 3. *part. tit.* 21. *cap.* 6. §. 7.

Hæc cum gesta in festo Ascensionis Domini essent post biduum Imperator Tibur, locum non longe Roma, divertit, reversurus cum pompa ad diem Pentecostes. Obviam ei ivit Pseudo-papa cum Cardinalibus, quos sibi interea creavit, plerosque ex iis monachis, quibus fugitivis ex Ordine suo Imperator confugium apud se dederat. In Vaticana deinde basilica inauguratus est Corbarius per Jacobum Albertinum, qui et ipse ab eodem Corbario creatus fuit Cardinalis. Tiaram tamen Pontificalem Imperator Corbarii capiti imposuit: vicissim autem hic Ludovicum denuo Imperatorem coronavit. Edicta deinde fecit Corbarius, quibus confirmavit, et ratam habuit exauctorationem Joannis Papæ, factam per Ludovicum Imperatorem, Cardinales, Episcopos, aliosque Clericos omnes Joanni eidem adhærentes, si hunc Papam vel nominare ausi essent decrevit, velut hæreticos esse puniendos. Romæ duo, alter patria Hetruscus, alter Insuber, animose asseruerunt Joannem ex Pontificatu non potuisse ab Imperatore deponi, et Corbarium non esse verum Papam: a Ranerio Fagiolani filio Senatore idcirco hæreticorum supplicio affecti sunt, et flammis traditi. *Villanus lib.* 10. *cap.* 76. Robertus Rex Neapolis partes susceperat Romani Pontificis. Hunc bello persequi, Neapolimque ad se trahere constituit Ludovicus. Rem adgressus, perficere non potuit ob defectum annonæ, et pecuniæ, a propriis etiam militibus desertus, cum his stipendia soluta non essent. Itaque contemni coepit,

pit, ejusque tantopere defecit auctoritas, ut
mæ convicia tam in ipsum, quam in Corba
conjicerentur palam, vocibusque personarent
tea, quibus Romani hæreticis, et schisma
mortem, et dira quæque imprecarentur, in
gendo per hos hæreticos, et schismaticos eos,
ex factione erant Ludovici, et Corbarii, ho
que asseclæ lapidibus impeterentur, et qui
etiam occiderentur, atque in contumeliam L
vici, Germanorum, qui Romæ id temporis
mortui, cadavera e sepulcris extraherentur
per ipsos pueros raptarentur, uncisque tract
Tiberim projicerentur: neque hic cessatum a
manis est, sed etiam privilegia, quæ ipsis
collata a Ludovico, in Capitolio concrema
publice: ad Urbem quoque intromiserunt
tem Romani Pontificis, ejusque legatum Joan
Ursinum Cardinalem. Ludovicus igitur se ex
be subduxit una cum Corbario, postquam du
circiter mensibus ibi imperitasset. Ludovicu
sas se recepit, Corbarius Viterbium: sub
rius autem anni initium et iste Pisas se con
Totus ei venienti Clerus obviam ivit, magn
pars civitatis, mandato adacti Imperatoris,
et ipse Imperator. Ibi Corbarius renovavit
edicta jam Romæ prius facta, et promulgata,
dita etiam nova contumelia in Joannem Pa
Nam, ut quasi præsens sisteretur Joannes
ejus simulacrum, stramine effartum, cura
Corbarius, hocque, postquam sententia in
pronunciata esset, tamquam in hæreticum,
traditum est. Ad hoc spectaculum fuit convo
totus populus: cumque venire noluisset,
sunt milites, qui eum compellerent. Nec ta
multi venerant. Inciderat enim eo ipso tem
horrida tempestas quæ etiam volentes ire,

h

hibuisset. Dux, qui militibus istis præerat imbre tunc effuso cui similem nemo recordabatur fuisse, cum frigefactus deinde balneum intrasset, quod erat paratum ex vapore vini, accenso vapore suffocatus periit: nec erat quisquam, qui non et illam tempestatem, et hujus interitum sumpsisset pro malo omine rei, quæ agebatur.

§. 25.

Quem exitum habuerint molimina Ludovici Imp. et Corbarii antipapæ.

Pisani a Corbario, et Ludovico Imp. abhorrere cœperant, qui se invisum illis etiam per intolerabiles exactiones fecerat. Defecit primum Hetruria, secutæ sunt aliæ civitates. Imperator ad subsidia belli conquirenda Pisis discessit in Lombardiam. Quo facto Pisani statim Corbarium e civitate expulerunt, et paulo post militiam quoque ipsam Imperatoris cum ejus Præfecto Tarlatino e Petramala. Corbarius sui comprehensionem metuens, jam enim ab Joanne Papa mandato accepto ii, qui in ejus fide erant quærebant eum comprehendere, et ad Pontificem mittere. Itaque ille ad Comitem Bonifacium e Donoratico confugit unum ex primariis Pisanis, hujusque opem, et misericordiam imploravit: a quo susceptus et missus est clam in Castellum Burgarium, quod habebat, triginta quinque millia passuum distans Pisis. Tres menses hic latuit Corbarius. Cum autem Florentini huc advenissent cum copiis, veritus Bonifacius, ne ab his caperetur, quam potuit occultissime Corbarium reducendum curavit Pisas, eademque ratione servavit in suis ædibus. Re-

Rescivit tamen aliqua ratione Gulielmus Lucensis Episcopus, ubi Corbarius esset. Hujus monitu Bonifacius Comes Corbarium ad Joannem Papam Avenionem deducendum curavit, preces suas pro illo interponens, ne quid gravius in eum constitueretur: supplices literas suas etiam ipse Corbarius pro se præmiserat ad Papam. Accessit ad Papam in veste sui Ordinis Minorum, fune sibi apposito ad collum. Procumbentem ad pedes suos Pontifex suis manibus erexit, et osculatus est, vicissimque àb illo osculum suscepit. Idem Corbarius deinde publice, in altioreque loco, quo magis ab omnibus videri, et audiri posset, constitutus, coram Summo Pontifice confessionem criminum suorum fecit, cumque lacrymis multis veniam petiit. Nec tantum vero hanc obtinuit, verum Pontifex ea benignitate ipsum complexus est, ut annua tria aureorum millia ei adsignaverit, nec non eumdem victum, quo ipse utebatur, in suis ædibus, tamen appositis ei custodibus, et cavendo, ne præterquam cum suis familiaribus qui et ipsi ei permissi sunt, cum extranea autem nonnisi petita facultate loqueretur. Ab anno 1330, quo reconciliatus est Romano Pontifici, vixit adhuc Corbarius in hoc statu, annos tres, et mensem. *Raynaldus ad a.* 1330. *ex Regesto Rom. Pontif. Villan. lib.* 10. *cap.* 164. *Bernard. in Vita Joann. XXII. apud Bosquet.*

Nondum perfecta erat reconciliatio Corbarii, et nequidem in conspectum adhuc Joannis Papæ venerat, cùm etiam Ludovicus Imperator hanc appetiisset. Res ejus conciderant in Italia: male quoque stabant in Germania. Offenderat enim omnes ejus illud tale ausum, quo Joannem Papam deturbare adgressus est e Pontificali cathedra, et an-

tipapam constituere. Ludovicus itaque videns um periculum in Germaniam properavit redi-, Monachiique non magna cum auctoritate se te-ebat. Attamen habuit Ottonem Ducem Austriæ, annem Luxemburgicum Regem Bohemiæ hujusue patruum Balduinum Archiepiscopum Trevinsem, qui ejus rebus studentes per literas apud ontificem egerunt, ut excommunicatione absoleretur, ejus nomine spondentes recessurum ab ntipapa, suam ad Concilium appellationem revocaturum, suique excommunicationem justam fuis-, agniturum, ea tamen conditione, ut maneet Imperator. Facile fuit advertere, in hæc Luovicum assensum esse non ex sincera pœnitena, sed tantummodo ne amitteret Imperatoris ignitatem. Itaque Pontifex Joanni Bohemiæ egi, ceterisque respondit, Ludovicum electum se Regem in discordia, et hoc etiam jure, si uod ex electione assecutus fuisset, privatum es- justitia exigente, utpote fautorem hæreticoum, qui Marsilium de Padua, et Joannem de arduno prompte receperit ad se, velut hæretiorum patronum, confugientes, hisque suum ibuerit favorem ad errores suos publice docenos, et divulgandos: illum adhuc apud se habere lichaelem Cæsenatem, Guilelmum Occamum, qui cripta confecerint hæreticis erroribus plena, osdemque disseminaverint; eumdem Ludovicum sse persecutum Ecclesiam, spoliando templa vais, et suis ornamentis, Prælatos e suis Ecclesiis xturbando, atque his substituendo hæreticos et chismaticos, Fideles ipsosque immaniter persequendo. Expenderent igitur, ait, hi ipsi qui pro Ludovico scripsissent, quid deinceps spei posset esse, qui adhuc consiliariis uteretur hæreticis, et schismaticis. Offerre illum antipapæ de-

po-

positionem. At vero Corbarium, reatum suum humiliter agnoscentem jam se ipsum deposuisse. Quod vero promittat, se adpellationem, a se ad Concilium factam, revocaturum, et agniturum se deliquisse, et juste excommunicatione devinctum fuisse, nondum tamen esse poenitentiam re præstitam, nec ex animo: qui hæc ipsa promittat nonnisi sub conditione, si manserit Imperator. Literas suas finit Pontifex, hortando ad consulendum Imperio per alium Imperatorem. *Apud Raynald. ad a.* 1330. *num.* 29.

Sic mansit res usque ad Benedictum XII. qui Joanni in Pontificatu succedens, prior etiam binis literis Ludovicum invitavit, ut Ecclesiæ reconciliaretur, rogavitque, ut salutis suæ rationem haberet. Blandissimis verbis hujus Pontificis permotus, etiam Ludovicus et literas dedit, et legatos misit ad Ponficem, et tractavit de sui reconciliatione: retractavitque omnia, quæ egit adversus Joannem Papam; etiam spopondit, se agendæ poenitentiæ causa, exercitum in Orientem ducturum adversus Saracenos. Daturus erat Pontifex absolutionem, cum gaudio, et continuo. Sed ne res perficeretur Philippus Galliæ, et Robertus Rex Neapolis fecerunt per legatos suos: et ille talibus etiam additis minis, ut Pontificem terreret, se illum habiturum pejus, quam Bonifacius esset habitus ab antecessore suo Ludovico Pulchro. Nempe Philippus prensabat Imperatoris dignitatem, jamque egerat etiam apud eumdem Pontificem Benedictum, ut Vicarius Imperii ab eo constitueretur. In Robertum vero Regem Neapolis tam acerbus erat Ludovicus, causam defendentem atque arma opponentem pro Joanne XXII. contra eumdem Ludovicum; ut quamvis in manu

eum

m nondum habuisset, tamen pœnæ capitalis ıtentiam in eum tulerit, et vulgaverit. Accesrunt, quominus Ludovicus absolveretur, etiam eræ Joannis Bohemiæ Regis, et Henrici Bavaæ Ducis, quibus significarunt, futurum, aliom etiam Principum conspiratione, ut alius Roanorum Rex eligatur. Quæ res ipsos etiam Carinales movit, ut disvaderent absolutionem Ludoici, ne in gratiam hominis, qui Romanum Ponficem, et Ecclesiam tantopere vexasset, negoum in irritum mitteret, quod Electores Imperii ıscepissent, reverentia ducti erga Apostolicam edem. Altera vice, denuoque missis legatis, et enovatis sponsionibus egit Ludovicus, apud 'ontificem pro absolutione. Albertus Argentiensis *in Chronico* docet, Pontificem prope flenem legatis dixisse, se erga eorum Principem ene affectum esse, sibi tamen etiam consilia liorum audienda esse. Si absolutio nihil aliud ecum habuisset, nulla illius difficultas fuisset: ed erat metuendum, ne priore utcumque jam opito incendio, novum oriretur. Benedictus 'ontifex non diu supervixit. In Germania, cum am propius ventum esset ad electionem alteius Regis Romanorum, Ludovici auctoritate emper magis deficiente, atque hoc perstante in iis, quæ spoponderat se emendaturum, et quo prodebat, neque suam pœnitentiam esse sinceram, quam solummodo præ se tulisset, ut maneret in Imperatoris dignitate; Clemens VI. qui Benedicto XII. successit, postquam Ludovicum monuisset, ut certa argumenta præberet suæ pœnitentiæ, illa corrigendo, quæ prave erant ab eo acta, deinde ut abstineret etiam a titulo Cæsaris, neque hunc prius resumeret, quam is ei esset confirmatus, ille vero hoc facere noluisset,

Cle-

Clemens quoque sententiam, qua jam ante fuit damnatus, in eum confirmavit, et Carolum Joannis Bohemiæ Regis filium idem Electoribus commendavit, quem suis suffragiis eveherent ad dignitatem Regis Romanorum. Quod etiam factum est, Ludovicus vero etiam adhuc nunc arma parabat, Siciliam volens invadere, et pro se occupare post Andreæ mortem, qui Maria Roberti filia sibi copulata matrimonio, Rex Neapolis factus erat Ludovici Magni Hungariæ Regis frater. Ludovicus Imperat. subita morte, delapsus ex equo, decessit. Sunt qui suspicentur, venenum ei fuisse datum, quod cum sensisset, venatum ivisse, ut equitando istud discuteret: sed veneno prævalente, ex equo decidisse, et mortuum esse. Hermannus Cornerus in Chronico inter equitandum obiisse et ipse confirmat, verum ex cordis punctione, qui familiaris ei fuerit morbus. Anno 1347. die 11. Octobris mortuus est, pòstquam depositus ex dignitate Imperatoria esset, altero. Decessit Deum rogans, ut ei propitius fieret. *Albert. Argentin. in Chron. Villan. lib.* 12. *cap.* 105.

§. 26.

De sententia Joannis XXII. quæ attinet Visionem Dei a Sanctis ante resurrectionem mortuorum. Hujus quæstionis decisio per Benedictum XII.

Joannes XXII. Papa a. 1331. in festo Sanctorum omnium in sermone, publice a se habito dixerat, Sanctos in cælo non videre, nec visuros faciem Dei, sive Divinam essentiam ante fu-

m corporum resurrectionem. Idem fecerat
› sermone Dominica tertia Adventus, et
anno subsequente in Vigilia Epiphaniæ.
Joannes fidem, quam Ecclesia Catholica pro-
r de Justorum sorte post hanc vitam, hac
rum forma, a Clemente IV. concepta, tra-
Armenis, Lithvanis, pluribusque aliis re-
, ad Christianam Religionem conversis: *Te-
t prædicat sacrosancta Ecclesia, illorum
s, qui post sacrum baptisma susceptum
t omnino peccati maculam incurrerunt, il-
am, quæ post peccati contractam maculam,
suis manentes corporibus, vel eisdem exu-
unt purgatæ, in cælum mox recipi.* Hoc
, utrum Sancti jam ante resurrectionem cor-
ı in cælo beatitate perfruerentur, in ambi-
abitum non est ab Joanne Papa, cujus con-
n dederit etiam fide Catholica tenendum.
ı disceptationem solummodo venerat, hæc
ıs Sanctorum ante resurrectionem corporum
teretne in sola visione Christi, ejusque hu-
naturæ, vel etiam Divinæ essentiæ, quæ
ter, Filius, et Spiritus sanctus. Ex illis
nibus Michael Cæsenas, Guilelmus Occamus,
ıagratia ex factione Ludovici Imp. adversus
em Papam ansam sumpserant hunc tradu-
, quasi docuisset velut certum, Sanctos in
ınte resurrectionem corporum non frui vi-
Dei, ejusque divinæ essentiæ. Nec tantum
c ab aliis etiam in utramque partem dispu-
œpit, verum etiam de ipso Joanne Papa,
ı id, quod in sermonibus suis dixit, propo-
etiam instar sententiæ, velut sibi certæ,
lius disquisitionis gratia. Ulricus doctor Ger-
s de hoc argumento cum elucubrasset et
tres libros et asseruisset Dei visionem a San-

ctis etiam ante Corporum resurrectionem, c
de *Hæc*, inquit, *contra eos præcipue sci*
qui sanctissimum Papam Joannem in suo se
ne dicunt, definiendo determinare, Sanctorum
mas ante diem judicii non posse Deum beat
dere; vel contra eos, qui hoc ipsum ex ejus
mone præsumunt asserere determinate, et de
tive, quasi ipse etiam videatur hoc definie
et determinando sentire. Verum, si sermo
palis pie, et sane intelligitur, non proprie
mo, nec definitio, nec determinatio, seu pr
catio, sed magis quasi quædam scholastica
sputatio, aut disputantium collatio aptius
perpenditur. Apud Raynald. ad a. 1331. *ex*
Biblioth. Vatic.

Inter eos, qui pro visione Dei stabant,
etiam Facultas Theologica Parisiensis. Venera
risios Geraldus Otto Fratrum Minorum S. F
cisci Minister generalis, missus ab Joanne
in quodam alio negotio. Hic de hac quæst
acrius etiam disputaverat cum Theologis Pari
sibus, ei, quod hi defendebant, contrarium
serens. Qua hujus disputatione Philippus
Galliæ ita offensus est, ut minatus sit, se
ad rogum damnaturum, nisi destiterit ab i
suæ sententiæ Parisiis venditatione. Suspicab
enim a Papa ad hoc instructum fecisse Otto
quod egit adversus Theologos Parisienses. Qu
obrem Joannes Papa in literis ad eumdem
lippum Regem, non tantum hoc, quod susp
batur, negavit, verum etiam explicuit,
ipse hac in re, et cur, egerit. *Cum, inq*
hanc quæstionem B. Augustinus interdum in
ptis suis reputaverit valde dubiam, et circa
variasse dicatur, et nedum ipse, sed et m
de

tores alii circa istam materiam varient; pro-
r hoc, ut veritas possit melius aperiri, nos
erdum in nostris sermonibus mentionem habui-
s, non proferendo verbum de nostro capite,
l dicta Scripturæ sacræ, et Sanctorum, præ-
ue illorum, quorum scripturæ ab Ecclesia sunt
eptæ, multique tam Cardinales, quam alii
ram nobis, et alibi in suis sermonibus pro, et
tra de ista materia sunt locuti: et nedum in
monibus, imo publice Prælatis, ac Magistris
Theologia præsentibus, est in Curia pluries
æstio hujusmodi, ut sic plenius posset inveni-
veritas, disputata. Rogavitque Regem, ut
m curet faciendum Parisiis a Magistris in Theo-
gia, et Baccalaureis, *Donec*, ait, *aliud ordina-*
m per Sedem fuerit Apostolicam, vel etiam de-
ratum. Sic enim ad veritatem quæstionis præ-
tæ poterit promptius perveniri. Epistolam
ac integram exhibet Raynaldus ad a. 1333. num.
. Quia vero sinister iste rumor de Joanne Pa-
etiam sparsus erat alibi, et circumferebatur;
anno subsequente die 3. Decembris pridie obi-
sui in publico Consistorio, ut vocant, Cardi-
lium literas confecit, et publicari jussit per uni-
rsum Orbem Christianum adversus huncce ru-
rem, quarum literarum ipsa hæc verba sunt:
quis sinistre interpretari possit, nos sensis-
aliquid, vel sentire, quod Sacræ Scripturæ
viet, aut fidei orthodoxæ; dicimus, et prote-
mur expresse, quod quidquid in quæstione,
materia visionis animarum, videlicet, an
imæ a peccatis, et pœnis peccatorum purgatæ
deant Divinam essentiam illa visione, quam
postolus vocat facialem, seu quacumque alia
ateria in sermonibus, et collationibus nostris

 di-

diximus, allegavimus; seu proposuimus, non tendentes aliquid determinare, vel decidere, credere, quod esset quovis modo Scripturæ sa obvium, vel contrarium fidei orthodoxæ, sed lud solum tenere, et credere, quod et Scrip ræ sacræ potest, et poterat, et Catholicæ f convenire. Et si forsan in prædictis sermonib vel collationibus aliqua, quæ vel Scripturæ cræ, seu fidei orthodoxæ, quovis modo esse vel viderentur obvia, ipsa præter intentionen nobis fuisse prolata dicimus, et asserimus, que revocamus expresse, non intendentes i adhærere, nec ea in præsenti defendere, etiam in futurum. Apud Raynald. ad a. 13 *num.* 28.

Postquam sensa sua de hoc Joannes ipse t clare explicuit, tamen Calvinus *lib.* 4. *Instit cap.* 7. *Expungant*, inquit, *e numero Pont cum, oportet, Joannem XXII. qui palam as ruit, animas esse mortales, unaqne cum cor ribus interire usque ad diem resurrectionis. que, ut videas, totam Sedem cum præcipuis fulturis tunc prorsus concidisse, nemo Cardi lium huic se tantæ insaniæ opposuit. Sed sch Parisiensis Regem Galliæ compulit, ut ad p nodiam hominem cogeret. Rex ejus communion suis interdixit, nisi mox resipisceret, idque more publicavit per præconem. Hac necessit adactus ille errorem abjuravit.* Ne autem adv teretur suo tantum figmento adstruxisse sub cit Calvinus, hæc verba: *Testis Joannes Gers qui tunc vivebat.* Joannes Gerson in Sermone Paschate, solummodo dicit, Joannis Papæ sentu tiam cum sono buccinarum coram Philippo Re per Theologos Parisienses damnatam esse, præt
ea

nihil. Joannes XXII. mortuus est a. 1334. ersen natus est a. 1363. ut est apud Trithemium Catalogo Scriptor. Ecclesiasticor. Igitur neque erum est, Gersonem eo tempore vixisse, quo es hæc agebatur; et quoniam hujus testimonio alvinus superstruxit, quæ scripsit de Joanne XXII. tum ista non reperiuntur apud Gersonem; hoc eficiente non stant etiam, quæ ei superædificait. Sed neque illud etiam veritate nititur, etiami Gerson hoc dicat per Theologos Parisienses um sono buccinarum coram Rege Philippo esse amnatam Joannis XXII. sententiam, utpote de uo nihil sit in Actis habiti istius tractatus a Theogis Parisiensibus coram Rege Philippo in Saltu Vincennarum, potiusque contrarium, in quo hi rædicant, hunc sicut filium Papæ devotissimum jusdem Summi Pontificis in his, et aliis zelasse, eque advertisse, ex his, quæ multorum fide diorum relatione audiverunt, *Quod quidquid in ac materia Sua Sanctitas dixit, non asserendo, ne opinando protulit, sed solummodo recitando.* entententiam ne igitur hi in Joanne damnaverunt, qua illum abesse prædicaverunt? Autographum tius Tractatus protractum ex archivo Conventus Majoris Fratrum Prædicatorum Parisiensium inruit Natalis Alexander suæ Ecclesiasticæ histoiæ *Sec. XIV. in Dissertatione XI. de Joanne XXII.* Etiam cetera omnia Calvini contra Joanem XXII. sunt similiter adstructa. *Ut videas,* nquit, *totam Sedem cum præcipuis suis fultuis tunc prorsus concidisse, nemo Cardinalium nuio se tantæ insaniæ opposuit.* Atque vidimus psos etiam Theologos Parisienses testatos esse Regi, Joannem Papam quidquid in hac materia dixit, non asserendo, et ne opinando quidem, sed solummodo recitando protulisse. Neque igitur

erat,

erat, in quo se Cardinales eidem Joanni oppo-
nerent. Hinc autem totam Sedem posuit cum præ-
cipuis suis fulturis tunc prorsus concidisse. Non
asseruit hanc sententiam Joannes Papa, ut jam
vidimus, non asseruerunt Cardinales, quos Cal-
vinus præcipuarum Sedis fulturarum nomine de-
signavit. Siquidem, ut perhibet Raynaldus *ad a.*
1334. *num.* 38. exstent insignia in bibliotheca Va-
ticana Jacobi *tit. S. Priscæ* Cardinalis, et Epi-
scoporum, doctorumque edita tunc in adversam
partem erudita commentaria, ita ut ipsa etiam
Mss. horum Commentariorum per numeros, qui-
bus signantur, indicet. Non igitur Sedes tunc
cum præcipuis fulturis concidit, sed quod Calvi-
nus adstruxit, male fultum est. Ex iis, quæ
jam demonstrata sunt, perinde cetera, quæ Cal-
vinus attulit, convincuntur falsitatis, et vanita-
tis: et quid etiam tam confictum, quam, animas
perire usque ad diem resurrectionis, sensisse Jo-
annem Papam? In eo autem Calvinus nec suæ
famæ bene consuluit, dum, quem errorem, esse
assertum ab Joanne Papa, falso posuit, quamque
vocavit insaniam ipse deinde *Institutionum lib.* !
cap. 20, §. 24. docuit, et asseruit.

Ista etiam proferri solent ad Joannem Pa-
pam gravandum. Ab hoc Thomam Valesium Or-
dinis FF. Prædicatorum esse carceri mancipatum
eo quod in concione declamasset contra senten-
tiam de differenda Dei Visione in Sanctis usque
ad resurrectionem, quemadmodum referant Con-
tinuator Chronici Guillelmi Nangii, pluresque
alii. Hoc vero non ideo factum est Thomæ Va-
lesio, quod asseruerit Dei visionem in Sanct
ante resurrectionem, verum quod hæreseos d
mnaverit assertionem contrariam, nondum fac

defi-

finitione per Sedem Apostolicam. Suæ igitur te-
ritatis pœnas dedit, non assertionis: alioquin
nnes Cardinalibus, aliisque doctis viris non man-
set, ut super hac quæstione disputetur. Alterum
runt, Petrum Alliacensem Episcopum Camera-
sem, ac postea etiam Cardinalem in Oratione,
m habuit coram Carolo VI. Christianissimo Rege
pore Concilii Constantiensis de schismate tollen-
ffirmavisse, Philippum Regem Joanni Papæ per
as rogum esse minatum, nisi suum revocasset
rem. At vero Rex Philippus, qua venera-
e prosecutus sit Apostolicam Sedem, et si
n habuit suspicionem de Joanne Papa, eam
que depulsam esse per Doctores Parisienses, jam
dictum supra. Quæ proinde refellunt Allia-
em. In errorem autem incidit, hoc de rogo,
l ferebatur, deque ejus minis, quas Philip-
intenderat, Geraldo Ottoni, sumens, et cre-
non in hunc factas verum in Joannem Pa-
. Sicut autem vivente Joanne falsus de eo
or decepit multos, ita mirum videri non de-
si idem etiam post ejus mortem aliquis su-
uit, in erroremque induxit non tantum Al-
nsem, sed etiam plures alios, dumque scri-
es aliqui hoc etiam de industria, nec bona
fecerint; ut vix dubitabimus, tali animo id
sisse Calvinum, quod supra ostendimus ad
candam Apostolicam Sedem.

Joannes XXII. nonagenarius decessit e vita
334. die 4. Decemb. postquam Pontificatum
sset annos decem et octo, menses quatuor
is quatuor diebus. In diem secundam Decem-
indixerat illud Consistorium Cardinalium, in
declarationem illam fecit suæ sententiæ circa
Visionem. Nocte antecedente morbo corre-
ptus

ptus est, qui diarrhoea vocatur. Itaque Consistorium hoc eadem die instituere non potuit, sed instituit die subsequente, jamque sub vesperam, quæ et penultima vitæ ejus fuit. Nam altera die post auditam Missam in aurora diei et Communione percepta orando migravit ad Dominum hora diei tertia, quæ nostra est hora matutina nona. Ipsam quæstionem de Visione Dei statuerat etiam decidere, idque admodum sollicita mente, ut perhibet Ptolemæus Lucens. *Hist. Eccl. lib.* 14. cap. 42. Dum autem Joannes mortalitate interceptus hoc perficere non potuisset, Benedictus XII. ejus in Pontificatu successor, et publicationem illius declarationis, quam Joannes fecerat pridie mortis suæ de Dei visione, et ipsam quoque hujus quæstionis decisionem perfecit, quam Joannes non perfecerat, morte præventus. Anno 1336. die 29 Januarii Benedictus XII. hanc decisionem fecit, cujus verba hæc sunt: *Auctoritate Apostolica definimus, quod secundum communem Dei ordinationem animæ Sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante Domini nostri Jesu Christi passionem decesserunt, nec non Sanctorum Apostolorum Martyrum, Confessorum, Virginum, et aliorum fidelium defunctorum, post sacrum ab eis Christi baptisma susceptum, in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit, quando decedent etiam in futurum; vel si tunc fuerit, aut erit aliquid purgabile in eisdem, cum post mortem suam fuerint purgatæ, ac quod animæ puerorum, eodem Christi baptismate renatorum, et baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam, et purgatam præfatam in illis, qui purgatione hujusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum, et judicium generale v-*

Vi-

iderunt, et vident Divinam essentiam visione in-uitiva, et etiam faciali. Apud Raynald. ad a. 336· *num.* 3. Dies nonnisi septem, et decem in-ercesserunt ab obitu Joannis XXII. usque ad ele-tionem Benedicti XII. qui Jacobus Novellus an-a vocabatur ex Ordine Cisterciensium Episcopus irapiscensis, et Cardinalis *tit. S. Priscæ.*

Adhuc Joannis XXII. non est silentio prætere-ıdum hoc pium institutum. In literis ad Angelum piscopum Viterbiensem, suum in Urbe Vicarium ocet, Dudum se ad reddendam Deiparæ Virgi- gloriam, et gratiam per intercessionis illius æsidium Fidelibus a divino Numine imploran-ım, duxisse pie ordinare, ut in crepusculo cu-slibet noctis campana pulsetur, ad cujus sonum deles salutationem *Ave Maria* etc. dicerent, et e hanc dicentibus decem dics de indulgentia ncessit. Benedictus XIII. ad Pontificatum a. 24. evectus his, qui hanc salutationem ad æris mpani sonitum trinam flexis genibus fecissent, ntum dierum, ac semel in mense plenariam In-lgentiam concessit. Consvetudine autem pia in-oductum est, ut iste pulsus, et hæc salutatio non ntum vesperi, verum etiam in meridie fieret, ıæ inde videtur fluxisse, quod cum incertum set, quo diei tempore Beatissima Virgo salu-ta sit ab Angelo, et unum ex illis tribus diei mporibus crederetur esse, eo certius hæc salu-tio fieret a Fidelibus eo diei cujuslibet tempore, ıo facta est etiam ab Angelo. *Apud Raynald. l a.* 1327. *num.* 54. *Carranza Tom. IV. Summæ ncilior. pag.* 536. Anno 1324. sub Pontificatu annis XXII. in Concilio Parisiensi, cui Guliel-us Senonensis Archiepiscopus præsedit, cum nstitutum esset, ut festo Augustissimi Sacra-

men-

menti jejunium præmitteretur, ita de Supplicatione, quæ ipso hoc festo fieret a Clero et populo, circumferendo ipsum etiam Sacramentum, dicebant, quodammodo per instinctum Divinum introductam fuisse: quod videlicet omnium Ecclesiarum consensione ubique exorta sit hæc supplicatio, quamvis decreta non fuerit, quando festum Corporis Christi fuit institutum. Festum quoque SS. Trinitatis, cui dicata est omnis dies Dominica, cum specialiter etiam insuper in quibusdam Ecclesiis celebrari cœpisset, id, quod factum est a. 1260. in Concilio Arelatensi etiam per Synodale decretum, Joannes XXII. extendit ad universam Ecclesiam. *Caranza Tom. III. Summa Concilior. pag.* 121. 289.

§. 27.

Romani Pontifices: Clemens VI. Innocentius VI. Gregorius XI. Commoratio Romanorum Pontificum Avenionensis finitur.

Benedictus XII. a. 1342. sui Pontificatus septimo mortuus est. Post undecim ab ejus obitu dies electus est Clemens VI. natione Gallus Cardinalis, et Archiepiscopus Rothomagensis, dictus antea Petrus Rogerius ex monacho S. Benedicti ad has etiam dignitates assumptus. Huic successit in Pontificatu Stephanus Aubertus Cardinalis et Episcopus Ostiensis a. 1352. qui se Innocentium VI. nominavit. Cardinales antequam hunc elegissent, et vel suffragia adhuc ferre cœpissent, leges quasdam conceperunt, ut his futurum Pontificem circumscriberent, et ab unoquoque sui Collegii jusjurandum exegerunt de servandis his a se

le-

legibus, si factus esset Pontifex. Quidam ex his nonnisi cum conditione hoc jusjurandum dederunt, si hoc de Summo Pontifice, legibus obstringendo, fas, et jura sinerent. Fuerunt autem ista, quibus Pontificem circumscribere voluerunt: primo, ne quem Cardinalem prius crearet, quam numerus eorum, qui eo tempore Cardinales erant usque ad sex, et decem decrevisset obitu quorumdam, sed neque post ea horum numerum augeret supra viginti, neque etiam aliter, quam cum consilio Cardinalium, et duabus tertiis partibus ex eorum numero sibi suffragantibus; deinde ne quem ex Cardinalibus deponeret, vel carceris poena afficeret vel etiam censuram in horum aliquem ferret, nisi Cardinales ad unum omnes consensissent: tum ne quid ex terris ad Ecclesiam Romanam spectantibus alienaret, et ne vel in feudum daret absque eorumdem Cardinalium consensu, dimidium autem omnium redituum, et proventuum Ecclesiæ Romanæ percipiendum iisdem Cardinalibus daret, postea ne in Curia sua, vel etiam extra hanc cuipiam officium et munus committeret, nisi etiam consentientibus Cardinalibus; denique ne Regibus, et Principibus aliqua subsidia concederet ex proventibus Ecclesiasticis; atque bonis Ecclesiarum, quæ sunt in eorum terris, et regnis. Innocentius vero factus Pontifex tantum abest, ut his se legibus subjecerit, ut has etiam sua Constitutione in irritum miserit, simulque in posterum etiam tempus providens statuerit, nullas vires habiturum omne tale, quale modo ad circumscribendum Pontificem in potestate sua, Cardinales architectati essent. Et revera, quid Cardinales habere possunt ad Romani Pontificis potestatem, quam non ab his, nec ab alio, quam a Christo habet, circumscribendum, qui ipsi, quid-

quidquid habent, nonnisi a Summo Pontific
bent per communicationem, quam is suæ
statis cum illis facit. Si circumscriptio hæ
lere potuisset, eadem etiam jus, et auctorit
dedisset Cardinalibus supra Pontificem. Nequ
men objicere hi potuerunt Innocentio, aut
piam alter, jus jurandum quod dedit, ante
eligeretur, a Cardinalium Collegio proposi
infregisse. Nam is ex illis unus fuit, qui
conditione jurarunt se servaturos illas lege
fas, et jura sinerent legibus Pontificem obs
gere. Agnovit vero istas juri Romani Ponti
sicut reipsa sunt, non esse consentaneas: n
igitur insimulari potuit juris jurandi negl
quod si de re injusta datum sit, cetero
numquam obligat. *Apud Raynald. ad a.* 1
num. 26.

Innocentius VI. usque ad a. 1362. Ponti
tum gessit. Ei mortuo successit Urbanus V.
catus antea Guillelmus Grimoaldus ex Or
S. Benedicti. Contulit se Romam habit
ann. 1367. Reversus autem Avenionem est
1370. ea tantum de causa, ut bellum quod i
Gallum, et Anglum movebatur etiam per seip
si legationibus componi non potuisset, restin
ret. Græci id temporis multum iterum agel
de sua cum Apostolica Sede et Ecclesia Cath
conficienda conjunctione, atque ipse Joannes
læologus Imperator Græcorum Romam hac
causa venit, et facta Fidei professione pul
susceptus a Romano Pontifice ad communio
est. Eo igitur Pontifex omne suum studium
verterat, ut subsidia copiarum Palæologo con
reret adversum Turcas, a quibus jam nimi
angustum res erant redactæ Constantinopoli
In

nperii, pacando Principes Occidentis inter se, que hos excitando ad auxilium ferendum Græcorum Imperio, remque Christianam vindicandam adversus Turcas. Ut vero Innocentius rediit venionem, quin perfecisset id, cujus causa relit, morbo correptus est, et diem supremam biit a. 1370. Gregorius XI. ei successit, nepos lementis VI. Ejusdem pacis componendæ causa iter Gallum, et Anglum aliquamdiu Avenione ommoratus, quin res successum habuerit. Avenione die 13. Septemb. a. 1373. cum discessisset, omam quo tendebat, pervenit die 17. Jan. a. 377. moram enim fecerat, etiam longiorem in cis, per quæ transibat: tumque finita est Romani Pontificis, quæ tot annos duravit, commotio Avenione.

§. 28.

Errores novi proseminati ab Auctore Evangelii æterni, a Guillelmo de sancto Amore, a Stadingis, ab Apostolis, qui hoc sibi nomen assumpserant, et Fratricellis.

Errores, qui hoc spatio temporis, per quod e tendit hæc pars quarta harum Institutionum, ullulaverint Fidei Orthodoxæ contrarii, aliqui am sunt expositi §pho 3. hujus ejusdem partis uartæ. Fuerunt autem etiam alii. Quidam Joahimum Abbatem, cujus errores a Concilio generali Lateranensi IV. damnati fuerunt, de quo n eodem modo citato §pho actum est, defendenum suscepit libro, quem *Evangelium æternum* ppellavit. Non constat, quis hujus libri fuerit ompositor. Matthæus Parisius, ut plura inconsilerate, nec ex vero scripsit, ita hunc etiam nul-

lo

lo prorsus fundamento Ordini Prædicatorum tribuit, quam idcirco Raynaldus *ad a.* 1256. *num* 20. calumniam vocat. Eymericus *Parte II. Directorii Inquisitorum quæst.* 9. scribit, hujus libri auctorem vulgo creditum esse Joannem de Parma Italum Ordinis Minorum Generalem Ministrum, quem in errores Joachimi Abbatis impegisse, docet etiam S. Antoninus 3. *Part. Chronicor. Tit.* 24. *cap.* 7. sed quos etiam deinde ejuravit. Hinc itaque Joannes de Parma in suspicionem vocatus erat istius compositi libri. Hujus libri sunt errores: doctrinam Joachimi Abbatis esse præcellentiorem doctrina ipsius Christi. Legem Evangelii neminem ad perfectionem perduxisse, sed legem Spiritus: idcirco legem Evangelii post annos mille ducentos, et sexaginta desiisse, in ejusque locum legem Spiritus seculo decimo, et tertio successisse, Solos nudipedes idoneos esse ad alios homines docendos, et instruendos in rebus spiritualibus, Monachos non obligari ad mortis discrimina subeunda pro Christo, ejusque Religione. Multa ejusmodi plena absurditatis, et ineptissima continebat iste liber Evangelii æterni. Ab Alexandro IV. proscriptus est velut blasphemiis plenus.

Hoc Evangelium æternum probavit, et commendavit Gulielmus de Sancto Amore, quod cognomen traxit ab oppido Burgundiæ, Doctor Parisiensis, in libro, hanc habente inscriptionem: *De periculis novissimorum temporum adversus Mendicantes Ordines.* Ausus est et iste asserere, minus valere Evangelium Christi, quam Evangelium æternum, et quasi jam per Danielem Prophetam illis verbis *Mane, Thecel,* et *Phares* prædictum fuerit, regnum Ecclesiæ desiturum esse,

et

ab iis, qui Christi Evangelio adhærerent, trans-
ırum ad eos, qui Evangelium æternum susce-
ssent, eique credidissent. Insectabatur Guliel-
us in hoc libro suo Fratres Ordinis Prædicato-
ım, et Minorum S. Francisci, ut jam ipse ti-
ılus libri hoc præbet. Negavit licitum esse his
vere ex eleemosyna, docere laicos, Verbum
ei annunciare, adscribi Magistrorum collegiis,
secularium audire Confessionem Sacramenta-
m. Nactus est suæ doctrinæ asseclas quospiam
ipsa Academia Parisiensi. Ab Alexandro IV. a.
256. etiam hic liber Gulielmi damnatus est ad
sum etiam ignem: sed tamen inter ejus alia
pera a. 1632. procusus est. Parisiis, et ex tota
allia excedere Gulielmus debuit: post paucos
nos vagabundus, miser, et despectus obiit.

Circa a. 1234. secta Stadingorum prodiit.
st hoc nomen populi, qui regionem incolit si-
m in confiniis Frisiæ, et Saxoniæ. Hi pro suis
cessibus, ut inquit Albertus Stadensis *in Chron.*
subtractionibus decimarum multis annis excom-
unicati contemptores Clavium Ecclesiæ sunt in-
enti. His autem repagulis perruptis non tantum
vaserunt bona Ecclesiasticorum, verum etiam
omitum, et nobilium: quin ab ipsis etiam Cle-
icis non abstinuerunt verberandis, variis tor-
ıentis excruciandis, et interficiendis. Ex rusti-
is potissimum hæc secta constabat. Dum quis-
iam se eorum sectæ adjungeret, hunc initiabant
ando ei osculandum buffonem, felem nigram,
t hominem jam senem, atque decrepitum. Exer-
uerunt inter se promiscuam libidinem more ve-
erum Gnosticorum. Eucharistiam, quam nonni-
in festo Pascatis sumere consveverant, non de-
lutiverunt, sed in ore domum portarunt, et in
latri-

latrinam exspuerunt. De Deo etiam absurdissime senserunt; dicebant, non ab hoc, sed a Lucifero dæmonum principe, mundum esse factum: qui a Deo summa cum injuria e cælo præcipitatus iterum aliquando prævaliturus sit contra Deum, recuperaturusque suam potestatem, et dignitatem: tumque ad salutem perventuros omnes, qui in diabolo suam fiduciam collocaverunt. Militia adversum sectam hanc impurissimam, Deum blasphemantem, et grassantem in aliorum non solum bona, verum et vitam, comparata fuit, armisque itum ad eam comprimendam. Cæsa sunt sex circiter eorum millia: reliqui in fuga, flumine hausti, perierunt: qui superstites manserunt, ad officium et sanitatem revocati sunt. *Albert. Stadens. in Chron. Albert. Krantzius in Metropoli lib. 7.* quo nomine insignivit suam Historiam de Ecclesiis Germaniæ.

Jam seculo secundo hæretici fuerunt, qui sibi speciosum Apostolicorum nomen assumpserant. Supra Part. I. §. 44. Iterumque seculo duodecimo hujus ejusdem nominis hæretici erant. *Supra Part. III.* §. 15. Circa a. 1260. secta exorta est, cujus homines se se Apostolos vocaverunt. Auctor horum fuit Gerardus Segarelli patria Parmensis homo plebejus, et illiteratus: qui cum ad Ordinem Minorum, quem petebat, susceptus non fuisset, ipse sibi formavit ordinem, quem Apostolorum appellavit, tunicam sibi fecit albi coloris, fune se præcinxit, soleas pedibus induxit, barbamque, quam potuit maximam, gestavit: cumque pecuniolam, quam habuit, in foro inter homines inertes, et vagabundos dispersisset, horum sibi magnum numerum facile statim associavit: qui cum se ad speciem omnem

pie-

atis composuissent, largas eleemosynas sibi
ndicantes vagabantur. Hæc nondum aliquid
eseos habuissent: sed formarunt sibi etiam
a dogmata. Docebant, a Deo Patre mundum
ejus creatione gubernatum esse cum severi-
: usque ad Christum: hinc cœpisse mundum
ilio gubernari per gratiam: huic vero regi-
i jam etiam Spiritus sancti regnum in homi-
successerit, quod per solam regatur chari-
m. Itaque charitatis impulsum præ se feren-
, nihil in luxuria tam fœdum, et illicitum
quod sibi non sumpsissent velut licitum,
um etiam concubitum cum personis ejusdem
s. Auctoritatem, quam Christus suæ Ecclesiæ
uit, tantummodo in sua secta posuerunt esse,
ote qui se ipsos fecerint Apostolos, negarunt
: se ulli mortalium subjectos esse. Hanc se-
n magis etiam propagavit Dulcinus Novarien-
Segarelli discipulus. In Italia præcipue hæc
is serpsit. Etsi vero etiam perjuriis sua do-
ta celarent, quod ipsum sibi posuerant in-
statuta, et leges suæ disciplinæ, si quæstio-
n subire cogerentur coram Inquisitoribus Fi-
, tamen non diu perstitit hæc secta, post-
m Gerardus Segarelli a. 1300. Parmæ ad ro-
n damnatus periisset, idemque supplicium an-
octo post Vercellis Dulcinus ejus discipulus
a scorto suo, Margarita subiisset, et militia
ce insignita totam eorum colluviem ad millia
ninum sex partim sustulisset, partim dissipas-
S. Antonin. Part. 3. Chron. Tit. 21, cap. 1.
. *Eymericus in Directorio Inquisitor.*

Petrus de Macerata, et Petrus de Forosem-
mio apostatæ fuerant ex Ordine Fratrum Mi-
um S. Francisci. Hi ne inviti etiam retrahe-

rentur ad suos Conventus, sic sua claustra voca
solent, obtinuerunt a Cælestino V. Papa, ut er
mitice possent vivere, atque regulam S. Fran
sci servare ad literam. Ad hos se alii quoq
permulti aggregaverunt partim etiam apostat
partim alii nec tantum viri, verum et femin
distinctum quoque vestitum ab aliis Fratribus M
noribus sibi assumpserunt, tunicam videlicet m
to angustiorem, et breviorem, et tale etiam c
putium. Vocabantur Fratricelli, vel Fratres
paupere vita, item Fratres, et Sorores de Pœnite
tia, nec non Bizochi, Begardi, et Beguardi, f
minæ vero Beguinæ. Bizochi dicti videntur a l
sacco, Gallis *bezace* quem humeris deferre
ostiatim panem, et victum emendicantes. Begu
næ, vel Beghinæ in Gallia, et Belgio dictæ su
puellæ et feminæ quodpiam medium vitæ ge
sectantes inter monasticum et seculare. Nom
videtur descendere a quodam Sacerdote Lamb
to de Begue, qui in Gallia feminis illam, q
dicta est, formam vivendi tradidit. Ab his
tem Beguinis nulla fama mala notatis ad Frat
cellos traductum est nomen, utpote qui sanc
moniæ specie decipientes Fratres quoque Spi
tuales nominati sint. Hi iidem sunt Beguini, qu
rum secta damnata in Concilio generali Vienn
si est sub Clemente V. Supra §. 19. Idem C
mens V. et post hunc Joannes XXII. disputati
ne excitata inter Fratres Minores de pauper
te, ejusque observatione ad mentem regulæ,
bi a S. Francisco datæ declarationem hujus r
gulæ fecerant, iisque concesserant, ut granar
et cellaria habere possent, in quibus reponere
tur res, quas mendicando acquisivissent. At v
ro hi negarunt, vel hoc licitum sibi esse vi r
gulæ S. Francisci, sed neque Papam habere j
et

otestatem in regula S. Francisci dispensandi, liter quidpiam ordinandi. Jam hæc gravis læerat auctoritatis Pontificiæ: in ulteriora auruerunt, et præcipites iverunt. Asserere sunt, ab eo tempore, quo Romanus Pontisibi sumpsisset regulam S. Francisci declaraesse ablatam auctoritatem eidem Romano Poni, nec jam esse in Ecclesia Papam, Episco, et Sacerdotem, nisi apud se solos: sesolos esse in via Dei, et in vera Ecclesia isti. Itaque Sacramenta omnia Ecclesiæ crabantur, sibique horum administrationem icabant, publice concionabantur ad popu-, nec tantum viri, verum et feminæ: maque imponebant ad Spiritum sanctum tribuım, liberalissimique erant in absolvendo, et atorum venia largienda. Iidem hi, qui se præbant spirituales, dediti libidini erant, femique, præsertim forma commendabiles, atere in suam sectam adnisi sunt, suam ut linem cum his explerent.

Bonifacius VIII. Matthæo de Theate ex Or- Minorum Inquisitori hæreticæ pravitatis datum dedit, ut in hos inquireret, et comensos ad se mitteret; illi in Siciliam se rerunt, atque ibi, postquam satis comedissent, ibissent, surrexerunt ludere, et tubis arunis tubicinare, dicentes: *Exultet Ecclesia meix, exultet:* et fractis tubis, atque uno calin contemptum Romanæ Ecclesiæ transiverunt Græciam, suosque errores ibi publicarunt, autem in Achajam. Sunt verba Jordani apud nald. ad. a. 1297. num. 55. Petrus Joannes vi Biterrensis erat Fratricellorum præcipuus, cens Ecclesiam esse Babylonem, et meretricem

illam magnam, de qua loquitur Apocalypsis, et super hoc fundamento inædificarunt suos errores ceteros Fratricelli. Hujus Olivi alii etiam errores jam memorati sunt supra §. 21. damnati a Concilio generali Viennensi. Iidem Fratricelli cum Ecclesiam, quæ jam fuit, posuissent defecisse, et desiisse, eamdemque apud se solos perstitisse, miserunt e suo numero Joannem de Bodicis cum aliis sectæ suæ viris quinque, feminis tribus, et decem: qui in Ecclesia S. Petri eumdem Joannem de Bodicis elegerunt Romanum Pontificem, procul dubio ita, ut non adverteretur, qui essent, et quid rei agerent. Henricus de Ce[illegible] totius sectæ, quam Fratricelli, quasi quemdam etiam Religiosum Ordinem haberi voluerunt, dux et gubernator fuit. Petri Joannis Olivi post mortem cadaver e sepulcro effossum est, atque igne crematum cum ejus scriptis, et donariis ad sepulcrum appensis, utpote quem initiati hac Fratricellorum secta pro sancto habuerint, talemque fuisse volentes persvadere, miracula etiam finxerint, quæ sint facta ad ejus tumulum. Inter hos Fratricellos, et Fratres Spirituales pertinet ipse etiam Michael Cæsenas, Gulielmus Occam, et Bonagratia, de quibus jam dictum est supra §. [illegible] quorumque assertio *Christum, et Apostolos nihil habuisse proprium*, eo quod Scripturæ sacræ sit contraria, judicata est hæretica ab Joanne XXII. Michael Cæsenas tamen obiit Monachii [illegible] 1343. pœnitens. *Alvarus Pelagius lib.* 11. *de Planctu Ecclesiæ cap.* 52. *Jordan. apud Raynald. S. Antonin. loc. jam supra cit. Nicolaus Eymericus in Directorio Inquisit. atque ipsæ etiam Constitutiones Rom. Pontificum de Fratricellis editæ.* Ex his Fratricellis quidam in ulteriores etiam errores prolapsi sunt. Arnaldus Montanerius asseruit,

uit, nullum posse damnari, qui habitum S. Francisci deferret, eumdemque Franciscum semel quoris anno descendere ad Purgatorium, atque hinc educere omnes suum Ordinem professos. Qui cum se vidisset comprehensum iri, fugam corripuit, et in Orientem se recepit. *Eymericus in Director. Inquisit.*

Exstitit et alia secta, quæ etiam Fratricellorum vocari solet a Scriptoribus, diversa tamen, distincta a priore. Hermannus Pongilupus patria Ferrariensis hujus auctor fuit. Gnosticorum veterum spurcitiam, et fœdissimam licentiam apud se resuscitarunt, in nocturnis conventiculis, et promiscuo concubitu positam: foetumque, cum quis esset editus, stantes in orbem tamdiu inter in alterius manus jactarunt, donec ejus eliderent animam: in cujus autem manibus infans exspiravit, hunc pro suo habuerunt Pontifice Maximo. Unum etiam ex his infantibus cremabant usque ad cineres, quos in cadum aqua plenum conjiciebant superfuso vino: atque ista aqua eos, qui in eorum sectam concesserunt, initiabant. Iidem vitam mentientes, atque mentem quasi a mundo alienatam, totamque fixam in cælestibus, negabant, licere ulli Christiano habere aliquid proprium, sed neque munus aliquod reipublicæ administrare, vel magistratum gerere. Pongilupus coram Inquisitoribus errores suos ejuravit, sed solummodo ficte. Itaque jubente Bonifacio VIII. anno jam post ejus mortem tricesimo et primo extractus e sepulcro, et combustus est. *Bernardus Guido in Chron. Rom. Pontif. Gabr. Prateolus in Catal. Hæreticor.*

§. 29.

§. 29.

Flagellantes, Lolhardi, Turlupini, Palamitæ.

Circa a. 1260. secta exorta est, dicta Fla-gellantium, auctorem habens Perusii in Itali- Rainerum Eremitam, quæ initio innocua vide- potuisset, nisi flagellatio denudato corpore usque ad cingulum, et facta publice, ab ipsisque etiam Presbyteris satis modesta non fuisset. Institu- est, et coepta ad Deum placandum, peccatis offen- sum. Perusio Romam venit, atque in alias Itali- partes, nec non in Germaniam, Hungariam, Poloniam. Ingentes turmæ enatæ sunt et in ci- tatibus, et pagis flagellantium. Sacerdotes cu- vexillis præibant, hos ceteri flagellantes ordin- sequebantur bini, se cædentes ita, ut sangvis flueret, inter tristem cantum de Christo pro no- passo, atque fletum, et gemitus. Spectacul- hoc talem vim habuit ad commovendos pleros- ad poenitentiam, ut ipsæ matronæ nobiles, virgines, domi tamen suæ, et in secreto simile- flagellationem instituerent, peccata Sacerdoti- confiterentur, offensas aliis remitterent, in gra- tiam cum inimicis redirent, debita solverent, damna a se aliis illata resarcirent. Tribus, triginta diebus juxta numerum annorum, qu- Christus in mundo egit, bisque quotidie, fieb- hæc ab iis, qui eam susceperant, flagellatio. Bre- vi autem in superstitionem degeneravit manife- stam. Nam, qui flagellationem tot illis diebus per- fecisset, sibi credebat indubitate remissa esse pec- cata, et quod amplius est, neque aliter, quam pe- hanc remitti peccata, alterque alteri flagellantium

da-

bat peccatorum absolutionem, quamvis laici
sent: quin suam flagellationem ipsis damnatis in
ferno ad eorum liberationem e supplicio exi-
imabant profuturam. Eo magis istius flagella-
onis novitas excitavit non tantum Episcopos, ve-
m etiam Seculares Principes ad eam prohiben-
m, atque poenis etiam severe coercendam. Cum-
e suppressa fuisset, tamen a. 1349. denuo qua-
ex cineribus suscitata est.

In Italia nata fuit pestis per mercatores, qui
nc attulerant ex Oriente: quæ fusa, et propa-
ta per Galliam, Hispaniam, Angliam, Germa-
m, et fere totam Europam, ingentem stragem
ique edidit, ita ut Parisiis, quæ tunc nondum
magna fuit urbs, sicut postea facta est, quo-
ie plures quam quingenti, peste mortui sint.
Germania cum hæc remisisset, incertum quo
tore, itum ad illam flagellationem est, ut,
emadmodum hi, qui eam renovarunt, præ se fe-
ant, propitium sibi, et placatum facerent Deum:
m adornarunt exquisitiore etiam ratione.
m turmatim, iterum euntes crucem habebant,
e eis præferebatur; crucem quisque etiam fla-
lantium gestabat manu sinistra, dextra vero fla-
lum ferreis claviculis armatum. Ibant per lo-
et civitates, atque in his ante fores templo-
n se se in faciem prosternentes orationem Do-
nicam recitarunt. Qua absoluta se ita colloca-
nt, ut formam circuli præberent, denudando
usque ad umbulicum: ad medium circuli in-
arunt alii post alios bini, brachiis in formam
ucis compositis, quos in terram se se proster-
entes alii omnes circumiverunt, et flagellis suis
eciderunt, postea vero circulo rursus facto vel
tantes, vel in orbem circumeuntes, quisque se-
ipsum

ipsum, flagellabant alta voce cantantes. N
unum diem in loco, ad quem venerant, co
rabantur. Nigris vestibus erant induti c
rubram habentibus ante, et a tergo, quam
pileo gestabant: flagellum ipsis pendebat e
lo. Per dies tres, et triginta hi quoque
nuarunt flagellationem: divisique in turma
agrarunt Austriam, Saxoniam, aliasque G
niæ provincias, tum Bohemiam, et Hung
quoque. Turmam unam expediverunt Aven
quoque ad Summum Pontificem Clemente
Qui vero aversatus hanc flagellationem seve
hibuit sub poena etiam excommunicationis.
enim etiam hæc perinde ut illa prior cont
ta erroribus ab Orthodoxa fide absonis. (
bant sangvinem suum, quem flagellis ex
rant, misceri cum sangvine Christi, atqu
ratione obtineri remissionem peccatorum,
que ritum placandi Deum habere se ex e
quæ Jerosolymæ reperta sit, e cælo divinit
missa. Hac prohibitione, et damnatione ist
gellationis publicæ per Pontificem facta,
cebat, quod si qui pœnitentiæ causa seips
gellis cædere vellent, id facerent sine oste
ne, et in occulto, repressa hæc flagella
ubique, et si qui fuerunt, qui eam vellen
tinuare, missi sunt in carceres. Philipp
Galliæ plane sub poena capitis interdixit i
sum flagellantibus in Galliam. *Henricus St*
Chron. Albertus Argentinens. in Chron. Co
ator Guillelmi Nangii. Longinus lib. 7.
Polonicæ. Ita celeriter et ista flagellatio ce
attamen ut ejus reliquiæ in Hungaria ad
usque ætatem pluribus in locis, et apud i
studiosam juventutem perstiterint, et nonni
pucro desierint. Fiebat autem his posterio

te

nporibus tantummodo in die Parasceves, inque plicatione publica ab indutis linea veste, lonusque ad talos, dorsumque nudum relinquencumque cappa supra caput foramina pro soculis habente: qui se cædentes aculeatis flas crucem etiam satis gravem humero imposigestarent. Quin, volentes ipsam etiam Chripassionem repræsentare, erant in hoc comi, qui Judam Christi proditorem, qui milites, Judæos, qui pias mulieres, quarum mentio b Evangelistis, ipsumque Christum et ductum upplicium, et appensum ad crucem effinge. At hæc repræsentatio, quod sciam, fiebat nisi in una civitate, et quæ etiam cum ipsis llantibus cessavit, cum res accidisset foeda, iidem memoranda.

Lolhardus Valterus anno circiter 1315. Lollorum a suo nomine sectam rursus novam liderat, quæ se fuderat per Austriam, Bohen, totamque Germaniam. Admodum ferax absurdissimorum errorum, quos recenset hemius *in Chronico Hirsaugiensi* ad hunc dem, qui dictus est, annum. Tantum quos, ut brevitatis rationem habeam, notabilioaut etiam insulsiores memorabo. Sacramenta nia contemptui habuerunt, speciatimque Missæ ificium pro re inani, hostiamque consecratam um appellarunt fictitium. De Baptismo dicebant, aptismus esset Sacramentum, omnia etiam balfutura perinde Sacramenta. Peccata iidem dicent, non esse confitenda Sacerdotibus, sed laicis, ue solummodo etiam generaliter, et dicendo se casse. Sacramentum matrimonii pro sponsione retricia jurata habuerunt. De Sacramento unctio-

ctionis extremæ interrogati, quid sent
Credimus, responderunt, olus eo futurun
lius, et sapidius, quo plus conditum fueri
Luciferum, ceterosque dæmones ajebant i
esse e cælo dejectos, sed redituros ad pris
suæ felicitatis statum, tumque Michaelen
omnes Angelos æternis suppliciis mancipand
se. Negabant, Deum cognoscere ea, qu
terra fierent, ideoque nec punire, quæ a
minibus fierent in locis subterraneis, vel
nis. Itaque talia loca etiam petebant, ubi
dos concubitus, etiam pater cum filia, frate
sorore, exercerent. Suam denique sectan
plura alia prætercam, talem prædicabant,
quam nemo salutem æternam consequi
Lolhardis fuerunt duodecim, quos Apostol
minarunt, qui quotannis percursabant totan
maniam. Plusquam octo eorum millia iden
themius scribit fuisse in Germania. Lolhard
loniæ ad rogum condemnatus, et combustu
alii alibi etiam in Austria comprehensi,
suis erroribus pervicacissimi, similiter
dederunt. In Anglia Wicleffistis, de q
paulo post narrabitur, Lolhardorum etian
men datum est ob magnam convenientian
gmatum.

In Gallia, et maxime in Delphinatu
prodiit circa annum 1373. quæ se societatem
perum appellavit, ab aliis vero Turlupini
bantur, ludicro nomine, verisimiliter quo
pari idem sit quod meretricari, suamque
citiam prostituere. Habebant sua dogmata a
densibus, et Beguardis, nisi quod in re ve
etiam inverecundiores fuerint, partes corp
quas pudor occuluit, non tantum non tegentes,

etian

etiam in patulo, et in oculis aliorum coeuntes, perinde ut canes. Carolus V. Galliæ Rex, cognomine Sapiens rogatus a Gregorio XI. Papa strenuam operam navavit, ad hanc turpissimam sectam exstirpandam. Parisiis eodem, qui dictus est, anno, quinquaginta Turlupini partim igne exusti sunt, partim vivi infra terram defossi, pervicaciter malentes perire, quam deponere errores, atque fœdissimos mores suos, atque venia uti, quæ ipsis offerebatur, si vellent resipiscere. Caroli in Gallia, aliorumque Principum alibi diligentia compressæ sunt hæ sectæ. In Gallia novos oportuit exstrui pluribus in civitatibus carceres pro Turlupinis: cumque nec sumptus sufficerent pro his captivis e publico alendis, Gregorius XI. super hoc consultus rescripsit, partem proventuum Episcopatuum, qui siti iisdem in locis essent, huc convertendam; eo quod Episcopi, et horum antecessores non vigilassent, eorumque negligentia execrabiles hæreses in tantum excrevissent. *Apud Raynald. ad a.* 1375. *num.* 26. *Gabriel. Prateolus de Hæres. Gaguinus lib.* 9. *Hist. Du-Cange in Glossario.*

Andronicus III. Græcorum Imperator, dum Græciæ res jam nimis in arcto essent, Turcis semper magis prævalentibus a. 1341. misit Barlaamum monasterii S. Salvatoris Abbatem Constantinopoli ad Benedictum XII. Avenionem concordiæ redintegrandæ causa inter se, et Ecclesiam Romanam. Sic enim non dubitabat fore, ut eo facilius, atque promptius etiam obtineret a Principibus Occidentis opera Romani Pontificis subsidia adversum Turcas. Barlaamus ad utrumque paratum reperit Pontificem, dummodo sperari possit, ut ex parte Græcorum constantia sit,

ne

ne quemadmodum post initam concordiam :
Concilio Lugdunensi supra hujus Partis §. 1
res recidat in irritum. Declaravit Barlaamus i
eo factum esse, quod Michael Palæologus Imp
rator tunc suo tantum consilio rem egerit, ne
in eam consensissent Patriarchæ Orientis. Itaqu
Pontifici svasit, ut Concilium ejusmodi general
convocaret, qualia fuerunt prima, et ad quod i
Oriente celebrandum omnes etiam Orientis Pa
triarchæ venire possint: nonnisi enim hujusmo
di Concilio cessuram esse plebem, ut ad com
munionem redeat cum Romana Ecclesia. Equi
dem difficile esse, efficere hoc Concilium, quan
doquidem Sedes Patriarchales omnes excepta Con
stantinopolitana, sint in ditionibus Turcarum
eo tamen magis successuram hanc concordian
si hac quamvis nondum perfecta Græci exper
fuerint, Latinorum auxilium adversum host
suos Turcas, obstricti tali beneficio. Sed Prin
cipibus Occidentis inter se dissidentibus, factu
est, ut neque expeditio, decreta jam in Vie
nensi Concilio generali, et quantumcumq
hanc adursissent Romani Pontifices ad maturit
tem perduci potuerit, vix aliquid spei esse p
terat de auxilio ferendo in præsenti: attam
Pontifex promisit, se missurum legatos Consta
tinopolim ad Imperatorem tractandi causa h
de re ulterius.

Barlaam iste, dum reverteretur in Græciam
Thessalonicamque venisset, cum monachis mon
tis Athon in Macedonia, qui refertissimus erat
monachis, et claustra quatuor, et viginti habe
bat, ad disputationem venit cum his non medio
crem. Hi de se ejusmodi perfectionem contem
plationis prædicabant, in qua jam processerint

us-

usque ad videndum lumen, quod sit ipse Deus. A Simone Xerocerco monasterii Abbate hæc monachis ingenerata fuit persvasio, e cujus libro de Sobrietate, et attentione Leo Allatius *de Eccl. Orient. et Occident. Consens. lib.* 2. *cap.* 17. hoc præceptum illis datum profert: *Clausis foribus sede in uno aliquo angulo seorsim, mentemque tuam abstrahe ab omni re caduca: deinde mentum tuum pectori inhæreat, oculum autem cum tota mente defige ad medium ventris, id est, umbilicum: quin etiam constringe attractionem spiritus narium, et inquire intus in visceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari solent.* Tumque promittebat, non quidem statim, sed postquam dies, et noctes etiam consumpsissent in hoc labore, reperturos locum cordis, et visuros illud lumen, quod sit ipse Deus. Quamobrem Barlaamus hos monachos appellavit *Omphalopsychos*, quod significat, animam habentes in umbilico, et *Hesychastas*, id est, Quiescentes. Inter hos monachos in disputando eminebat Gregorius Palamas, de cujus nomine hæc etiam dicta secta Palamitarum est, contentens illud lumen, quod Deus sit perspicue demonstrari ex ipsa Scriptura. Evangelistam enim scribere, Domini in monte transfigurati coram discipulis, cujusque fulgorem non sustinentes discipulos, in terram cecidisse. Si igitur illi, ajebat, homines, et adhuc imperfecti lumen circumfulgens divinum, et increatum videre potuerunt, quid mirum sit, si et nunc Sancti, superne a Deo collustrati, dicantur lumen cernere? Lucem in Thabor increatam audiens Barlaam O rem absurdam! exclamavit. Lux in Thabor increata? Quid ergo illa aliud nisi Deus secundum vos? Nihil enim increatum nisi Deus? Si ergo lumen illud,

illud, inquit, nec res creata, nec Dei naturi est, Deum enim nemo vidit unquam, quid reliquum, nisi vos duobus diis servire, uni quidem omnium fabricatori; quem et inaspectabilem omnes confitemur, alteri vero ex sententia vestra sub adspectum cadenti, et increato lumini? Arguit igitur hosce monachos erroris, qui et Messalianis (Seculo quarto hæc secta exorta est; Part. I. §. 78.) fuerit communis, quo etiam affirmaverint se suis oculis videre Sanctissimam Trinitatem.

His monachis Barlaamus errorem eximere non potuit. Detulit igitur eos ad Joannem Aprium Patriarcham Constantinopolitanum, qui Episcoporum concilium instituit, atque ad hoc illos etiam monachos citavit. Concilio praesedit Andronicus Imperator, ne forma quidem observata Ecclesiastici judicii: sed Patriarcha Constantinopolitanus, et Episcopi Graeci cum se a Petra separassent, a qua fluit in omnes Episcopos auctoritas Episcopalis, huc devenerunt, ut nihil Sacerdotalis vigoris iis remaneret. Quamvis igitur ipse etiam Aprius Patriarcha Barlaamo suffragatus esset, aliique Episcopi, tamen Monachorum illa sententia triumphavit Imperatore judice. Andronico paulo post mortuo Joannes Cantacuzenus Joannis Palæologi, novennis ab Andronico relicti filii, tutor constitutus, et paulo post etiam diademate sibi imposito consors imperii, eorumdem monachorum æque fautor erat. Hinc factum, ut Joannes Aprius ejiceretur e dignitate Patriarchali, Isidoro monacho in ejus locum suffecto; et Gregorius Palamas ad Archiepiscopatum Thessalonicensem evectus sit, pluribusque Synodis talibus, qualis erat prior habita Constantinopoli, mo-

onachorum error, qui ab hoc eodem Grego-
o Palama, error Palamitarum appellari solet,
onfirmatus, et corroboratus sit. Barlaam cum
ihil proficere potuisset, deseruit Orientem, ve-
iensque denuo in Occidenten, unde et oriun-
us erat, patria Calaber, et ad Episcopatum
iam Gyracensem, sive Hieracensem in regno
eapolitano promotus non destitit scriptis pugna-
adversum Græcos, ipsumque horum schisma,
io dissidebant, et dissidentes a Latina Ecclesia
futare. In epistola, quæ hunc titulum gerit:
l amicos, in Græcia constitutos de Unione sa-
osanctæ Romanæ Ecclesiæ, uti et in aliis dua-
s ejusdem argumenti ad Græcos scriptis probat
dem, et demonstrat, nullam ipsos habuisse
usam discedendi ab Ecclesia Romana. Duas
e præcipuas causas, quas obtenderent suo di-
ssui, Spiritus sancti processionem a Filio, et
nem azymum, quo Latina Ecclesia utitur in
issæ sacrificio. Schisma Græcorum nondum es-
quadringentorum annorum. De tempore, quo
rlaam hoc scripsit, est hoc intelligendum. Ec-
siam Romanam ante inchoatum schisma annis
ptingentis, et plus eo usam esse pane azymo:
m Alexandrum Romanum Pontificem, qui sub
lriano Imp. glorioso martyrio vitam finivit, sta-
tum fecisse de pane azymo, videlicet ne alius
hiberetur. Similiter Spiritum sanctum ex Pa-
e, Filioque procedere, tamquam ex uno prin-
pio Ecclesiam Romanam tenuisse jam etiam an-
inchoatum schisma: utpote quod asserat S.
mbrosius, S. Augustinus, S. Hieronymus, quos
atinorum Ecclesia doctores, et pietatis duces
abuit. Quare si rationabile esset propter has
usas a Latinis dividi; oportuisset hanc scissio-
em ab Latinis jam prius facere. Nunc autem
in-

inquit, post septem Concilia generalia cum his celebrata, qui et azyma sacrificaverint, et prædictam de Spiritu sancto sententiam in suis scriptis manifeste prædicaverint, et qui Sancti ab ipsis etiam Græcis reputati sint; tamen ob ista velle ab his dividi, quomodo non careat omni ratione. *Apud Raynaldum ad a.* 1341. *num.* 77. Barlaami hujus sunt plura etiam Opuscula, quæ pro schismate Græcorum contra Latinos elucubraverat, postquam ex Calabria Constantinopolim concessisset, ubi Abbas etiam factus est monasterii S. Salvatoris, utpote jam ante etiam monachus S. Basilii. Erat videlicet gente Græcus, et schismati Græcorum implicitus, qui Calabriam incolebant. A schismate autem postea discessit, et non tantum ad communionem rediit ipse cum Romana Ecclesia, sed alios etiam omnes Græcos ad hanc revocare conatus est. Qui non advertunt fuisse origine Græcum, quod et Barlaami nomen ostendit, quod Græcis multo familiarius, quam Latinis est, et monasticum S. Basilii institutum quod jam in Calabria professus erat, æque tantum vigens solummodo apud Græcos; hi dicunt Barlaamum, fuisse hominem versatilis ingenii, quasi qui nuspiam firmus, et constans, ex Latina Ecclesia ad Græcam, communione disjunctam, atque hinc rursus ad eamdem Latinam saltitaverit.

§. 5.

§. 30.

Wicleffo, ejusque erroribus, et sectatoribus.

Nova rursus secta enata est a. 1375. in An-
, si tamen nova dici debet, utpote consarci-
ı ex Marsilii Patavini, et Janduni, nec non
lensium, et Albigensium contritis jam antea
ribus. Joannes Wiclef in Anglia Ecclesiæ de
levvorth diœcesis Lincolniensis rector hujus
auctor. Collegii Cantuariensis præfecturam
nii invasit, quæ ex statuto Simonis Islepi Ar-
piscopi Cantuariensis spectabat ad monachos:
ue etiam adjudicata fuit per Urbanum V. Rom.
t. ad quem itum in controversia est. Hinc
ı concepit in Romanum Pontificem, quæ ac-
a adhuc magis est, et exarsit, cum ab Epi-
atu Wigorniensi, quem cupidissime appete-
repulsam accepisset. Vindictæ igitur stimu-
:xagitatus cœpit mordere, et lacerare primo
ıanum Pontificem, ejusque auctoritatem, et
d hinc pronum erat, ivit ad omnem etiam
rum Episcoporum convellendam potestatem,
n ad ipsa etiam Sacramenta neganda, poten-
ıque Divinam inficiandam: cumque prius lai-
dedisset licentiam ad excutiendam subjectio-
ı, quæ debetur Ecclesiasticæ potestati; ad
n deinde faciendum erga suos dominos, ipsos-
: Reges, et Principes concitavit etiam subdi-
: nec ullum modum sibi fixit in aliis, atque
is excogitandis temerariis, pravissimisque er-
ribus. Synodus Constantiensis illius errores quin-
ue, et quadraginta, sed nonnisi præcipuos re-
nsuit, et damnavit. Nam Thomas Waldensis
atione Anglus in libro, quem inscripsit *Doctri-*

nale Antiquitatum fidei Ecclesiæ Catholicæ, hibet, ex Wicleffi Operibus errores octin esse protractos, Joannes Cochlæus *lib.* 3. *I Hussitarum* tantummodo classes quadragin bet, in quas illius errores distribuit.

Ex his speciatim sunt: Ecclesiam Ron non esse caput omnium Ecclesiarum, nec l plus, quam aliam quamcumque Ecclesiam: Petro esse a Christo datam potestatem ma ea, quæ sit data cuilibet alteri Apostolo, se hæreticos, qui hoc crederent. Papæ potest quam exerceret, esse a Cæsare: hunc ess tichristum, nec ejus excommunicationem, a juscumque Episcopi esse curandam et metue nam esse censuram Antichristi. Non esse sta etiam judicio Concilii generalis. Aetate A lorum eumdem fuisse Presbyterum, et Episc Nullum esse dominum civilem, nullum I tum, nullum Episcopum, dum est in peccato tali: quin simpliciter etiam sustulit omnem ci potestatem, docens, Deum non approbare, u dominetur civiliter, vel civiliter judicet. P et omnes Clericos, possessiones habentes, ess reticos, nec non Dominos seculares, et c laicos consensum ad id suum præbentes. strum infidelem Sacramentum non conficer Episcopus, vel Sacerdos in peccato morta non ordinare, non conficere, non conse non baptizare. Sine baptismo aquæ infantes tem obtinere posse. Eucharistiam esse et c Christi, et verum panem, Corpus Christi i gura, verum panem in natura, neque in ho cramento esse corpus, et sangvinem Christi ipsa, præsentia. Confessionem auricularem novitium inventum, et ab Innocentio III. ins

tan

m. Omnia præscitorum peccata esse mortalia, ædestinatorum universa venialia. Unctionem tremam negavit Sacramentum esse. Directe adrsus ipsum etiam Deum ista erant Wicleffi donata: Deum debere obedire diabolo, et quamet creaturam esse Deum; Deum nihil posse oducere, nisi quod producit; eumdem Deum n posse amplificare, vel imminuere munm, neque animas nisi ad certum, et fixum nurum creare. Omnia ex necessitate absoluta enire.

Hæc tamen, licet tam portentosa, Wicleffo ud difficulter propagare, et disseminare fuit. traxit Proceres Seculares, et demulsit potestan his dans, et licentiam supra Ecclesiasticorum na, quibus negabat decimas esse solvendas, bi cornua dedit adversum suos dominos. Epipi remissius egerunt ad resistendum erroribus: atum est sub ipsum hoc tempus schisma a Caralibus excitatum electo jam Urbano VI. et ad ntificatum evecto, alium eligendo præpostere, obtrudendo: quo factum est, ut dissensione ata uter horum habendus esset pro vero, et itimo Pontifice, hujus etiam auctoritas se mis exerere potuerit. Specie sanctimoniæ multos oque deceperunt Wicleffistæ. Nudis pedibus cedebant induti veste e panno vili: Religionise fervorem præ se ferentes, in concionibus ad pulum invecti sunt in Parochos, et Episcopos, orum quasi negligentia, et dissimulatione alentur vitia, et in dies magis invalescerent: id, od volentes etiam docere exemplis, scorta ex mibus, in quibus sciebant esse, extracta, callisque ad ignominiam rasis, ducebant per pulicum. Quod tamen non bene cesserat ipsis

15 * Wi-

Wiclefflistis. Nam plebs concitata etiam
clefflistam comprehendit, et tumultuose
Joannes Baleus Presbyter unus ex ejus
clis longe audacissimus, loca pererrans
ad seditionem concitabat hac ratione.
bat, homines ab initio omnes esse creatos
quod si vero Deus voluisset alios esse do
alios subditos, id jam ab initio statim con
set. Itaque ne tempus, et occasionem negli
sibi a Deo oblatam ad jugum servitutis ex
dum illos sufferendo, quemadmodum noxi
mina solent exstirpari in agro a solerti p
milias, ut una sit omnium libertas, eadem
litas, par dignitas, similisque potestas. C
Comitatu Essexiæ, qui situs in Angliæ part
entali est, turbam rusticorum collegisset,
deinde processit de loco ad locum, ut inco
nunciaret, si sua omnia, seque ipsos salv
perent, adjungerent se; brevique admodu
pore grassatorum numerus excrevit ad ho
millia ducenta. Hic idem exercitus cum L
etiam appropinquasset, Richardus II. Rex
in turrim munitam confugit: unde nihil
specie alloqua eum elicere conabantur; ut
quam hunc primo loco interfecissent, se
rent ad omnes alios etiam potentiores tam
lares, quam Ecclesiasticos contrucidando
hocce tumultu Simon Archiepiscopus Cantu
sis, cum multitudinem oratione sua conatu
set componere, occubuit, ictum gladio collu
caput octies, donec spiritum exhalasset. Lo
cum alii alio dispersi fuissent, in hos Rex in
exercitum, ipsosque compescuit, multique
ex comprehensis poenas luerunt capite,
inter hos illorum coryphæus Baleus, quadrifa
sectus, et ad patibulum appensus. Horum

Joan

Joannes Stravus antequam subiret supplicium, confessus est, sibi, atque ceteris Wicleffistis fuisse constitutum, Regem cum omnibus Ordinibus regni, Episcopisque, et Parochis e medio sufferre. Qui vero quasi æqualitatis causa Regem, et omnes eminentiores volebant habere sublatos, iidem his dejectis, et præcipitatis seipsos posuissent ad culmen, inter quos erant, qui jam sibi Regiam etiam coronam imposuerint, suisque sectatoribus possessiones donarent, et distribuerent. Anno 1381. hæc Wicleffistis clades illata est.

Plurium Conciliorum decretis, ipsiusque etiam Gregorii XI. actum est adversus Wicleffum, eiusque sententias. Primum Londini a Simone Archiepiscopo Cantuariensi a. 1376. ubi silentium impositum Wicleffo est, nihil plus in eum ausis statuere Episcopis, cum jam quidam ex potentissimis in regno Wicleffum defendissent, minasque Episcopis intentassent, si quid gravius in eum statuissent. Anno 1379. rursus Episcopi Lambathum, quæ civitas Angliæ est, convenerunt, postquam jam etiam Gregorii XI. literis moniti, et incitati essent ad rem non segniter agendam adversus serpentes errores Wicleffi. In hoc Concilio Wicleffus elusit Episcopos, sic de se professus: *In principio protestor publice, sicut sæpe feci alias, quod propono, et volo ex toto corde mediante Dei gratia esse integer Christianus, et quamdiu manserit in me halitus, profiteri, atque defendere, quantum sufficio, legem Christi: et quod si ex ignorantia, vel quacunque alia causa in isto defecero, rogo Deum meum de venia, et nunc prout ex tunc revoco, et retracto, submittens me humiliter correctioni Sanctæ matris Ecclesiæ. Apud Thomam Walsinghamum in Hist.*

Hist. de Reb. Ang. in Richardo II. Subjectionis suæ plenissimas misit literas etiam Wicleffus Urbano VI. Papæ ad corrigendum in suis assertionibus, quidquid is censuisset corrigendum. Apud Sanderum *de Visib. Monarch. lib.* 7. Non sincere, et ex animo hoc eum fecisse, tantumque ad eludendam Ecclesiæ auctoritatem, ut hoc ab aliis etiam multis factum est hæresium auctoribus, inde cognoscitur, quod quamvis errores suos condemnatos vidisset, tamen non dimiserit, in hisque mortuus sit. Adversum Wicleffum denuo habitum est Concilium Londini a. 1382. sub Guillelmo Courtenejo, qui Simoni successerat in Archiepiscopatu Cantuariensi: erroresque ejus confixi sunt partim ut hæretici, partim ut determinationi Ecclesiæ contrarii.

Aliæ quoque Synodi deinceps celebratæ in Anglia sunt ad Wicleffi errores opprimendos. In Oxoniensi a. 1308. sub Thoma Arundellio Archiepiscopo Cantuariensi interdicta est Scripturæ sacræ versio in lingvam Anglicanam: eo quod Wicleffistæ ista ratione suos spargerent errores ad suum sensum detorquendo Scripturam, statutumque ad Scripturæ versionem, ejusque licitam lectionem Episcopi, vel etiam Synodi provincialis debere accedere adprobationem, idque sub poena excommunicationis. Demum Concilium etiam generale Constantiense a. 1415. *Sess.* 8. speciatim assertiones Wicleffi quinque, et quadraginta damnavit, alias velut notorie (utor verbo ejusdem Concilii) hæreticas, et a Sanctis Patribus dudum reprobatas, alias ut scandalosas, et blasphemas, quasdam piarum aurium offensivas; nonnullas ut temerarias, et seditiosas. Anno 1384. Wicleffus decessit. In festo S. Thomæ Cantuariensis Archiepi-

piscopi, cujus memoria celebratur ab Ecclesia die 29. Decemb. cum dicere vellet concionem, atque in hunc execrationes, et blasphemias evomere, rem narro verbis Walsinghami *cit. loc.* hunc enim suis concionibus, et S. Silvestrum Papam inprimis insectari solebat, repente judicio Dei percussi sensim paralysis omnia ejus membra generaliter invasit, os nempe, quod contra Deum, et Sanctos ejus, sive sanctam Ecclesiam ingentia locutum fuerat, a loco suo miserabiliter distortum, horrendum cernentibus spectaculum exhibuit, lingva effecta muta confitendi, vel testandi copiam denegavit, caput tremulum maledictionem, quæ divinitus in Cain fulminata erat, in ipsum latam etiam patulo demonstravit: et ut nulli veniret in dubium cum Cain consortio deputatum, ut asserunt, qui affuerunt morienti, per signa forinsecus moriens desperavit. Historiam de Wicleffo scripserunt, idem Walsinghamus *in libro de Rebus Angliæ in Richardo II.* Thomas Waldensis *in Doctrinali Antiquitat. fidei Eccl. Cath.* Nicolaus Harpsfeld. *in Histor. Wiclef. lib.* 5. ut alios plures prætercam.

§. 31.

De Joanne Husso, et Hieronymo Pragensi.

Wicleffi libros in Bohemiam attulit nobilis Bohemus e familia oriundus, cui nomen *Piscis putridi* erat, Oxonio, ubi in Anglia scientiis operam navaverat: cum his iisdem Petrus Payne Anglus profugus ex Anglia, ne comprehenderetur, quod Wiclefista esset, Pragam venit. Academia Pragensis, quæ a. 1360. a Carolo IV. Imperatore

re fundata, qua vix alia florentior eo tempore erat, constabat e nationibus quatuor, Bohemica, Bavarica, Saxonica, et Polonica. Harum quælibet cum æquali jure in suffragiis ferendis prædita fuisset, si tres exteræ nationes inter se consensissent, quod sæpe fiebat, Bohemicæ etiamsi ab illis dissensisset, tamen succumbendum fuit. Erat in hac Universitate Joannes Huss Artium Magister creatus a. 1396. nec multo post Sacerdotio initiatus munus obtinuit Concionatoris in Ecclesia Pragensi, quæ Bethlehem appellabatur. Ille Nobilis Bohemus cognomine Piscis putridus libros Wicleffi cum doctoribus nationis Bohemicæ communicavit, quos cum alii, tum præsertim Joannes Hussus avide arripuit. At vero tres aliæ Universitatis nationes adversus Wicleffi sententias, quas sciebant in Anglia, et ab ipso Romano Pontifice damnatas, insurrexerant. Sbinko quoque Archiepiscopus Pragensis adhibitis Doctoribus Universitatis in consilium, prævalentibus tribus ceteris nationibus supra Bohemicam non tantum sententias Wicleffi condemnavit, sed mandatum etiam dedit de Wicleffi libris sibi tradendis ab omnibus qui eos haberent, ut igni traderentur. Quod tamen observatum non est ab omnibus, multique eos clam apud se retinuerunt. Ducenta et amplius volumina fuisse dicuntur pulcherrime descripta, tegumentaque habentia serica, auroque ornata, quæ detecta, et combusta sint. Joanni quoque Husso interdictum est concionari, additis gravissimis minis, si adhuc postea, quemadmodum faciebat, ausus fuisset Wicleffi errores disseminare.

Damnationi factæ ab Archiepiscopo, suffragante etiam Universitate non ausus obsistere, et ipse

›se Hussus subscripsit: ut tamen se vindicaret e nationibus Universitatis, quæ refragabantur ›ohemicæ nationi circa Wicleffi sententias petiit Wenceslao Rege, obtinuitque, ut Bohemica ›atio deinceps in suffragiis ferendis æquivaleret ›mnibus tribus reliquis nationibus etiam simul ›umptis. Eo pronior fuit Wenceslaus ad hoc con-›edendum, quod Germanis irascebatur, a qui-›us exutus erat Imperatoria dignitate. Nationes ›utem exteræ offensæ ob jus sibi ademptum, quo ›udebant, Praga demigrarunt primum duo mil-›a partim Professorum, partim auditorum, bre-›ique iterum millia eorumdem tria, Lipsiamque ›oncesserunt, atque novam illic academiam con-›ituerunt. Hussus autem prohibitus Pragæ con-›ionari, ad locum suum natalem Huszinetz con-›essit, et concedente loci domino, eique faven-› plebem convocabat, huicque virus doctrinæ ›Vicleffianæ instillabat debacchatus cum in alios ›piscopos, tum in ipsum etiam Romanum Pon-›ficem, utque eo facilius hos in partes suas tra-›eret, docebat, ad decimas Clero persolvendas ›psos non obligari, tantumque instar eleemosynæ › vellent posse ipsos has dare. Rem actam in ›Hussum ab Archiepiscopo Pragensi Romanus Pon-›ifex Alexander V. confirmavit. Nec tamen eo ›minus Hussus perstitit in sua disseminanda do-›trina non se directe opponens Pontificiæ auctori-›tati, sed a Pontifice ad Pontificem appellans me-›ius informandum. Archiepiscopus Pragensis Sbin-›o, cum nihil spei posuisset in Wenceslao Rege, ›ui ab Imperatoria dignitate etiam per Electores ›mperii dejectus erat, qui hoc admodum male ad-›ministrasset, ad Sigismundum Regem Hungariæ, ›Wenceslai fratrem confugere statuit, ut ejus im-›loraret auxilium ad Hussi audaciam comprimen-

dam,

dam, qui eo licentiæ, et temeritatis jam venerat, ut per cantilenas, Bohemica lingva a se factas, publiceque decantatas, irrisioni, atque ludibrio Sbinkonem exponeret. Hic vero antequam ad Sigismundum pervenisset, Posonii in via mortuus est. Cujus morte adhuc deteriora secuta sunt. Sbinkoni in Pragensi Archiepiscopatu viro egregio, et Religionis studiosissimo successit Albicus Wenceslai medicus, Archiepiscopatum pecunia a Wenceslao mercatus, de quo Aeneas Silvius in Historia Bohemica *Idoneus*, ait, *Pontifex, qui nascenti hæresi fomentum praeberet.* Nam caupo non Episcopus fuit, qui domum Archiepiscopalem in cauponam, et macellum converterit, vinum, et carnem suillam vendens in ea, tamque sordidus, et tenax, ut ne servitium quidem ullum ad suum ministerium servaret præter unam mulierculam, insuper autem homo rudis, et literarum expers. Itaque hoc tali Archiepiscopo Huss, ejusque factio etiam insolentior facta est, eumdemque Pragensis Universitas ad munus magisterii, quod in ea prius gesserat, revocavit.

Anno exeunte 1412. Joannes XXIII. in Concilio Romano damnavit sententias Wicleffi, jam antea ab Urbano VI. et Londini ab Episcopis Angliæ, nec non a Facultate Sorbonica Parisiis, et a Pragensi etiam Universitate condemnatas. Idem Joannes videns, quam nihil vigoris Episcopalis esset in Albico, administrationem Archiepiscopatus Pragensis commisit Conrado Episcopo Olomucensi. Hic permovit Wenceslaum, ad edictum faciendum, qua sub poena expulsionis e regno interdictum fuit asserere, et docere ea, quæ quinque, et quadraginta capitibus comprehensa jam a Sbinkone, suffragante etiam Universitate

Pra-

ragensi erant damnata, Hussusque rursus Pra-
a debuit excedere: quin ad supplicium quoque
ondemnatus erat: quod tamen evasit seditione
xcitata ad eum liberandum per Hieronymum Pra-
ensem discipulum suum. Hic Husso totus dedi-
us, cum in variis academiis versatus fuisset ad se
cientiis excolendum evocatus erat Cracoviam ad
rdinandam accuratius academiam non multo an-
e a Casimiro III. Rege institutam. Hoc in itinere
on tantum in Polonia, verum aliis etiam regio-
ibus disseminavit Hussi errores, etiam in ipsa
Iungaria, plebemque concitabat adversus Cle-
um, ad prædasque agendas ex Ecclesiis. Ex Hun-
aria expulsus Viennæ in Austria captus, et in
ustodiam datus est: unde fugit, fidem, quam de-
it se mansurum donec discussa ejus causa in ju-
icio esset, ujusque statuto pariturum, frangen-
o: et qui in Ecclesiis excussas in terram Sancto-
um reliquias pedibus conculcavit, ipsiusque Chri-
ti imaginem humano stercore totam inquinavit;
Wicleffi imaginem ornatam, et radiis fulgen-
em suis, et Hussi sectatoribus colendam, et ve-
erandam dabat. Joannes XXIII. Indulgentias
oncesserat, et promulgandas curaverat in Ec-
lesiis, quales concedi solebant ad bellum eunti-
us pro liberatione Terræ sanctæ, idque adversus
Ladislaum nepotem Caroli ducis Dyrrachii, ejus,
quem Ludovicus I. Rex Hungariæ sustulerat ob
necem illatam Andreæ suo fratri, qui regnum
Neapolitanum adeptus, et partibus addictus Gre-
gorii XII. unius e tribus, qui tunc Romani Pon-
ificis nomen gerebant, ditiones Romanæ Ecclesiæ,
quæ Joanni XXIII. parebant, ipsamque Romam,
a se captam vehementissime afflixerat. Adversus
hunc igitur cum Joannes XXIII. Indulgentias
proposuisset, quas lucrarentur ii, qui vel ad bel-
lum

lum irent, vel huic subsidia conferrent; Hieronymus literas Pontificis de his Indulgentiis, meretricum uberibus appensas, atque ita circumlatas per plateas demum concremavit cum ingenti propudio: insuper in Ecclesias in quibus fieret hæc promulgatio Indulgentiarum immisit suos, qui populi multitudinem fustibus disturbarent, concionatores facientes promulgationem, e pulpitis detraherent, et contunderent. Tres ex his comprehensi sunt, et ducti ad carcerem. Horum unus erat sutor, qui Sacerdoti, quod concionatus esset de Indulgentiis, atque in hoc sermone Hussum quoque, iisdem obtrectantem, perstrinxisset, publice in Ecclesia in faciem procacissime clamaverat, mentiri ipsum; alter itidem palam Romanum Pontificem dixerat esse Antichristum, tertius adversus Sacerdotem e Regularibus in ipso etiam actu dicendi ad populum insurrexat omnibus convitiis. Statim vero Huss cum valida manu suorum affuit, et contendit a Magistratu, ut qui comprehensi erant, dimitterentur. Magistratus molli responso furorem hominis sedavit in præsentia. Interim nocte, quæ subsecuta est, per eumdem Magistratum ad mortem adjudicati sunt captivi, statimque capite plexi, priusquam Hussitæ aliquid moliri pro eorum liberatione possent. E carcere, in quo supplicium fuit sumptum, sangvis interfectorum aliquis etiam foras profluxerat. Unde Hussitæ acti in majorem rabiem sunt, quam etiam postea effuderunt immanissime. Mox vero trium horum cadavera vi abrepta pretiosis pannis involuta cum pompa per urbem (Pragæ res fuit acta) circumtulerunt, velut Martyrum sanctissimorum corpora cantando: *Isti sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt,* et in Ecclesia dicta Bethlehem ungventis condita tu-

umularunt: quam Ecclesiam deinde in qua Hussus Ecclesiastem agebat, titulo: *Ad tres Martyres* insigniverunt.

Anno 1414. die 5. Novemb. cœpit celebrari generale Concilium Constantiense: quod etsi inprimis ad tollendam scissionem in Ecclesia, qua pars alia alium sequebatur Pontificem, institutum erat; eidem tamen Concilio, statim, ut coepit, non mediocri curæ fuit, fidem tueri adversus errores Wicleffi et Hussi, istosque depellere. Ab Joanne XXIII. Episcopis a se delectis datum erat negotium, inquirendi, et colligendi hos errores, ut deinde Concilio proponi possent, judiciumque de his fieret. Hussus, qui semper suam doctrinam jactaret, velut orthodoxam, quemadmodum omnes alii etiam hæretici numquam non fecerunt, huic etiam nomen Evangelii dedit, quo magis hac sua confidentia sibi, suæque doctrinæ bonæ causæ speciem inderet; adversariosque, a quibus impugnata ejus fuit doctrina, ultro ad hocce Concilium Constantiense provocavit etiam per scriptum, quod tam Pragæ, quam aliis in locis Bohemiæ valvis Ecclesiarum affixit Latina, Bohemica, et Germanica lingva: jamque ad finem vergente mense Augusto, duobusque mensibus ante inchoatum Constantiense Concilium, petitisque, et acceptis ab Imperatore Sigismundo fidei publicæ literis de securitate sibi præstanda itineris, Salvum conductum vulgo vocant, jamque circa initium Novembris Constantiæ et ipse affuit. Ubi Constantiam venit, ait Cochlæus *Hist. Hussitar. lib.* 2. viditque longe aliam ibi disceptandi rationem esse in coetu doctissimorum ex omni natione hominum, quam Pragæ in capella Bethlehem coram laicis novarum rerum cupidis, aut in aula

co-

coram nobilibus, Ecclesiasticorum censuum avidis, aut etiam in foro coram minaci, et Clero infesta plebe, nec non sibi jam diu infensos e Clero Bohemico adversarios ad se accusandum, paratos, et instructos, coepit de fuga circumspicere. Hanc fugam iniit vel in curru rusticano, a se conducto, et in quo se abdidit sub stramen eidem currui impositum, vel ut idem Cochlaeus ex Ulrico Reichenthal cive Constantiensi oculato teste, qui etiam historiam Concilii Constantiensis Germanice scripsit, refert, et quod proinde certius est, fugam hanc arripuit nonnisi Dominica tertia Quadragesimæ anni subsequentis in curru Henrici Latzenboch foeno, et stramine onusto: hic autem, cui cura Hussi observandi, commissa fuerit, fugam hanc ut comperit, statim indicavisse urbis Consuli, quique Hussum ex fuga retraxerit. Deductus ad aedes Episcopi, ut ex equo descendit, iterum fugam tentavit, seque proripiens intra turbam Bohemorum, aliorumque, quæ confluxerat ingens, dum reduceretur, recepit: a satellitibus autem retractus est, et custodiæ traditus in ædibus Fratrum Prædicatorum.

In Concilii sessione 6. constituti sunt judices ex omni natione delecti, in sex enim nationes, ex quibus plurimi Præsules convenerant, distributum fuit Concilium, ad causam Wicleffi cognoscendam, ut postquam rite cognita esset, sententia deinde in pleno Concilio ferretur. Hoc postquam factum est, in Sess. 10. die 4. Maji 1415. lata est sententia, Wicleffum fuisse notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse, ideoque ipso, atque omni ejus execrata memoria, statutum, ut ejus corpus, et ossa, si ab aliis Fidelium corporibus discerni possint, effoderentur, proculque ab Ecclesiæ sepultura jactarentur secun-

undum canonicas, et legitimas sanctiones. Cognitio causæ Hussi de industria extrahebatur, ut empus ei concederetur ad se recolligendum e uis erroribus, postquam Wicleffum, ejusque sententias jam damnatas vidisset, e quibus æstimare posset, quales etiam essent suæ, utpote haustæ ex eodem Wicleffo. Postquam ipsius etiam sententiæ sumptæ in disquisitionem erant, et facta damnatio, atque hæc ei notificata fuisset, respondit, sese submittere determinationi Concilii ut in psis Actis est Concilii. Cochlæus quoque iterum ex Ulrico Reichenthal, refert Hussum promisisse Doctoribus, qui eum in carcere visitarunt, Velle se, t hæreses revocare, et contrarium prædicare, ob dque in signum lætitiæ ter totius urbis campanas pulsatas esse. At vero cum postulatum ab eo fuisset, ut faceret, quod se facturum promiserat, erroresque exsecraretur suos, non hoc fecit, sed chedam dedit, qua negavit, se facere posse, quod etebatur, ne perjurium committeret: insuper negavit, suas esse assertiones, quæ damnatæ erant, Deum testem appellans et conscientiam suam. Sic videlicet volebat eludere judicium de se factum, suisque sententiis, quas luce clarius erat, eum tenuisse, testantibus pluribus quam viginti, partim Præsulibus, partim doctoribus. Et si omnino non fuissent hæ ipsius sententiæ, annon tamen eas debuisset damnare, cum essent damnatæ judicio Ecclesiæ? Et quid impediebat, ne damnaret id, quod damnatum est ab Ecclesia, etiamsi hoc non ipse, sed alius docuisset? Sed conscius sibi harum sententiarum noluit has publice abjurare plenus fastu, ne per seipsum damnaret, quod asseruit et docuit. Dumque omnibus etiam suis constaret illa sensisse, quæ tantum ne retractare videretur, negavit esse sua, anne eo minus proba-

bavit se haud constantem, et animosum ad
fitendum, quod prius docuit? Nec ipsius S
mundi Imperatoris monita curavit, ut suos a
raret errores, ne si adhuc hoc pergeret ult
tenere, et defendere, Concilium adversus
procederet juxta teriorem sacrorum Cano
Ipsis etiam suis autographis cum esset conv
se illa sensisse, et docuisse, quæ negabat
esse, tamen etiam recognoscens, præfracte i
vit se ab his discessurum, malleque se n
exuri, quam istud facere, ne ii, quibus han
ctrinam tradidit, hoc ejus exemplo offendere

Die 6. Julii a. 1415. promulgatio sent
facta est in Hussum in pleno Concilio ipso
Sigismundo præsente, ornato et induto om
Imperialibus insignibus, postquam ab eo in
re loco constituto etiam nunc quæsitum
velletne sententias, quæ jam toties, totqu
locis damnatæ essent, revocare, et abjurare,
rumque hæ relectæ fuissent, sententia de
pronunciata, Huss velut hæreticus, relictus
Curiæ seculari, ejusque judicio, Dei Ecclesi
habente, quid ultra gerere valeat, ut est in
Concilii. Degradatus deinde est. Quo facto
ait ad Ducem Bavariæ Ludovicum Electorem,
verba Cochlæi *Hist. Hussitar. lib.* 2. qui po
aureum tenebat, *Vade, recipe eum. Qui
piens illum tradidit lictoribus capite tonsum
alto pileo papyraceo coronatum, cui inscri
erat: Hic est hæresiarcha.* Psalmos cantans
ad locum supplicii. Ad quem cum ventum
parabat dicere ad populum, sed ad hoc nul
mora concessa est; jamque ad alligatum ad p
Ludovicus Dux Bavariæ, et Dominus de Pap
heim adequitarunt, monueruntque, ut revo

errores vitæ suæ parceret. Quod etiam cum
tum frustra esset, rogus accensus est. De Hus-
Aeneas Silvius *Hist. Bohem. cap.* 36. *Nemo,*
quit, *Philosophorum tam forti animo mortem*
tulisse traditur, quam iste hæresiarcha incen-
m. Sed fortitudo, quæ virtus est, nonnisi in
bona, ob quam quis patitur, esse potest; sin
ter, est mentis induratio in malo. Cineres
ssi diligenter collecti, in Rhenumque proje-
, ne ejus sectatores istos habere possent, qui
nen instar reliquiarum sacrarum ipsam etiam
ram sustulerunt ex eo loco, ubi combustus
. Hofmannus Protestans in Lexico Universali,
m Protestantes jam post ætatem Apostolorum
lla volunt recognoscere miracula, tamen scri-
:, Deum Hussi innocentiam etiam miraculo di-
atum esse. Nam in loco ubi exustus est, nul-
n gramen succrescere, usque ad hæc tempora
mo 1698. edidit suum lexicon) circum luxuri-
te prato, et incolis omni artificio, et industria
assum laborantibus. De Sodoma, et tribus fi-
imis civitatibus igne cælesti consumptis est
p. 10. v. 7. *Quibus in testimonium nequitiæ*
migabunda constat deserta terra. Quod si igi-
r verum esset, per miraculum non crescere
rbam in loco, in quo Hussus supplicio affectus
t, quod non reperio ab alio scriptum, et per-
bitum, annon hoc testaretur potius nequitiam
ssi, ad quam testandam Deus etiam fecerit mi-
culum et faciat, ei loco, in quo exustus est,
gando germen? Camerarius pariter Protestans
Hist. Fratrum Bohemorum, quo se nomine
ussitæ appellarunt, etiam prophetasse vult Hus-
m, dicens, eum, dum jam in rogo esset, pro-
etiæ Spiritu afflatum dixisse: *Nunc quidem tor-*
tis anserem (quo nomine se designaverit, si-

quidem Huss Bohemis anserem significet) *at ı*
et cygnus, quem torrere non poteritis. Post ı
tum annos Deo, et mihi respondebitis. Per
gnum enim Protestantes volunt designatum
Lutherum. Primum hæc narratiuncula tantuı
Protestantibus Scriptoribus profertur absque
tiquiore auctore: neque ergo fidem meretur. l
centum vero annos Lutherus exsurrexit: sed
ex cineribus Hussi, utpote qui et in suis sect
ribus, et in suis libris adhuc vixit: tantumm
enim, quemadmodum Hussus Wicleffum,
cleffus Waldenses, Marsilium Patavinum, al
que se anteriores in doctrina secutus est; it
Lutherus non solum Hussum, verum etiam on
istos, qui dicti sunt, atque plures alios istius
neris duces habuit. Et illud in hoc vaticino, q
dicunt ab Husso editum: Post centum annos l
et mihi respondebitis, quomodo fuit impletı
Hi, qui Hussum torruerunt, Deo rationem
istius facti reddiderunt in morte sua. Hæcne
istis contigit post annos centum ab Husso in ı
exusto? ad istudne tempus hi vitam produxerı
Hussus, quemadmodnm refert Cochlæus *Hi*
Hussitar. lib. 2. omnino promisit, se per mir
lum comprobaturum veritatem suæ doctrinæ,
hæc damnata esset in Concilio Romæ habito
Joannem XXIII. Nam a sententia Romani Pc
ficis appellavit ad SS. Trinitatem, seque ob
ad subeundum ignem in argumentum suæ do
næ, quæ recta, et orthodoxa sit. Quæ tunc c
ditio acceptata non fuit, hanc affatim pro
habuit deinde Constantiæ condemnatus ad e
dem ignem, quem prius petiit. Cur igitur
hic per hanc probationem ignis suam vindic
innocentiam, et integritatem suæ doctrinæ?

Hie

Hieronymus Pragensis Hussi assecla fidissimus
dem Husso Constantiam eunti promisit, sese il-
m secuturum, idemque hoc per literas spar-
t tam Pragæ, quam in aliis Bohemiæ locis, id-
ue, quemadmodum jactabat, ad asserendam ve-
tatem Wicleffianæ doctrinæ. Die 4. Aprilis 1415.
nnino Constantiam venit. Videns vero Hussum
neri in custodia, cum hoc collocutus, jam post
iduum Constantia se subduxit, et Uberlingam, ur-
em sitam in Svevia, aufugit. Hinc scripsit ad
roceres Bohemiæ, qui erant Constantiæ, ad
sumque Imperatorem Sigismundum, sibique ab
oc literas petiit de securitate itineris sibi præ-
anda, idemque fecit per scriptum, Latina, Bo-
mica, et Germanica lingva a se factum, at-
ue ipso curante Romæ valvis Ecclesiarum, mo-
steriorum, atque domorum, in quibus hospi-
a erant Cardinalium affixum. Has literas Sigi-
nundus nonnisi ad preces, sibi a Proceribus Bo-
emiæ instantius oblatas concessit, cumque de-
laratione, has se dare, quibus munitus secure
ccedat, non ut, postquam venerit, possit etiam
c recedere. Nec tamen ille in animo habuit
onstantiam redire, qui acceptis his literis de se-
uritate comeatus, iter suum convertit Pragam.
um ad quoddam oppidum Hercyniæ, seu Silvæ
ligræ pervenisset, et a Parocho ejusdem oppidi
d prandium, cui alii quoque plures affuerunt,
nvitatus fuisset, in hoc non est veritus Synodum
Constantiensem conviciose proscindere, eamque
ppellare Synagogam sathanæ, et jactare, a se
mnes Concilii Prælatos, atque Doctores ita esse
isputando superatos, et devictos, ut hi rubore
erfusi omnes sint. Tanta insolentia delata est
nagistratui. Ab hoc comprehensus est, et in
inculis reductus Constantiam. Interrogatus, cur

fugerit, sed neque citatus venerit, respondit, se ad fugam capiendam adactum esse, quod des publicæ securitatis sibi denegata esset, deci tum vero Concilii, quo citatus sit, se nescivis Dum literas petiisset pro securitate sui comm tus, has ei etiam ipsum Concilium misit, sed confectas, ut magis formam citationis habere Nam in his positum expresse erat, idque jub do, ut intra dies quindecim se sisteret Conci ad causam dicendam. Accepit vero fidem ab I peratore publicam de securitate. Sed quoni hæc promissio securitatis erat restricta ad sol iter Constantiam, non ut pro suo arbitrio eti posset discedere, et immunis deberet manere, cecidisset in judicio, neque voluisset ad sani tem redire; negavit, sibi fidem esse de securit sua datam. Alterum quod in excusationem at lit, nescivisse, citatum se a Concilio fuisse, id commentus est, ut cum auctoritatem Concilii i gare ausus non esset, nec confiteri quod h non paruerit, confugerit eo, quo solent vul qui dum arguuntur, nihilque habent, quod c pæ prætendant, suum tamen in vanitate præ dium locent.

Die 11. Septemb. 1415. productus ad ju cium, sibique objectis, quæ fecerit, et doc rit, se errasse recognovit: ejusdemque mensis 23. coram Concilio in ejus sessione decima n na publice ejurare errores suos his verbis prof sus est: *Ego Hieronymus de Praga liberali artium Magister, cognoscens veram, Catho cam, et Apostolicam fidem anathematizo omn hæresim, præcipue eam, de qua hactenus i famatus fui, et quam præteritis temporibus d gmatizaverunt, et tenuerunt Joannes Wiclef,*

Joan-

'oannes Huss. - - - Consentio autem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et Apostolicæ Sedi, et huic acro Concilio, et ore, et corde profiteor in omnius, et per omnia, præsertim de Clavibus, de)rdinibus, Officiis, Censuris Ecclesiasticis, de ndulgentiis, et Reliquiis Sanctorum, et Eccleastica libertate, ac etiam de Cœrimoniis, et 'iis omnibus ad Religionem Christianam pertintibus. etc. Demum juravit per SS. Trinitatem, per sacrosancta Evangelia, se in veritate Ecesiæ Catholicæ semper permansurum. *Et si*, init, *ego aliquando aliquid contra sentire præmpsero, Canonum severitati subjaceam, et ærnæ poenae.* Labbe Conc. Tom. 12. pag. 164. ibertati tamen redditus non est. In dubium at vocatum, num errores suos sincere, et ex ìimo ejuraverit. Movit de se hanc suspicionem, iod jussus dare literas in Bohemiam ad Regem, Reginam, et ad Academiam de retractatis a se roribus suis in Concilio, hoc facere noluerit. sa dubitatio etiam hæc nulla remansit, cum eronymus iterum cœpisset Hussum laudare, jue sententias, quas ejuraverat, resumere, et cantare. Die igitur 23. Maji 1416. instituta est lectorum judicum congregatio, ad Hieronyım rursus audiendum, et per quæstiones, presei positas, pertentandum, ut qua sinceritate rores suos ejurasset, et num in sponsione sua nstans mansisset, cognosceretur. Hic se, quis set, demonstravit aperte. Nam Hussum omnis præconiis extollens, sanctumque virum apellans, negavit aliam ob causam sese venisse onstantiam, quam ut ei suppetias ferret: se ve) Wicleffi, et Hussi doctrinæ inhærere, inhærumque ad ultimum usque vitæ spiritum: quod anc ejurasset, id se fecisse contra suam conscien-

entiam terrore supplicii, idque factum suum detestari, et abominari, quique idcirco suam priorem ignaviam damnans, suam quam fecit promissionem, et sponsionem retrahat, et retractet. Die itaque 30. Maji ejusdem anni damnatus est ut hæreticus, et in hæresim relapsus, atque potestati seculari traditus. Ejus supplicium biduo dilatum est, ut spatium haberet se recolligendi, et resipiscendi, commissumque cum nonnullis aliis, tum ipsi Cardinali Florentino, ut eum adirent, conarenturque ad pœnitentiam, ad Ecclesiæ gremium reducere. Inflexibilis vero mansit Husso, qui, addicti erant, et faverant, Hieronymum, exprobrato metu, et animi pusillitate, ad resumendam professionem errorum, obstinateque in his manendum impulerant. Eodem in loco, quo Hussus, et iste exustus est, imitatusque magistrum vultum indutus imperterritum ibat ad supplicium cantans Symbolum Fidei, Lytanias, et hymnum Beatæ Virginis *Magnificat*, in ipso etiam rogo, donec eum defecisset vox.

§. 32.

Sitne fides publica violata, quæ data erat Husso; Hussitarum mores, eorumque scissio in sectas.

Scriptores Protestantes clamore, quo impleverunt omnia, conquesti sunt, esse proditam fidem publicam, datam Husso, et qui hac accepta, tamen deinde damnatus ad rogum sit. Fidem hanc accepit a solo Sigismundo Imperatore, non a Concilio, cujus concessionis a Concilio nullum uspiam vestigium apud Scriptores, vel in Actis Concilii est: nec dici potest, hanc ipsius Concilii no-

nomine dedisse, qui hujus auctoritatem nec ex proprio jure, nec ex commissione habuerit. Quod non ideo dicitur, ut hujus rei invidia in hunc conferatur ad Concilium hac liberandum. Nam neque ille quidquam egit adversus fidem a se datam. Equidem hanc fidem Huss imploravit, cum ex fuga fuisset retractus, sed etiam, quemadmodum est apud Cochlæum, ei responsum fuit a Latzenbocho, cui commissus fuit, ut ei attenderet: *Ita decretum est* (per illas literas securitatis) *ut causam tuam justifices, ne sit hæretica, aut moriaris, ni revoces.* Proceres quoque Bohemiæ cum questi essent, quemadmodum est in Actis Mss. Concilii Constantiensis *apud Raynaldum ad a.* 1415. *num.* 32. Hussum teneri in custodia, quamvis auditus nondum esset, in quam datus erat, quod aufugere conatus esset, et ne fugam rursus capere posset, expresse confitentur, et dicunt, Hussum, Regio salvo conductu assecuratum (sunt illorum verba) quatenus pro expugnanda regni Bohemiæ, et sua sinistra infamia sub salvo conductu ipsius Domini Regis, et sub sacrosancti Imperii protectione, et defensa patenter ipsi Magistro Huss datis exhibitis venire velit ad Constantiense generale Concilium, et ibi cuilibet parti, se opponenti, de fide sua publicam reddere rationem. Nec petitum aliud ab his fuit, quam ut Huss audiatur, publice, et de fide sola reddat rationem, et si convictus fuerit, pertinaciter quidquam contra Scripturam sacram, et veritatem asserere, quod in eo dictamini, et decisioni Concilii debeat subjacere. Sunt etiam eorumdem Procerum Bohemiæ verba. Si subjacere debuit dictamini, et decisioni Concilii; igitur nec ad hoc datus ei salvus conductus Regius est, ut immunis manere deberet, si se non subjecisset

di-

dictamini, et dicisioni Concilii. Ne longior sin solummodo adhuc proferam ipsius Imperatoris Si gismundi declarationem de Salvo conductu, quem dederat Husso, et quo hunc valere voluerit, id que ex Actis Hussi ab Anonymo Hussita conscri ptis, ideoque nullam suspicionem habentibus, id quod in his non favet Husso, esse ex libidin potius scriptum, quam ex vero. Sic vero iste refert Sigismundum locutum ad Hussum, stantem in judicio: *Quamquam sunt, qui dicant, te per amicos, et patronos tuos quinto demum, et decimo die, postquam vinctus fuisti, literas publicæ fidei a nobis consecutum esse, tamen nos multorum Principum, et summorum virorum testimonio probare possumus, te, priusquam Pragam desereres, eas literas a nobis accepisse per D. Wenceslaum de Duba, et Joannem de Chlum, quorum nos fidei te commendavimus, ne qua tibi fieret injuria, sed libera tibi coram toto Concilio dicendi potestas esset, et de tua fide; atque doctrina respondendi. Idque, ut vides, Reverendissimi Cardinales, et Episcopi ita præstiterunt, ut magna eis a nobis gratia habeatur. Etiamsi nonnulli dicant, nos de jure non posse ei patrocinari, qui aut hæreticus, aut hæresi suspectus sit. Nunc igitur idem tibi, quod Dominus Cardinalis, consulimus, ne quid obstinate defendas, sed in omnibus eis, quæ contra te allata sunt, et testimoniis fide dignis confirmata, ea te, quam habes, obedientia ipsius sacrosancti Concilii auctoritati submittas. Id si feceris, dabimus operam, ut nostra fratris nostri, et totius regni Bohemiæ causa ab ipso Concilio cum bona gratia, et tolerabili poenitentia, et satisfactione dimittaris. Sin minus, facile habebunt Præfecti Concilii, quod de te statuant. Nos quidem tuis er-*

erroribus, et pertinaciæ numquam patrocinabimur. Imo nos hisce manibus ignem tibi parabimus potius, quam ut ea qua hactenus pertinacia te diutius uti patiamur. Tota igitur fides publica, quam Sigismundus Imp. Husso dedit, pertinuit, eo, ne qua pergenti ad Concilium accideret vis, vel injuria, utque permitteretur in Concilio rationem suæ doctrinæ, quantum satis est, expromere, et explicare: hoc est, ut in judicio sufficienter audiatur, et ne nondum satis cognita causa aliquid contra ipsum decerneretur. Sic hoc declaratum est ab ipso Imperatore, quin Hussus facta hac sibi declaratione vel verbulo indicaverit, ultra hæc sibi quidpiam per fidem publicam concessum fuisse, et quo non observato, hæc etiam fides sit violata. Quod si fuisset, profecto scriptor Hussita non omisisset, hoc ipsum etiam exaggeratius referre, et memorare.

Sectatores Hussi, hujus, et Hieronymi Pragensis audito supplicio, multo etiam efferatiores facti sunt, et quasi in rabiem versi, omnia Catholicorum invadunt, igneque, et ferro vastant, et cum alios, tum inprimis Sacerdotes cum cruciatu occidunt jam concremando igni, jam frigore enecando, aut aliis affectos tormentis: diripuerunt, et incederunt Ecclesias, confregerunt, et combusserunt imagines cum Beatæ Virginis, et aliorum Sanctorum, tum ipsius etiam Christi, aut coeno, et sordibus contaminarunt; cum tamen Hussi, et Hieronymi Pragensis venerarentur imagines, horumque festa celebrarent. Martinus V. Papa in literis, quas ad Bohemos dedit, ut eos ad officium revocaret (apud Cochlæum *lib.* 4. *Hist. Hussitar.*) vocavit hanc Neronianam persecutionem, talibusque tormentis testatur Catholicos

cos excruciatos, quæ nec temporibus paganorum persecutorum audita sint, et neque audiri possint absque horrore. Sic per tormenta, et cruciatus studuerunt Catholicos ad suam cogere sectam facta sibi etiam alia Religionis forma. In qua Romanum Pontificem æqualem in auctoritate aliis Episcopis fecerunt; cuivis docendi, et prædicandi liberam potestatem, et jus attribuerunt; Confirmationem, et extremam unctionem e numero Sacramentorum sustulerunt; Confessionem peccatorum abjecerunt, et exploserunt, æque Purgatorium, et preces pro defunctis, nec non Imaginum cultum repudiaverunt; abstinentiam, et jejunium abrogaverunt, imo ipsas etiam Ecclesias negarunt esse construendas. Induxerunt vero apud se Communionem sub utraque specie, constitueruntque, ne Dominicis diebus cessetur ab operibus servilibus. Nec tamem in his omnes Hussitæ secum consenserunt: nam in plures sectas, quemadmodum adhuc ostendetur, erant divisi. Religione, et Ecclesiastica potestate conculcata, nec erga Politicam potestatem aliquam retinuerunt reverentiam. Statuerunt Regem, et omnes magistratus e medio tollere. Cum de improviso irruissent Pragæ in Curiam, septem ex senatu, aliis undecim fuga elapsis, ex fenestris præcipites dederunt, hastis et verubus sic infra defixis, ut qui præcipites dabantur, horum cuspidibus configerentur. Rex Wenceslaus periculum fuga vitavit, et ad castrum quodpiam, non procul Praga, se inclusit. Corenda quispiam Presbyter ex illorum secta, Hussitas oratione sua mitigavit, et flexit, ne manus suas inquinarent Regis etiam sangvine. Id actum est a. 1419. quo tamen eodem adhuc nec multo post Wenceslaus obiit, ex paralysi: cujus etsi aliunde etiam causa esse potuit,

tuit, utpote in homine veneri, atque crapulæ dedito, attamen metus etiam gravissimus ei incussus ad hanc conferre poterat.

Mortuo Wenceslao nullo relicto filio regnum Bohemiæ jure hæreditario transiit ad Sigismundum fratrem Wenceslai: quem vero Hussitæ recipere noluerunt: dicebant, indignum, quia Hussi, et Hieronymi Pragensis, innocentisque eorum sangvinis se se reum fecisset. Iidem jam prius ducem sibi constituerant Joannem Ziska, qui ex pauperibus parentibus natus, primum in aula Caroli VI. servitium quodpiam gessit, deinde cum se animosum, et in re etiam militari acrem ostendisset ad majora etiam aulæ obsequia a Wenceslao promotus erat. Fuit etiam Husso intime conjunctus, et ardebat vindictæ capiditate ob Hussum supplicio affectum. Hic, statim, ut Wenceslaus decesserat, exercitum ex rusticis quadraginta millium collegit, atque ita exercuit in armis, ut fortissimus evaserit: quod ejus victoriæ deinde de Sigismundo relatæ declaraverunt. Nam hunc Sigismundus collatis persæpe signis domare non potuit, imo huic postremum totius regni administrationem, omnesque ejus reditus addixerit, ut vel solum Regis Bohemiæ titulum sineretur gerere. Sed neque, cum venisset, ut possessionem regni, mortuo Wenceslao, adiret, quamvis exercitum secum duxisset, coronari potuisset, nisi induciarum occasione, quas ab Ziska impetraverat, usus ad hanc rem fuisset.

In monte non longe a Praga, et loco natura munito, arcem Ziska exstruxit fortissimam, cui nomen Tabor indidit, et a quo loco suos voluit fratres Taboritas nominari, quasi hi cum tribus

Apo-

Apostolis Salvatoris Christi transfigurationem in monte vidissent, indeque suas opiniones mutuati essent, quas fidei veritates vocitabant, ait Aeneas Silv. *Hist. Bohem. cap.* 40. Nec tamen omnes Hussitæ sub hoc uno capite Ziska erant, sed ut fere in omnibus sectis contigit, etiam hi divisi in plures factiones erant. Erant enim etiam, qui se Horebitas vocarent a monte Horeb: qui conjunctus monti Sinai, ubi lex Divina data Israelitis est, solet in Scriptura pro eodem monte poni, ubi hæc data lex sit: quo nomine se eos ferebant, qui soli legem Divinam sequerentur. Quamobrem Bohemiam quoque idcirco Terram promissionis vocabant, quam ipsi incolerent, ceteros Germaniæ populos per circuitum Bohemiæ alios Philisthæos, alios Moabitas, alios Idumæos. Horum dux, et coryphæus fuit quidam Bredricus Presbyter Moravus, apostata ab Religione Catholica, femina etiam sibi copulata, quasi uxore, publice. Tertia secta Hussitica fuit eorum, qui se Adamitas vocarunt. Quidam Pichardus fuit horum auctor. Nudi incedebant effusi ad libidinem omnem etiam promiscuam. Puduit ipsos etiam Hussitas ceteros istius turpitudinis. Oppressa hæc secta ab ipso Ziska est, et fere penitus excisa. Nam cum Adamitæ more prædonum rapinas exercerent, neque tantum hoc facerent erga Catholicos, sed etiam alios Hussitas, quos etiam sine discrimine filios diaboli vocarent, Ziskam in ultionem adversum se provocaverunt. Qui sub initium seculi decimi sexti sub Fossariorum nomine denuo turpissimam vivendi licentiam sibi sumpserunt in Bohemia, attamen non sic palam, verum in fossis, et latibulis, unde ipsis Fossariorum nomen datum est, ex Adamitis videntur repullulasse. Hussitis etiam Calixtinorum nomen datum fuit pro-

pter

iter communionem sub utraque specie, quam sibi asserebant, et docebant velut necessariam ad salutem, primum generaliter, deinde autem unieorum parti, quæ ut profiteretur hanc communionem sub utraque specie, foris, et intus in suis domibus pingebat calicem. Hinc quidam hoc de ipsis fecit carmen: *Tot pingit calices Bohemorum terra per urbes, ut credas Bacchi numina sola coli.* Quadam vice in campis prope Pragam, tercentis mensis constitutis, ad triginta millia Hussitarum communionem suam instituerunt. Ad Calixtinos descivit etiam Conradus Archiepiscopus Pragensis. *Cochlæus lib.* 4. *Hist. Hussit.*

Ziska jam in pueritia unum amiserat oculum, et alterum quoque in cujusdam arcis oppugnatione sagitta delata ad ejus, oculum. Retinuit etiam postea ducis officium: neque enim aliter exercitus nisi sub ejus ductu voluit in militia perstare. Vixit usque ad a. 1420. Morti proximus, præcepit ut ex pelle ipsius tympanum fieret, futurum dicens, ut hujus solo etiam sonitu audito exterriti hostes in fugam agantur, carnes vero suæ avibus dentur in escam. Credibile est, voluisse, ut hæ quoque in avibus post mortem ejus resonarent, per alimentum transeuntes in avium, a quibus devoratæ sunt, corpora, quemadmodum et pellis in tympano. Hussitæ, ait Dubravius *Histor. Bohem. lib.* 26. quamvis picturas omnes abominentur, hujus tamen picturam religiose colunt, et honorem, quem Christo negant, tribuendum contendunt Ziskæ. Post hujus obitum etiam Taboritæ se diviserunt bifariam: altera eorum pars Procopium, cognomine Parvum, sibi delegit ducem retento priore Taboritarum nomine, altera nullum sibi ducem voluit alium creare, dicens, nemi-

mi-

minem esse, qui dignus esset ad succedendum Ziskæ in munere ducis. Itaque iidem se Orphanos nominarunt, quod carerent duce: qui vero quamvis divisi invicem essent, tamen quoties negotium aliquod adgressi sunt contra Catholicos, in hoc viribus conjunctis egerunt: nec hoc tantum in Bohemia fecerunt; sed suis armis etiam Germaniam, Hungariam, et Poloniam incursaverunt, ut sectam suam propagarent. Hæc Hussitarum grassandi licentia in extera etiam regna permovit, a. 1431. et Eugenium IV. Rom. Pont. et Principes Germaniæ ad sacram militiam denuo conscribendam adversus Hussitas: qualis contra eosdem Hussitas jam indicta erat a. 1420. a Martino V. nullo tamen fructu. Nunc vero eo majore studio fuit apparatum sacrum hoc bellum quo indignius ferebant Germaniæ Principes talem Hussitarum audaciam, qua invaserant vicina etiam regna, omnique crudelitate in his bacchabantur. Convenit itaque ingens exercitus, ut solus Fridericus Marchio Brandeburgicus ad quadraginta millia equitum in Hussitas duceret: pro se autem quisque etiam alii collegerant, quam numerosissimum poterant exercitum: nec labor ullus fuisset tantis viribus Hussitas opprimere, nisi abfuisset Principum concordia in exercitu, ejusque scopis dissolutis simili imperio. Cum enim casu incendium in castris exortum fuisset, vano metu de castris jam captis ab hoste, diffugit, et dilapsus est totus exercitus etiam impedimentis relictis. *Cochlæus. lib.* 6. *Hist. Hussit.*

Cum a Martino V. et Eugenio IV. jam indictum haberetur Cocilium, Basileam, et ille conatus Hussitas armis domandi rursus in irritum cecidisset, Sigismundus denuo tentavit mansvetudine,

ne, et moderatione Hussitas ad saniora consilia revocare. Per literas ipsos invitavit ad hoc Concilium, svadens eis, ne vellent videri sapientiores, quam sit universa Ecclesia Catholica. Itaque pergerent ad Concilium, ibique dubia sua proponerent atque his, quæ totius Concilii consensione essent statuta, et definita, his etiam ipsi acquiescerent: et ne deterrerentur ire ob id, quod Husso contigit in Concilio Constantiensi, et Hieronymo Pragensi, talis fides publica eis data est, ut etiamsi statutis Concilii assentiri noluissent, tamen nullam molestiam timendam, sed securitatem omnimode, etiam ad redeundum, quando iis placitum esset, haberent. Hac de re ex ipsa etiam Synodo Basileensi datæ erant ad eos literae. Acquieverunt, et tercentos ex suo numero legatos miserunt ad Concilium, atque in his suarum factionum præcipuos, ut Procopium cognomento Rasum, qui Orphanorum dux fuit, Joannem Rokysanam, qui Caput-Pragensium Hussitarum fuit, nec non ceteros omnes, tales, in quorum ingenio, et disputandi arte suam fiduciam collocaverant. Sepositis ceteris ad quatuor capita redegerunt sua postulata, et quæ si iis concederentur, se se redituros ad concordiam spoponderunt. Primum fuit de Eucharistia sub utraque specie omnibus Christi fidelibus in Bohemia, et Moravia administranda, cujus talem sumptionem dicerent prorsus esse necessariam ad salutem obtinendam. Alterum, ut omnia peccata mortalia, et praesertim publica per eos, quorum interest, rationabiliter, et secundum legem Dei cohiberentur, corriperentur, eliminarentur. Tertium, ut verbum Dei a Sacerdotibus Domini, et Levitis idoneis libere, et fideliter prædicetur. Quartum, ne liceat Clero tempore legis Gratiæ super bonis temporalibus

se-

seculariter dominari. In Concilio quatuor ex utraque parte delecti sunt, ad conferendum super his postulatis: disputatumque est diebus quinquaginta. Hæc postulata Bohemi Hussitæ *Compactata* appellaverunt.

Non coaluit concordia. Concilium paratum erat Bohemis concedere sumptionem Eucharistiæ sub utraque specie, atque etiam postea concessit, sed noluit rem hanc talem habendam, et credendam, quasi sumptio illius sub una specie, siquidem sub hac etiam totus esset Christus, non sufficeret ad salutem. In duobus sequentibus postulatis, in speciem innocuis, angvis latebat in herba. Nam Hussitis fuit dogma, omnem amitti potestatem sive spiritualis hæc sit, sive politica, per peccatum mortale. Hoc autem absconderunt sub his verbis: *Per eos, quorum interesset, ut peccata cohiberentur.* Tale quoque fuit, Ut secundum legem Dei peccata cohiberentur. Id, quod illa sua declaratione, quam cum suis Compactatis Concilio obtulerant, manifestum fecerunt: *Parati sumus uniri, et esse unum, quomodo omnes Christiani Fideles uniri secundum legem Dei obligantur, et adhærere, ac obedire quibuscunque nobis legitime præfectis in omnibus Ecclesiasticis, quæcunque nobis secundum legem Dei mandaverint. Quod si quidquam Concilium, aut Papa, aut Praelati, quod a Domino prohibitum est, determinaverint faciendum, aut facere jusserint, vel quod in canone Bibliæ scriptum est, præterierint, aut præteriri mandaverint, cum Canones dicant, tales execrabiles, et anathema, obedire non obligamur, nec obediemus.* Sibi enim ipsis assertam esse volebant potestatem pronunciandi ex tribunali de iis, quæ essent constituta

non

on tantum per alios Praelatos, verum etiam per
eneralia concilia, et Papam. Per praedicatio-
em Verbi Dei, quam liberam esse volebant Sa-
erdotibus et Levitis, quæsiverunt suæ sectae sa-
erdotibus talem praedicandi libertatem, ut quod
ellent, possent praedicare, nec ullus aliquod eis
npedimentum posset ponere. Hoc igitur fuisset
ure potestatem libere disseminandi errores. Quod
e bonis temporalibus, horumque possessione per
lerum habebant postulatum, spectabat eo, ut
uæ bona iniquissime rapuerunt ab Ecclesiis, et
cclesiasticis, in horum possessione, et retentio-
e firmarentur. Falsum etiam per hoc dogma ab
sis offerebatur credendum Ecclesiæ, illicitam
se Clericis bonorum temporalium possessionem,
que jure divino prohibitam, in quod si Conci-
um consensum dedisset, parata fuisset infamia
eleris, atque ipsius hæreseos, qua omnes re-
ergerentur, qui tam antea, quam tunc, et de-
iceps Ecclesiastici, vel Ordines Religiosi posse-
issent aliquid temporale. *Cochlæus lib. 7. Hist. Hussit. Aeneas Silv. in Hist. Bohem.*

Qua sinceritate Hussitæ legatos miserint ad
asileense Concilium, ut tractarent de suo redi-
i ad Ecclesiam, hinc etiam potest adverti, quod
uo tempore hoc tractabatur in Concilio, illi
ilsenum urbem amplam, et munitam in Bohe-
nia, quæ ad se illis aditum semper negaverat,
t aversata erat illorum dogmata, adgressi sint,
um in finem, ut hanc vi compellerent in sua do-
mata, simulque egerint ne penderent a Con-
ilio, et a futura hujus decisione rerum, quæ in
ontroversiam venerant. Iidem prædicabant, se
on aliis, etiamsi ab Ecclesia definita essent sta-
uros, quam quæ ipsi rata habuissent, nam et
an-

antiqua Concilia erravisse; Scripturæ, et
oraculis, non decretis innitendum esse, faci
homines. Quo satis ostenderunt, se nec Co
rum auctoritatem curare. Hæreticorum es
clesiam non audire. Credunt ea nonnisi, q
bi suo arbitrio ponunt dogmata. Mainardu
de Neuhaus, captus et ipse erroribus Huss
quos abjecerat, dolenter nimium ferens in
mia patria sua, omnia per Hussitas esse c
cata, sacra, et profana, occulte consili
inierat cum pluribus aliis proceribus, et
libus Bohemiæ adversum Hussitas, habel
horum conspiratione paratas copias. Praga
tenebatur a Taboritis, Praga nova ab Orp
quæ inter se partes ita dissidebant, ut
etiam in vicem certarent, seque impeterent hc
in modum. Hac Mainardus usus occasione P
veterem adgressus cepit: deinde se convert
versus Pragam novam. Dum suum discrime
sitæ vident, consociantur Taboritæ cum Orp
ii quoque, qui Pilsenum obsidebant, accu
dum jam interea Mainardus etiam Pragam
occupasset. Oritur ingens certamen, et pr
Succumbunt etiam in hoc Hussitæ: qu
omnia etiam castra capta sunt cum viginti
tum millibus: et soli equites, quibus Coaph
erat, fuga evaserunt. Procopius, cognomin
vus, Taboritarum dux in hoc prælio occubui
caput bifariam sectum fuit: alter quoque Proc
Orphanorum dux, cognomine Crassus, hasta
verberatus periit. Peditum illa viginti millia
supererant ex prælio, sese Mainardo dedider

Deliberatum fuit, quid agendum cum h
set. Mainardo non est visum consultum,
promiscue dimittere, quod in his veteres Z

:es prædis agendis adsveti, duce sibi novo
tituto facile iterum redituri essent ad suum
nium, pristinumque suum grassandi morem:
bat et illud præcavendum, ne sparsi per Bo-
iam continuarent spargere ulterius etiam Hus-
:rores. Quia vero non dubitaverat esse in hoc
ero, qui capti sunt, tales, qui potius vi ad-
secuti sint Hussitarum partes, quam sua vo-
ıte, et quorum proinde speranda sit conver-
edicendum curavit in Hussitarum castris, se
rsus Coaphonem, qui fuga elapsus esset, ad-
uti velle illorum opera, atque viribus, qui
res Ziskæ milites strenui, et bene exercita-
ssent in armis, quibus etiam stipendium
olvendum sit. Istis vero mandaverat, ut se
garent a ceteris, et ad horrea, quæ desi-
erat, et quæ rebus ad victum, et potum,
urante, erant instructissima, se se confer-
. Ubi cum cibo, et potu distenti subse-
ıte nocte profunde dormivissent, eadem hor-
cincta militibus, ne quis exitium posset ef-
re, jussit succendi: sicque interierunt vetera-
iskæ milites ad unum omnes. Hoc demum
o confractæ sunt Hussitarum vires: tumque
ıum Sigismundus Rex Romanorum, et Hun-
e adiit suum etiam regnum Bohemiæ. Non
n desierunt etiam postea Hussitæ in Bohe-
esse, qui rursus a Basiliensi Concilio invita-
ur ad redeundum in Ecclesiam oblata conces-
e, sub utraque specie sumendi Eucharistiam,
amen conditione, ut Sacerdos porrigens Eucha-
iam, eos interrogaret, num crederent sub una
m specie sumi totum Christum, nec esse ne-
ariam ad salutem hujus sumptionem sub utra-
specie. Sed jam fracti armis a Mainardo
per magis, magisque deficiebant. Josephus II.

 Im-

Imperator, et Bohemiæ Rex, licet quoad A
stanam, et Helveticam Confessionem decr
Tolerantiæ, ut vocant, fecisset, exceperat t
Hussitas, nec hos perstantes in sua secta,
fortassa occulte passus est in Bohemia, aut
uspiam in suis ditionibus. Una Hussitarum t
tunc ibat etiam per Hungariam, quam ipse e
Budæ vidi, euntem Poloniam et Russiam ve
Anno 1434. illa a Mainardo clades Hussitis
ta fuit. *Historiam de Hussitis scripserunt C
lœus, Aeneas Silv. Dubravius, Thomas I
densis: qui jam etiam citati sunt.*

§. 33.

*Gregorio XI. succedit Urbanus VI. Ab hoc
ficiunt Cardinales, aliumque eligunt Po
cem Robertum Gebennensem, sub nomine
mentis VII.*

Gregorius XI. Papa, quem supra §. 27.
monstratum est, Avenionem reliquisse, et v
se habitatum Romam, die 27. Martii anni su
quentis 1378. mortuus est. Ne deinceps Ave
ne, quo redire in autumno ipse etiam Grego
volebat, ob turbas, quas tam sæpe Pontific
suis Romanis patiebantur, et propterea ma
Avenione residere, quam Romæ, ne, inq
hoc ulterius fieret, Romani sibi præcavend
Gregorio XI. mortuo, existimaverunt. Non
hoc decorum Romanis, nec conducens, dum
qui in Patrimonio S. Petri regimini erant pr
cti, absente Pontifice, plerumque suum luc
quærerent, neglecta etiam publicorum ædifi
rum cura. Erant eo tempore universim Card

l

; tres, et viginti: ex his Romæ sedecim, Ave-
one sex, et unus in Hetruria, ubi munere le-
itionis fungebatur. Ii, qui Romæ erant, con-
ave intraverunt ad eligendum Pontificem. Qui-
im, ut est apud Raynaldum *ad a.* 1378. *num.*
ex Epistola Abbatis Sistrensis ad Regem Ara-
mæ, ex Præfectis regionum Urbis ivit ad fene-
ram conclavis et dominos Cardinales allocutus
t in hunc modum: *Scitis Domini mei, quod*
introitu Conclavis multi clamaverint rogantes
s, quod eis daretis Italicum, vel Romanum;
nc autem pro parte totius populi sum missus
l Paternitates vestras, et vobis eorum pro par-
notifico, quod solum volunt eis dari Romanum,
c essent contenti Italico. Timent enim, ne sub
iqua conventione secreto inter vos, et aliquem
alicum, non Romanum inita; ipse post ele-
ionem reduceret Curiam Avenionem. Res de
omano eligendo in deliberationem venerat. Jo-
mes Crosius Cardinalis Lemovicensis dicebat, ut
t in eadem Abbatis Sistrensis epistola *Si eli-*
remus Romanum, aut esset de Collegio, aut
tra. Non habemus nisi duos, quorum unus
t decrepitus, et infirmus, scilicet Dominus S.
tri (Franciscus Thebaldescus proprium ejus no-
en erat) *alius autem nimis juvenis, et inexpers,*
ilicet Dominus de Ursinis. De extra Collegium
minem scio aptum ad Papatum. Proposuit vero
rtholomæum Prignanum, Neapoli natum, Ar-
iepiscopum Barensem, multis muneribus fun-
um in Curia Romana, qui etiam tunc Romæ
ıncellarium in eadem Curia agebat: statimque
go, inquit, *eligo mea sponte, et libere in Sum-*
um Pontificem præfatum Dominum Archiepisco-
m. Cardinali huic assensi sunt Cardinales ce-
ri.

At-

Attamen cum populus Pontificem expet
genere, et patria Romanum, Cardinalis de U
dixit: *Bonum est, quod eligamus unum R
num, vel Italicum simultate, ut applaud
voluntati populi, et postea cum recesserimu
locum liberum, tunc eligemus alium.* (Unur
ex Fratribus Minoribus voluisset assumi, in
hæc simulatio, institueretur.) *Et per alios
dictum: Non utamur hic aliqua simulat
sed realiter eligamus: et propterea Domini
dinales post, eligendo protulerunt illa ve
Animo, et intentione quod sit* (ut sit) *verus
pa.* Joannes de Lignano in Tractatu pro
bano VI. apud Raynaldum Tomi VII. Annal
Tulerunt deinde suffragia: quorum duabus
tiis partibus et ultra electus fuit Archiepisc
Barensis. Qua facta electione tamen hanc
nam adornarunt ad populum, cujus ma
multitudo obsidebat palatium, deludendum
ad præcavendum, ne quid licentiosius ag
Cardinalem S. Petri, patria Romanum induxe
ut ad modicum tempus, et donec multitudo
laberetur, personam Pontificis recenter e
adumbraret. Irruit Populus in conclave ad
dum osculum manibus et pedibus ejusdem
dinalis, quem credebat esse electum Pontifi
Quod videns Barensis, ad Cardinales, Cur,
dicitis, me a vobis electum esse, dum aliuc
deo? Cardinales totam illam fictionem sibi
nifestantes jurarunt in Deum, et cælum (
etiam hæc verba Abbatis Sistrensis) elec
nullum alium præter eum. Ipse autem vid
et audiens omnia cum humilitate maxima, e
crymis acceptavit. Populus autem osculando
nus et pedes Cardinalis S. Petri cum traxisset
manus ex articulari morbo tumentes, nec pc
ultı

ultra dolorem perferre, exclamavit se non esse
Papam, sed alium. Propter quod tota civitas cu-
currit ad arma, et circumeuntes palatium, ab
omni parte minabantur interficere Cardinales.
Quin et ipsum Barensem furibundi quærebant in
palatio, ut interficerent. Barensis absconditus est
in palatio. Cardinales metu perculsi, alii in suas
domos aufugerunt, alii ad castrum Angeli, alii
etiam extra Urbem.

Hæc tamen procella admodum brevis fuit.
Tum aliorum, tum inprimis opera Agapiti Abba-
tis Cassinensis sedata est. Hic populo præter alia,
ad eum componendum exposuit nomine Cardina-
lium, sibi quidem mortem inferri posse, at vero,
ut Urbano jam electo, hoc enim sibi nomen as-
sumpserat Pontifex recenter electus, id nulla ra-
tione a se extorqueri posse. Sic defervuit celeriter
omnis illa commotio populi, ut altera die post
electionem, secure e suis latebris Urbanus pro-
dierit, Cardinalesque, qui diffugerant, ab eo
convocati, reversi ad palatium sint, ut, quæ
cærimoniæ in electione peragi solebant, nondum-
que erant peractæ, perficerentur. Die 9. Aprilis
a. 1378. erat Urbanus electus. In diem undeci-
mam inciderat Dominica Palmarum: qua juxta
morem ipse ramos palmarum, et olivarum in Ec-
clesia distribuit Cardinalibus, Prælatis, nec non
aliis: postera die interfuit Missæ funebri quæ eo
jubente facta est, pro ejus antecessore Gregorio XI.
Pridie coenæ Domini processit in publicum stipatus
omnibus Cardinalibus ad solenniter benedicendum
tam populo Romano, quam peregrinis ad diem
Coenæ Domini Romam maximo numero conflu-
entibus. Die autem Paschatis in corona omnium
sedecim Cardinalium, qui in Conclavi erant, so-
len-

lenniter inauguratus est. Hi Cardinales, qui Romæ erant, literas miserunt Avenionem, ad Cardinales, qui adhuc ibi morabantur, subscriptas a se omnibus de electo a se Urbano: qui et ipsi hunc rite electum recognoscentes, suam ei venerationem ut Summo Pontifici testati per literas sunt. Die 25. Aprilis Cardinalis Ambianensis Joannes Grangius ex Hetruria, ubi legationem obiverat, rediit, salutavitque Urbanum ea cum veneratione, quæ exhiberi solet Summo Pontifici. Ita omnium trium et viginti, qui tunc numerus fuit Cardinalium consensione, et professione Urbanus fuit agnitus, et habitus verus, legitimusque Pontifex.

Urbanus VI. fuit homo vitæ severæ, naturæque non nihil asperioris, qui jam die, postquam inauguratus fuit, altera, Episcopos, qui Romæ hærebant, reprehendit, quod in suis Ecclesiis non residerent, nec curam per seipsos, quam deberent, gregi suo impenderent. Post unam septimanam Cardinales in consessu publico etiam aliorum Prælatorum acriter reprehendit, denunciavitque his, se ea, quæ agerent, non passurum. Quæ ista speciatim fuerint, ex Walsinghamo *in Richardo II.* intelligitur, cujus hæc verba sunt: *Ex post cum ipse Cardinalis* (Robertus Gebennensis) *et ceteri de Collegio, quibus Ecclesiæ perturbatio complacebat, viderent Urbanum Papam, ut Summum Pontificem per omnia condecenter agere, contra avaritiam ipsorum disputare, adversus injustitias disceptare, et in omnes Simoniacos intrepide terribiliter fulminare, pœnituit eos fecisse hominem.* Simonia horum in eo constitit, quod pensiones annuas ab his sibi haberent pactas, qui eorum opera, et commen-

ıendatione ab Romana Curia obtinuissent Bene-cia. Jamque circa medium mensis Maji Cardi-ales prætexentes calores, qui ingruerent æstivi, ›etierunt a Pontifice facultatem eundi Anagniam :ivitatem Campaniæ. Inter hos erat Petrus de ‚una Aragonensis, ceteri Galli, universim tres, ›t decem, ceteris cum Urbano manentibus. Hi ;ardinales, qui Anagniam se contulerunt, in-lammati odio erga Urbanum, utque se libera-·ent ab eo, cujus severitatem ferre nollent, ›essimo, et perversissimo consilio, aliam electio-ıem Summi Pontificis instituerunt, prætexentes priorem non fuisse validam, ex metu sibi incus-so ab Romano populo, et quo nonnisi adacti, ıdeoque nec libere Urbanum elegerint; elege-runtque Robertum Gebennensem. Cum et ipsi vidissent, quantum hinc mali secuturum esset, tentabant ante Urbanum inducere ad deponen-dum Pontificatum sua sponte, qui vero respon-dit: *In veritate Dei de dimittendo Papatu mo-dicum curarem: sed non dimittam, ne dem lo-cum diabolo, et cornu peccatoribus:* quemadmo-dum est in Epistola Alphonsi Ordin. Prædicator. apud Raynald. ad a. 1378. num. 29. Electio-ne autem facta iidem Cardinales denunciarunt non tantum Urbano, ut deponeret Pontificatum, qua-si quem nec verum, nec legitimum teneret; ve-rum etiam literas in omnes partes ad Reges, Principes, et Episcopos miserunt, quibus signi-ficarent, quid, et qua de causa fecerint, Rober-tumque, qui sibi nomen Pontificale Clementis VII. assumpserat, proposuerunt, qui repudiato Urbano habendus sit legitime electus Pontifex.

Expositum est supra, et demonstratum, quemadmodum facta sit Urbani electio. Ex quo etiam

apparet, hunc ipsum metum, quem Cardinales suæ factioni prætendebant, fuisse nonnisi ab iis confictum, et mendacio compositum. Omnium primum hoc erat: Cardinales, dum intrassent ad Conclave, multi clamarunt rogantes, ut sibi Pontificem darent Italicum, vel Romanum. Hoc igitur nullum metum ipsis facere poterat. Precibus enim hi multi solummodo usi erant, nullas minas intentarunt. Stultum igitur fuisset vel concipere hinc aliquem metum. Postea cum jam Cardinales fuissent in Conclavi, Præfectus unius regionis, dixit Cardinalibus, per fenestram cum his locutus, se a populo missum, ut hujus totius nomine ipsis notificaret, quod sulummodo Romanum, videlicet origine, et patria, sibi velint dari Pontificem, nec essent contenti Italo. Nonnisi desiderium populi etiam nunc est ad Cardinales perlatum, nihil ejusmodi dictum, quod aliquem metum haberet. Facta est deinde electio, rejecto eo consilio, quod erat datum a Cardinali de Ursinis, ut ad decipiendum populum solummodo simularent electionem Pontificis, hujusque insignibns induerent unum e Fratribus Minoribus, professi sunt se hanc facturos animo, et intentione, ut qui electus esset, verus esset Papa. Quo pacto igitur deinde Cardinales metum prætexere poterant, quem se prius in electione contemnere asseruerant? Quin si Cardinales in eligendo aliquo metu ducti fuissent, non Urbanum, sed alium, nempe Romanum, qualem populus poscebat, elegissent. Post electionem autem omnino tumultuari cœpit populus Romanus, cum vidisset, non tantum non patria Romanum electum Pontificem, sed sibi etiam per Cardinales illusum esse, Cardinali S. Petri sibi ostenso, quasi electo recenter Pontifice, quem se tantummodo si-

imulaverit, et adeo graviter, ut vim inferre voluerit non tantum Cardinalibus, verum etiam psi Urbano; qui proinde diffugerint, et ad catrum Angeli se aliqui ex ipsis abdiderint, Urbanus vero in palatio, in quo facta est electio, se absconderit, ne a furente populo interficeretur. At vero hic metus, omnino gravis, incussus tantum est jam post perfectam electionem. Non ergo vitiare potuit electionem. Et illi ne metum suum aliquem obtendere poterant, qui d ejusdem populi postulationem responderunt: *Se electuros in spiritu libertatis nullo respectu habito ad aliquam nationem*, quemadmodum perhibet Baldus de Perusio *in Tractatu*, *sub nomine allegationum de Urbano,* quem ex Ms. Vaticano Raynaldus edidit Annaliumque Tom. VII. ad calcem adjunxit. Denique cum jam metu diffugissent, et populo furenti, omniaque extrema minanti per Agapitum Abbatem Cassinensem significassent, sibi quidem mortem inferri, nulla vero ratione extorqueri a se posse, ut alium Pontificem eligant, postquam jam Urbanum elegissent, et quod agnoscens populus conquievit, annon ipsi professi erant, Urbanum a se sic rite esse electum, ut etiamsi vellent, alium elegere, hæc tamen electio valere non posset? Neque enim electione rite perfecta, et ab eo, qui electus est, acceptata, mansit in electoribus potestas alterius eligendi. Dum igitur ipsorum etiam Cardinalium professione, Urbano jam electo, alius eligi non potuit, fuitne Urbani vitiosa, et non valens electio, ut deinde illa, quam fecerunt iidem Cardinales, valere potuerit?

Attamen literæ Cardinalium, quibus electionem Urbani depinxerant velut nihil valentem

quia,

quia, ut dicebant, eam libere, et voluntarie non fecerint, fidem apud multos invenerunt. Ex his fuit Carolus V. Rex Galliæ cum tota Gallia, Clementemque recepit. Non temere rem egit. Instituit conventum, in quo fuerunt Archiepiscopi sex, Episcopi triginta, insuper Abbates, et Doctores Theologiæ, Jurisque quam plurimi, consiliumque ab his expetiit, num Urbano, vel Clementi adhærendum esset. Hi, et Universitas quoque pariter consulta tam bene rem dispexerunt; ut Regi persvaserint, Clementem esse verum, et legitimum Pontificem, adeoque huic adhærendum. Quare Clemens etiam se Avenionem recepit, ibique sedem fixit, postquam fugere coactus est ex Italia: Clementem susceperunt etiam Reges Castellæ, et Siciliæ. Italiæ vero maxima pars, Germania, Anglia, et Hungaria Urbano adhæsit: quam ejusque Regem Ludovicum Magnum, quo magis sibi devinciret Urbanus, Demetrium Archiepiscopum Strigoniensem, et Valentinum Episcopum Quinqueecclesiensem inter Cardinales cooptavit, quos alios sibi creavit: quin et auxit horum numerum usque ad sex, et viginti. Etiam Clemens iis Cardinalibus, qui in ejus factione erant, superaddidit alios sex. Urbanus in Clementem pseudopapam, nec enim existimo, adhuc aliquem futurum, qui dubiret, hunc fuisse omnino talem, et in Cardinales ei adhærentes tulit excommunicationem: vicissimque Clemens in Urbanum, ejusque Cardinales jecit cassa, et bruta fulmina. Sed nec his solis armis excommunicationum dimicatum est, verum etiam bellum tale alter in alterum excitavit, qualia, assumpto Crucis insigni, facta sunt in Oriente pro recuperanda terra sancta. Parumque abfuit, ne ipse etiam Clemens Neapoli comprehenderetur, et in manus incideret Urbani. Qui proinde

dens se in Italia haud tutum, Avenionem se recepit in Galliam: triste autem erat, et miserabile videre oppugnari urbes, expugnari castella, everti, atque profanari monasteria, et Ecclesias: tantus erat furor Clementis, ejusque militum, ut quoscumque comprehendissent e Clero, qui Urbano adhærerent, ipsos etiam Episcopos, alios in mare præcipitarent, alios igni cremarent, aut alio supplicii genere enecarent. Adversus Urbanum autem etiam postea semel, atque iterum quidam proprii ipsius Cardinales conjurationem fecerant, ut eum e vita tollerent. Invisum se his fecerat, quod iis, quæ sibi proposuisset agenda etiam si aliter, beneque svasum fuisset a Cardinalibus præfracte inhæreret, atque hos non solum non audiret, verum etiam idcirco sinistre de ipsis suspicaretur, tamquam contra se conspirassent cum ejus adversariis. Quos ille detecta conjuratione quæstioni per tormenta subjecit, atque etiam supplicium de ipsis sumpsit. Pontificatum gessit usque ad diem 15. Octobris a. 1389. qui ei supremus fuit.

§. 34.

Urbano VI. succedit Bonifacius IX. Clementi VII. antipapæ Petrus de Luna, Pontificali nomine Benedictus XIII. Conventus habiti ad tollendum schisma.

Die 2. subsequentis mensis Novemb. electus est Petrus Thomacellus Cardinalis patria Neapolitanus, qui se Bonifacium IX. nominavit. Hujus prima cura fuit eos, qui per schisma Clementis Antipapæ abstracti erant, revocare ad unitatem Ecclesiæ. Hoc egit sollicite tam per epistolas,

quam

quam per nuncios, et legatos ad Principes, eos etiam, qui alienati ab eo erant. Clementi promisit dignitatem Apostolici Vicarii in Gallia, et Hispania, si schisma deposuisset, ejus vero Cardinalibus confirmationem in eadem dignitate. Petrus, et Bartholomæus Ordinis Carthusianorum missi hac de re in Galliam, Avenionemque ad Clementem, conjecti ab hoc in carcerem sunt, nec ante dimissi, quam Rex Carolus VI. (hic fuit Caroli V. cujus supra mentio facta est, filius) eorum dimissionem postulasset. Iidem literas ferebant etiam ad eumdem Regem. Hic mandavit Universitati Parisiensi, ut de ratione, qua schisma tolli posset, consultaret, et quam censuisset fore optimam, sibi proponeret. Nicolaus Clemangius Doctor in eadem Universitate, ac postea Benedicto XIII. successori Clementis in antipapatu a secretis, libellum nomine Universitatis composuit, et tres modos Regi proposuit tollendi schismatis. Primum censebat, quem et credebat expeditissimum, si uterque Pontifex se abdicasset Pontificatu, ac deinde alius electus fuisset. Sed conditio hæc habebat difficultatem. Huic enim perinde subjiciebatur Bonifacius legitimus Pontifex, ut Clemens Antipapa: sed neque a Clemente obstinato in suo schismate exspectandum hoc erat. Alter fuit per compromissum. Hac igitur ratione Bonifacius Pontificatum suum, velut dubium, commisisset aliorum arbitrio, nec ipse se credidisset verum esse Pontificem: sed neque Clemens Pontificatum, quem sibi arrogabat, tenebatque mordicus, aditurus erat aleam. Tertius per generale concilium. Quæ vero ratio ipsi etiam Clemangio, et ceteris Doctoribus Parisiensibus visa est prioribus difficilior. In Pisano tamen Concilio generaliter convocato, de quo adhuc narrabitur, res

es sic instituta fuit. Ad Pontifices autem duos, quorum neuter dimittere Pontificatum voluit, additus fuit ista ratione adhuc tertius. Illa efficacissima fuisset ratio jam statim a principio opprimendi schismatis, si Doctores Parisienses dum viderunt, et quod videre etiam debuerant, Urbanum fuisse electum tot suffragiis Cardinalium, quot requirebantur, ut rite fieret electio, vidissent huic electioni priori standum fuisse, quod jam in aperto positum erat, nec Cardinales audiendos fuisse metum suum contra electionem allegantes, qui nonnisi confictus erat. Inter electionem Urbani, et alteram Clementis ab ipsis factam quinque intercesserunt menses, et amplius, prior enim facta est die 9. Aprilis, altera die 20. Septemb. Quare etiamsi vitium aliquod contigisset in electione Urbani, tamen ipsius Pontificatus stare debuisset, postquam hunc recognovit, et suscepit tota Ecclesia ut verum, et legitimum Pontificem. Quem Pontificatum dum Doctores Parisienses Urbano præpostere abjudicarunt; ad schisma, ad quod extingvendum omnem suam operam conferre debuissent, oleum affuderunt.

Res hæc dum agitatur, Clemens antipapa die 16. Octob. a. 1394. moritur. Hanc Carolus VI. Galliæ Rex ratus opportunitatem idoneam schismatis tollendi, eosque, qui Clementem sequebantur, revocandi ad unum, idemque caput Ecclesiæ, et conjungendi cum Bonifacio, audita Clementis morte e vestigio scripsit Avenionem ad Cardinales, hortatus est, et obsecravit, ne in Clementis locum prius alium eligerent, quam cum Bonifacio tractatum esset de concordia. Idem fecit, et petiit ab iisdem Cardinalibus Rex Arago-

go-

goniæ: nec non Universitas Parisiensis id svaserat. At vero Cardinales tanto magis properarunt perficere electionem: ne tamen viderentur neglectui habuisse Regis Galliæ literas, has non aperuerunt, nisi peracta jam electione. Videlicet præclare ostenderunt, quam amantes, et studiosi essent concordiæ, et unitatis, quæ debet esse in Ecclesia. Elegerunt Petrum de Luna Cardinalem Aragonensem, qui sibi Benedicti XIII. quasi nomen Pontificale sumpsit. Nemo fuit obstinatior, et pervicacior in tuendo schismate: tametsi antequam electus fuisset, semper in ore habuerit unitatem, et concordiam, hancque se anhelare ostènderit. Quid ipse etiam senserit de Urbani VI. Pontificatu, ex eo, quod refert Anselmus Canonicus Patracensis *Tom. IV. de Schism. pag.* 78. fit manifestum. Interrogatus enim, de hoc respondit suo more jurandi, *Per mia fe* (per meam conscientiam) *ego credo, quod a tempore Sancti Petri non fuit verior Papa in Ecclesia Dei, tam rite, canonice, et concorditer electus ante, et post ingressum Conclavis.* Petierat is ab Urbano, ut ad id, quod jam habebat beneficium, aliud adhuc sibi conferret. Hoc ei fuit negatum. Idcirco Urbanum deseruit, et factioni se adjunxit Cardinalium, qui Clementem antipapam sibi elegerunt, ab hoc sperans, quod ab Urbano obtinere non potuit, auditus deinde dicere: Certe non servirem Deo, si non faceret mihi bonum. *Bartholomæus Zabricius Tom. II. de Schism.* Illam homo ambitiosus, et cupidus, omniaque referens ad suum emolumentum desiderabat concordiam, ut se unum omnes haberent Pontificem, non ut istius concordiæ causa, etiamsi ista ratione comparari potuisset suum Pontificatum, quem nequidem sua bona conscientia tenebat, di-

itteret. Idem antequam eligeretur, fidem ju-
m etiam dederat sponte ac ultro depositurum
tificatum, si ad abolendum schisma confer-
quod idem fecerant ceteri etiam omnes isti-
actionis Cardinales, quisque quoad se, si Pon-
: eligeretur. Fecerunt hoc, ne sua depropera-
lectione viderentur voluisse esse prorogatores
smatis.

Spes, quæ erat, ut sublato antipapa Cle-
te etiam sponte sua desineret schisma, cujus
caput erat, impleta omnino fuisset, nisi Car-
lium schismaticorum improbitas impedivis-
non destitit tamen Gallia, et Germania ur-
rem hanc. In Germania plures idcirco pu-
conventus instituti sunt. Expetebatur, hoc
ı opportunissimum habebatur remedium, ab
obus Pontificibus, ut propter Deum, ejusque
esiam sponte renunciantes dignitati, locum da-
novæ electioni. Nihil vero minus, quam istud
us de Luna audire voluit: nec Bonifacio hæc
itio grata fuit; attamen eam non abnuit, si
ı hoc Petrus de Luna facere voluisset. Caro-
Galliæ Rex istius pervicacia exacerbatus, edi-
ı fecit, quo prohibuit omnibus in suo regno,
uis cujusdam beneficii Ecclesiastici impetran-
ıusa ad Petrum de Luna iret, et ne illius
data, aut minas qualescumque curaret; præ-
ı omnes revocavit, qui in illius curia versa-
ur cujuscumque negotii causa: quin militiam
n Avenionem misit ad Petrum de Luna vi
pellendum in id, quod aliter facere detrecta-
Bucicaldus, qui copiis pæerat, priusquam
adhiberet, cum Petro de Luna per Petrum
um Episcopum Cameracensem ei declaras-
quid Rex ab eo postularet, ille iratus, *Mul-*

ta, inquit, *feci pro Ecclesia: rite sum electus*, *modo cedam? Id vero*, *quamdiu vivam*, *non f* *Meum nomen*, *et pontificatum ad mortem usq* *servabo: nec me submittam Gallorum Regi. I* *per te sciat*, *volo*. Svadebant idem ipsi sui C dinales: sed surdo cecinerunt fabulam. Script fuit jam etiam Cardinalibus ab Rege, iisque sp pondit, curaturum se, ut nullum vel dignit suæ, vel etiam beneficiorum et proventuum su rum subeant dispendium, si deseruissent Petr de Luna. Quamobrem Petrus ab his omnibus d sertus est. Nec tamen cessit, etiam cum a Bucic do ad ejus palatium admotæ essent copiæ, quod star castri munitum erat adeo, ut oppugnation quæ mense Septembri inceperat, a. 1398. sustin rit tota subsequente hieme. Multi, qui inclusi c Petro erant, aut ex vulneribus, aut etiam ob pe riam victus perierunt: ipse quoque Petrus fragm tis lapidis, e tormento emissi, læsus fuit. Henri quoque Castellæ Rex exemplum Galliæ Regis cutus, se abstraxit a Petro de Luna, inhibu que omnibus in suo regno, ne quis ulla in ab eo penderet. Ille ad Martinum Aragoniæ R gem auxilii causa recurrit: qui vero negavit ejus causa suscepturum bellum cum Rege Gall Hieme transacta, ad incitas redactus paruit p stulatis Regis Galliæ, et promisit se depositur dignitatem ea conditione, ut Rex eum tene sub sua tuitione. Cessatum est ab obsidione, subministrata annona, sed negata facultas ped efferendi e suo palatio, usque dum pax Eccle perfecta esset.

Cum annos quatuor, et ultra Petrus serv tus fuisset in custodia, subque excubiis, his d lusis se in libertatem asseruit. Quidam Robinet

Bra-

Braquemontius nobilis Normannus sæpe adire solebat Petrum de Luna, ab eoque inita nocte abire. Itaque Petrus mutata veste, et simulans quasi unum e comitatu Robineti, se subduxit, præparatisque jam quingentis equitibus ad suum præsidium ad Castrum Vulpium (Chasteau Renard) in Insula Franciæ situm, recepit. Cardinales, a quibus desertus fuit, se se ei rursus subjecerunt, veniam ab eo precati genibus flexis. Per hos deinde etiam Regem Galliæ sibi reconciliavit. Dicebant, haud æquum esse, Benedictum, hoc ejusdem Petri de Luna Papale nomen fuit, legitimum Pontificem deseri a Gallia, cum idem nonlum fecissent provinciæ illæ erga Bonifacium Antipapam, quæ ei adhærerent. Quemadmodum hi Petrum de Luna legitimum Pontificem, ita Bonifacium habuerunt, et nominarunt Antipapam. Captus est Rex hoc Cardinalium argumento, et edictum contrarium priori fecit, quo Gallia jussa est Petrum de Luna iterum recognoscere Papam. Misit deinde Petrus legatos Romam ad Bonifacium, ab eoque contendit, ut se abdicaret Pontificatu, quem tamen ipse nec dimisisset, nec diceret se dimissurum: Fuco hoc legationis voluit Regi Galliæ, aliisque omnibus, persvadere se promptum ad faciendam unitatem, nec se huic impedimento esse, quo minus fieret. Hujus conficiendæ causa congressum petiit, ut in certo quodam loco coram possit conferre sermonem cum Bonifacio. Habuit Regem Galliæ jam iterum pro se: Rex quoque Castiliæ se ei addixerat. Wenceslaus quoque Bohemiæ Rex defecerat a Bonifacio, eo, quod consensum dedisset, in ejus depositionem ex Regis Romanorum dignitate, factam per Electores. Idem fecerat Sigismundus Rex Hungariæ, quod Ladislao Caroli II. cognomento Parvi, filio

regnum Hungariæ, non ipsi, voluisset assertum, et in partes Petri de Luna ipse et Wenceslaus transierunt. Itaque tali patrocinio tot Principum fultus idem Petrus nihil dubitabat se Pontificatum retenturum, si ad congressum res deducta fuisset. Sed technæ non habuerunt successum. Bonifacius respondit legatis Petri: *Renunciet ipse, si vult, et qui se obligavit, et non habet quid perdere. Nos scimus, qui potestatem a Deo habemus, et nolumus renunciare.* Sic respondisse Bonifacium, scribit Auctor Apologiæ, quæ exstat *Tom.* 24. *de Schism. pag.* 144. pro Petro de Luna: quæ proinde suspecta esse possunt. Revera autem cum multi jam Antipapæ fuissent, magnasque factiones fecissent, statimque horum primus Novatianus, non tantum omnes Occidentis Ecclesias, sed totum Orientem etiam turbasset, factiosisque suis epistolis, et legationibus induxisset ubique quam plurimos ad dubitandum de Cornelio, cujus antipapa erat, essetne verus, et legitimus Pontifex, numquam tamen hac via itum est ad extingvendum schisma, ut a Pontifice, cujus impetebatur Pontificatus, perteretur, ut munere suo cederet ita, ut aut suo antipapæ, aut novæ electioni locum daret. Sed inquisitum fuit, quemadmodum factum est a S. Cypriano, dum Africa universa titubaret in Novatiani schismate, quomodo se amborum electio habuisset, atque expensum, cujus bona causa, cujus mala esset. *Supra Part. I. harum Institution. pag.* 179. Sic in schismate inter Damasum, et Ursicinum, inter Bonifacium et Eulalium, inter Symmachum, et Laurentium, in omnibusque schismatum casibus aliis actum fuit. Anne Summus Pontifex, quia repertus est, qui insurgeret adversus ejus Pontificatum, debebit hunc dimittere in gratiam

sui

sui adversarii, qui scissionem fecit, huicque cedere suam potestatem, et dignitatem, ut ita redeat unitas se præbendo ad id, quod summo scelere, atque nequitia quæsivit ejus adversarius? Præclare enim vero ageretur, si lis existeret inter duos de hæreditate, et ad hanc componendam ab his exigeretur ambobus, ut hæreditati, quia sub litem venerit, renuncient, hancque cedant cuidam tertio. In quo judicio, quæso sic dijudicantur causæ? Quemadmodum quod Deus conjunxit, homo non separet, *Matth.* 19. *v.* 6. ita etiam quam pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam plenam potestatem Christus in Petro Romano Pontifici tradidit, quæ sunt verba Florentini Concilii in Decreto Unionis, ita hanc etiam nulla humana potestas potest auferre. Bene ergo responsum est Petro de Luna a Bonifacio: Renunciet ipse, si vult, et qui se obligavit, et non habet quid perdere. (Quem enim depositurus erat Pontificatum, cum nonnisi pseudo pontifex esset, nihil perditurus erat deponendo, quem nullum habuerit.) Nos sumus, qui potestatem e Deo habemus, et nolumus renunciare.

§. 35.

Annatæ, et earum origo. Bonifacio IX. succedit Innocentius VII. Huic Gregorius XII. Cardinales non habet sibi addictos.

Bonifacius triduo post, jam antea æger, morbo enim quem calculum vocant, laboravit, accedente animi commotione inter sermonem cum Petri de Luna legatis, diem supremum obiit. Ab hoc Pontifice vulgo repetitur initium Annatarum.

Hoc

Hoc nomine intelliguntur fructus primi anni omnium Ecclesiarum Cathedralium, et Abbatiarum vacantium, quos is, qui beneficium consecutus est, pendet Cameræ Apostolicæ. Attamen jam Clemens V. istud in Anglia fecerat, cum id vidisset ibidem factitari ab Episcopis erga eos, quibus beneficia conferebant in suis dioecesibus, ratus id, quod Episcopi facerent, se quoque posse et æquiore jure facere. Joannes XXII. quoque id fecit ad succurrendum Ecclesiæ Romanæ indigentiæ, quoad beneficia intra triennium vacantia, exceptis tamem Episcopatibus, et Abbatiis. *Thomass. Tom. III.* 793. Annatarum æquitatem tuetur etiam Joann. Gerson *de Simonia cap.* 3. Nam et in Veteri lege decimas decimarum esse Summo Sacerdoti a Levitis præstitas. *Num.* 18. *v.* 28. Sic igitur, inquit, non minus in lege nova debetur hæc decimatio facienda ipsi Papæ per inferiores pro sustentatione status sui.

Sub Pontificatu ejusdem Bonifacii turba quædam hominum e Scotia egressa venerat in Italiam. Induebantur veste candida, et cruces portabant testaceas sangvine permixtas, atque oleo humectatas, quæ in æstivo calore sudare sangvine videbantur. Dicebant ipsum etiam Eliam Prophetam, e paradiso reversum, unum esse e suo numero, et vaticinabantur, brevi orbem interiturum terræ motu. Creditum fuit ipsis, in totaque Italia, atque Romæ quoque ipsi etiam Cardinales in saccis albis cum capitiis, quæ faciem tegerent, solisque oculis foramen relinquerent ad videndum; per continuos tredecim dies nova cantica cantanbant circumeuntes templa, et plateas, perculsi terrore illius terræ motus, et divini judicii. In multis fructum protulit; namque se retra-

rahebant a licentia vivendi: etsi auctores istius ei deceptores, et sycophantæ fuerint. Captus st ex horum numero unus, quæstioni subjectus, onfessusque crimen, (in ipsis enim Ecclesiis, in uibus noctes solebant agere, inter se scortabanur) cum hic ad rogum damnatus fuisset, deprenensa nequitia, alii male sibi conscii se subduerunt: brevique exaruit res fundata in decetione non in vera pietate. *Theodoricus Niem ib. 2. cap. 26. Platina in Bonif. IX.*

Bonifacio IX. mortuo Cardinales, qui in hus parte erant, voluerunt in suspenso tenere eletionem Pontificis, nec eam præcipitare, si forasse Petrus de Luna se etiam vellet præbere æuum ad tollendum schisma, et præstare quod poponderat, seque abdicare Pontificatu. Igitur um Cardinales ex legatis Petri, qui Roma nonum discesserant, quæsivissent, essentne instructi otestate ad abdicationem nomine Petri faciensam, idque negavissent, iidem eos hortabantur, t aliquos e suo numero mitterent ad Petrum, tius ab eo petendæ, et afferendæ abdicationis iusa. Responderunt, incassum se hos missuros, ec enim hanc a Petro sperandam esse. Dum itur legati Petri nec mittere quosdam voluissent l Petrum, Cardinales electionem instituerunt ondum elapso mense ab obitu Bonifacii, concoribusque suffragiis electus est Cosmas de Meliora- Cardinalis, et Archiepiscopus Ravennas, qui Innocentium VII. nominavit, datoque prius re jurando, quod et ab omnibus aliis factum rdinalibus est, daturum se operam tollendo hismati etiam cedendo, et deponendo ipsam ntificiam dignitatem. Statimque factus Ponti- t misit literas ad Principes, et Episcopos, qui in

in ejus parte erant, indixitque generale concilium Romam ad diem 1. Novemb. anni subsequentis 1405. Idem de concilio scripsit Universitati Parisiensi, non ignarus quantæ hæc præsertim apud Gallos esset auctoritatis. Joannes de Columna, quæ Romæ erat potentissima familia, dominatum in Urbe voluit occupare, et sub specie illius veteris libertatis, quam Roma habuit florente republica, adjutus a Ladislao Neapoleos Rege, seditionem excitavit. Innocentius Pontifex ad Castrum Angeli confugere coactus est. Ludovicus de Melioratis, nepos Innocentii, juvenis animosus indignatus, undecim ex conjuratis, quos comprehenderat, manu sua obtruncavit, eorumque corpora ad plateam ejecit. Quorum cæde efferati ceteri aes campanum per totam Urbem pulsarunt, atque omnes ad arma capienda adversum Pontificem, et Clerum concitarunt, quamvis insciente Pontifice facta esset cædes illa ab ejus nepote. Pontifex vitaturus periculum clam, et nocte se recepit Viterbiam. Nec tamen conjurati prævalere poterant: sed ii, qui in fide Summi Pontificis ex Romanis manserant Joannem de Columna, et Regem Ladislaum, cujus opibus Joannes nitebatur ex Urbe expulerunt, Innocentium vero Papam revocarunt. Propter has gravissimas turbas Concilium celebrari non potuit, quod fuit indictum ab Innocentio, sed neque mense Majo anni subsequentis ad quem per alias literas Innocentii fuit dilatum. Universitas Parisiensis prona ad procurandam extinctionem schismatis acceptis literis ab Innocentio consessum idcirco instituit. Petrus de Luna unum e suis Cardinalibus nomine Challandinum Parisios misit ad disturbandum hunc consessum. Sed nec Universitas, neque Principes Regii hunc agnoscere volebant legatum, qui ve-

enisset ad concordiæ, et pacis consilia turbanda, t impedienda. Universitas etiam conabatur Caolum VI. Regem Galliæ permovere ad decretum enovandum, et confirmandum, jam prius fatum de obedientia Petro de Luna deneganda in egno Galliæ. Hoc non processerat Universitati: ttamen annatas ei subtraxit, et prohibuit quas xigebat in Gallia.

Die 6 Novemb. a. 1406. Innocentius VII. ictus apoplexia, decessit. Cardinales etiam nunc voluissent differre electionem, si fortasse ista ratione pronius esset reducere unitatem. Ex adverso autem erat illud, quod eis svasit maturare electionem, ne Sede vacante seditio Romæ vix compressa, ad dominatum Romæ invadendum, et adhuc gliscens suscitaretur, et denuo erumperet. *Itaque mediam quamdam viam secuti, Patres quidem eligere statuerunt, verum ita obligare eum, qui eligeretur, ut se magis procuratorem ad deponendum Pontificatum, quam Pontificem factum existimare posset:* quemadmodum est scriptum his ipsis verbis ab Leonardo Aretino *in Histor. Rer. Italic. et Epistolar. lib.* 3. *ep.* 5. Idem testatur, promisisse, juravisse, et vovisse unumquemque Patrum, idque suo etiam chirographo, si contigerit, ut Pontifex eligatur, depositurum se Pontificatum, si adversarius Pontifex idem faceret, idque statim illi per literas significaturum, et invitaturum ad hoc ipsum faciendum, procuraturumque insuper omni via, et modo unitatem, idque bona fide et sine ulla fraude; insuper promissionem, et votum, et jusjurandum, quod ipse præstitisset, omnibus Regibus, Principibus per suas literas primo quoque tempore significaturum, quo eos testes haberet obli-

obligationis suæ. Cautum etiam fuit eadem sponsione, ne quem Cardinalem crearet ultra eum numerum, quem Cardinalium haberet adversarius Papa intra spatium unius anni, ab inchoato tractatu cum eodem adversario Papa, quemque dilaturus non sit ultra menses tres ab inito Pontificatu. Electus est Angelus Corarius natione Venetus Cardinalis die 2. Decemb. nomenque Gregorii XII. assumpsit. Jam decima a sui electione die, et necdum inauguratus ad Petrum de Luna dedit literas, quibus docuit, se Pontificatum depositurum, si hujus insignia et ipse deposuisset, ut communibus deinde votis eligatur Pontifex, atque ita unitas in Ecclesia refloreseat. Petrus rescribens Gregorio paratum et ipse se dixit ad renunciandum Pontificatui, si in quemdam locum convenientes istud Gregorius reipsa præstitisset. At vero Carolus Galliæ Rex non vane augurabatur, quanta enim Petri esset ambitio, noverat, qualibusque dolis niteretur, nihil successurum per colloquium duorum Pontificum, quam rationem tollendi schismatis per colloquium idem Petrus de Luna proposuerat. Itaque voluit Rex Galliæ, ut ante colloquium ambo Pontifices deponerent Pontificatum, ejusque insignia coram certis testibus. Et revera quid opus fuit congressu, atque colloquio quando hoc unum erat, quod desiderabatur, jamque ipsorum etiam Pontificum consensu constitutum esset, ut se abdicarent Pontificatu. Sed Petrus de Luna simulavit solummodo se Pontificatum depositurum, ne ipsius pertinaciæ schisma imputaretur, promissionem autem hanc in colloquio elusisset. Cum Rex Galliæ accepisset a Gregorio XII. sponsionem de abdicatione Pontificatus, ipse et Parisiensis Universitas misit legatos octo et triginta ad Petrum de

de Luna, qui ei declararent, Galliam universam, pluresque alias orbis Christiani regiones denegaturas ei obedientiam, nisi idem quod Gregorius, fecisset, atque huic denunciationi Petrus refragari aperte ausus non esset, tamen edictum fecit, quo ad sibi, suisque successoribus obediendum universos ita obstrictos esse voluit, ut anathema in eos constituerit, qui hanc ei obedientiam, et subjectionem denegassent. Sic videlicet munire se voluit adversus defectionem a se, quæ ei per eam legationem, quæ dicta est, intentata fuit.

Gregorius XII. postquam Regi Galliæ declaravisset, se paratum ad renunciandum Pontificatui, misit confestim etiam legatos ad Petrum de Luna ad locum constituendum congressui suo, et colloquio. Petrus de Luna induxit legatos Gregorii, ut consentirent in Savonam, locum ad habendum illud colloquium. Civitas hæc sita est in Liguria maritima, fuitque tum obnoxia imperio Gallorum. Hunc vero locum Gregorius recusavit, utpote, unde metu arceretur: nam Genuenses habere classem, in mari, Venetis, ex qua civitate ipse oriundus esset, inimicos, Bucicaldum Genuæ obtinere præfecturam, quem habeat sibi suspectum. Non multo post Bucicaldus Romam contendit cum classe, ut hanc assereret Antipapæ Petro de Luna. Non igitur vanus erat metus iste Gregorii a Bucicaldo. Quamobrem hunc recusavit locum, nisi ea removerentur, quæ eum sibi haud securum, atque tutum facerent, aliamque civitatem, ut Florentiam, vel Pisas, expetebat. Nec sane hic locus a Petro de Luna delectus fuit absque vafro aliquo consilio, meritoque metuit, ne ab eodem Petro circumventus com-

comprehenderetur, et fortasse ipsius-etiam vitæ (
scrimen adiret. Tantoque magis istud suspicari
cebat, quod Petrus nullo modo ab hoc loco ad l
bendum congressum, se dimoveri passus sit, ;
statim Savonam se contulerit, eoque promtius,
obtendere posset, non a se verum a Gregorio (
tam esse causam, cur et frustratum hoc es
colloquium, nec factum id, cujus gratia insti
debuisset. Gregorius vero etiam ad iter se de(
et usque Senas perrexit, ut vicinior ei esset S
vona: neque tamen usque Savonam: cum
quæ petebat securitatis suæ causa, præstita n
fuissent. Senis Gregorius una cum Curia, et co
legio suorum Cardinalium Lucam profectus e
ubi quatuor novos creavit Cardinales: quod gr
vissime tulerunt ceteri ejus Cardinales, quer(
tes id ab eo factum adversus datum jusjurandu
de non creandis Cardinalibus intra spatium un
anni, nisi Petrus de Luna prior numerum su
rum Cardinalium auxisset: cumque iidem Greg
rii Cardinales censuissent, id eo factum esse
Gregorio, ut se firmaret adversus Petri de Lu
factionem; hunc arguebant non gerere sincer
mentem ad schisma tollendum, qui ejus comp
sitionem et hactenus frustratus sit, et conet
frustrari, quod ipsum etiam ab eo fieret adve
sus jusjurandum, a se datum.

Verum est, quod novos Cardinales sibi cre
verit, ut se firmaret adversus contrariam Pe
de Luna factionem. Etsi vero Petrus de Lu
novos sibi Cardinales non constituisset, vires t
men novas acceperat ejus factio, cum plures Gr
gorii Cardinales a Gregorio se avertissent, in pa
temque adversam inclinassent; id quod ex cer
indiciis, et ex multorum relatione se adverti
te-

testabatur Gregorius in literis suis ad Universos Christi fideles, quas Raynaldus exhibet *in Annalib. ad a.* 1408. *num.* 61. Dum igitur solummodo in eum casum cautum fuerit per illud jusjurandum, ne novos sibi Gregorius crearet Cardinales, si factio Petri de Luna novas vires non sumpsisset; per defectionem vero suorum Cardinalium ad Petrum de Lnna hoc factum fuisset, atque hoc jam fieri incepisset, Gregorius Papa jam se illo sacramento teneri non credidit de non creandis novis Cardinalibus. Quamobrem et S. Antoninus *Part.* 3. *tit.* 32. *c.* 5. §. 1. Gregorium hoc fecisse illæsa juris jurandi religione defendit adversus perjurii infamiam, qua eum sui boni Cardinales resperserant. Expendetur adhuc postea utrum vel ligari potuerit Gregorius illis conditionibus, quibus antequam Pontifex factus esset, devinctus per Cardinales est. Quod vero ad Gregorii mentem attinet, etiam ipse in his iisdem literis ad Universos Christi fideles, testatur sibi ad schismatis exstinctionem et ad unitatem Ecclesiæ redintegrandam sinceram mentem et antea semper fuisse, atque in hac se perstare, dummodo eadem sinceritate Petrus de Luna huic operam dare voluisset. Idque postea ipsa etiam re præstitit, dum in Concilio Constantiensi se abdicavit Pontificatu, ut unitas fieret, et omnium conjunctio sub unum, idemque caput visibile Ecclesiæ: quod non fecit Petrus de Luna, nec ad hoc faciendum ullo modo permoveri potuit: qui cum Regi Galliæ spopondisset, dum ab eo receptus fuisset in gratiam, et Cardinales, qui ab eo defecerant, se ei etiam iterum subjecissent, atque hæc sponsio illius relata inter Acta publica fuisset, notarium inducere conatus sit ad hanc sponsionem ex actis prætermittendam, et cum hoc

ob-

obtinere ab eo non potuisset, in carcere ultra annum tenuerit, quin minis etiam, atque terroribus ignis ad hoc adigere voluerit. *Tom.* 22. *de Schism. pag.* 125. et inter accusationum Capita quæ producta sunt contra Petrum de Luna in Syn. Constant. *Sess.* 10.

§. 36.

Quid Carolus VI. Rex Galliæ ulterius ad abolendum schisma egerit, et quomodo Petrum de Luna habuerit.

Antequam actum de illo congressu, atque colloquio Savonensi esset, Parisiis die 1. Novemb. a. 1406. institutus est conventus, cui Regii Principes, et sexaginta quatuor Præsules interfuerunt, constitutumque est, ut colloquium inter Pontifices omnino fieret; si autem id ab illis impetrari non posset, uterque suo in loco abdicationem faceret, atque de hac a se facta testimonium daret, idque, sicut reipsa erat, judicatum est multo etiam expeditius. Quod si colloquium inter eos institutum esset, nec tamen abdicationem perfecissent, tunc eum, qui in cessionem non consensit, devitandum esse, ut schismaticum, Ecclesia extorrem, nullaque dignum obedientia, per quem solum steterit, quo minus pax reddita fuerit Ecclesiæ. Postea autem Cardinales utriusque partis convenire debere in eumdem locum ad Pontificem eligendum. Quodsi ne tum quidem fieret sufficiens concordia, ab Rege Galliæ petitum est, ut hanc ipse Rex perficeret, cum ea parte Cardinalium, quæ non adhæreret Pontifici abdicationem facere renuenti. Hoc statutum Conven-

ıtus Gallici Carolus VI. Rex Galliæ per paten-
literas promulgavit die 18. Febr. a. 1407. de-
ravitque, si his modis, qui dicti sunt, non
ccessisset concordia, se hanc per legatos suos
conditionibus, quas his ipse præscripturus es-
, perfecturum. Itaque Gallia sibi arrogavit
n tantum magisterium, et auctoritatem præ-
ibendi, qua ratione negotium instituendum
et concordiæ, verum etiam hujus, si illa ra-
ne a se præscripta non successisset, per seipsam
ragendæ, et perficiendæ, hoc est, ut mihi vi-
tur, dandi Pontificem Universæ Ecclesiæ eum,
em illa ponendum censuisset. Si Gallia egisset
cumspectius, et electo jam Urbano VI. jamque
quartum mensem Pontificatum pacifice geren-
, non suscepisset Robertum Gebennensem, in
em tam prona fuit, quia Gallus erat, quem
truserant Cardinales seditiosi et rebelles adver-
Urbanum: schisma quod perversissime Cardi-
les illi conflaverant, viribus invalescere non
tuisset, statimque in ortu oppressum facile
sset.

Exstant literæ Caroli VI. Regis Galliæ apud
eodoricum Niemum *Tract.* 6. *cap.* 14. quas
hibet etiam Raynaldus *ad a.* 1408. *num.* 20.
ibus docet, annum et plus se frustra consum-
isse, in Petro de Luna et Gregorio, ut eos in-
cerent ad abdicandum se Pontificatu, nec ta-
en quidquam profecisse, illis semper se excu-
ıtibus, quo minus locum in Orbe toto inveni-
valuerint, ubi sua vota, suaque juramenta
implerent: proinde de cetero his non esse obe-
endum: nam esse ambos obstinatos, et dura
ıtentia obfirmatos contra pacem Ecclesiæ. Idem
x etiam Cardinales, qui in parte Gregorii
erant

erant, hortatus est, ut dimisso eodem Gregorio cum Cardinalibus Petri de Luna, se se conjungerent, in unumque locum convenirent ad unum certum Pontificem dandum Ecclesiæ. Cum idem Rex Galliæ Petro de Luna denunciasset, nisi ad diem quem ipse ei defixerat, diem Christo adscendenti in cælum dicatum ejusdem anni 1408. sponte se Pontificatu abdicasset ad schisma tollendum Galliam ei ultra non parituram, Rex etiam Bucicaldo, cujus jam facta mentio est, et Genuensibus præfectus erat, mandatum dederat de Petro de Luna comprehendendo. Quam vero is sui comprehensionem antevertit fugiendo in Cataloniam, sub protectionem Regis Aragoniæ. Hic anathema vibravit in Regem Galliæ, et omnes a quibus desertus esset, suumque edictum de hoc misit Parisios: ubi vero hoc publice laceratum, et combustum est: ii quoque, per quos fuit allatum, induti dalmaticis lineis cum infulis chartaceis in capite, in quibus insignia Petri de Luna erant depicta inverse, postquam circumvecti fuissent per urbem in curru, quo fimus evehebatur, ac deinde in pegmate ante fores cujusdam Ecclesiæ constituti fuissent, ut plebi essent spectaculo, et ludibrio, missi sunt in carcerem. Universitas vero Parisiensis Conclusiones sex publice proposuit, hisque asseruit, Petrum de Luna esse hæreticum, schismaticum, et perturbatorem pacis Ecclesiæ: huic non esse obediendum, et nequidem Papam esse dicendum, atque in schismatis crimen hunc etiam delapsurum, qui hoc ei nomen dignitatis tribueret, illudque ipsius edictum esse iniquum, seditiosum, dolosum, et quo ipsa etiam Majestas Regia læsa sit; denique contra fautores, et receptores Petri ejusque literarum perinde procedendum esse,

ıtque adversus ipsum Petrum. *Monstreletus* 2. *Theodoric. Niem Tract.* 6. *cap.* 17.

§. 37.

Gregorio XII. deficiunt Cardinales, seque onjungunt cum Cardinalibus Petri de Luna, t indicunt Concilium Pisas. Quæ contra ioc concilium obmoverint legati Ruperti Reis Romanorum.

Cardinalibus, qui in parte Gregorii erant, optatius potuit accidere illis literis ab Rege ıæ ad se datis, postquam jam sponte etiam sua eissent, a Gregorio, ejusque excussissent auctoem facta appellatione ab eo ad Jesum Chri-ı, et ad universale concilium, nec non ad m futurum: atque inita concordia cum Car-libus Petri de Luna indixerunt generale conn Pisas. Die 25. Martii a. 1409. incepit, et nuatum est tribus, et viginti sessionibus usad diem 6. Augusti ejusdem anni. Convent præter Cardinales duos, et viginti, quoalii ex parte Gregorii XII. erant, alii ex e Petri de Luna, mutua conciliatione, et sote inter se conjuncti, quatuor Patriarchæ, ıt, horum titulum gerentes, Archiepiscopi lecim, Episcopi octoginta, multo autem plutam Archiepiscoporum, quam Episcoporum ntium Procuratores: turba quoque ingens at Abbatum, Priorum, et Generalium Orm Religiosorum, nec non Ruperti Regis Roorum, Caroli VI. Regis Galliæ aliorumque ium Regum, et ab Collegiis Canonicorum, niversitatibus missi Oratores. Omnium pri-

mo hoc se concilium, per Cardinales utriusqu
collegii convocatum pronunciavit generale esse
et universam repræsentans Ecclesiam atque adse
tanquam ad unicum superiorem, et judicem in
terris pertinere causæ contra Benedictum, e
Gregorium, de Papatu contendentes, cognitio
nem, examinationem, decisionem, et cujusqu
modi determinationem. Statuerunt deinde, lici
tum fuisse Fidelibus discedere ab obedientia tam
Petri de Luna, quam Gregorii, postquam ne
gassent pertinaciter per voluntariam abdicationem
clare Ecclesiæ unitatem; insuper omnes, qui ad
essent in concilio, ut judices, ipsosque Cardina
les, posse esse testes legitimos, quibus proinde
sit fides adhibenda. Non tenet vero, ut in judi
cio idem sit testis, qui judex. Sed videlicet si
præmunire se debebant Cardinales, quorum au
ctoritate et convocatum fuit Concilium, et qui
huic etiam præsiderent, ut fidem reperirent, d
quibus incusarant Gregorium et ante concilium
per eas literas, quibus concilium indixerant, (
quæ adversus eum jam in Concilio attulerant
adhucque allaturi erant: quale istud quoque fu
quod modo dixerant de eodem Gregorio, noluis
pertinaciter per voluntariam abdicationem da
Ecclesiæ pacem. Hoc enim dictum ex vero n
fuisse, ea ostendunt, quæ jam supra demonstra
ta sunt.

Facta deinde enarratio totius schismatis e
ipsaque ejus origo exposita: sed totum eo colo
quem dederant jam etiam ante suæ illi electio
qua post Urbanum VI. jam a se electum, Robe
tum Gebennensem elegerant alium Pontificem
sparso rumore, ex gravi metu sibi incusso n
valuisse priorem electionem. Hunc enim metu

non-

ınisi prætenderant suæ illi electioni, ut tege-
t seditionem, cujus acti spiritu istud tam te-
m, et diuturnum schisma ipsi conflaverant.
ati ad concilium sunt Petrus de Luna, et Gre-
:ius, postulatumque, ut se Pontificatu abdi-
ent. Neuter vero paruit. Eo res tendebat,
ue sibi constitutum habebat hocce concilium,
quamvis se sponte non abdicassent Pontificatu
rus de Luna, et Gregorius, tamen eodem il-
abrogato, alius eligeretur Pontifex, ut ista
ione, quemadmodum putabant futurum, scis-
Ecclesiarum, quarum aliæ huic, aliæ illi Pon-
:i adhærerent, tollatur. Atque huc suam etiam
tea sententiam, et omne, quod decrevit, di-
erat Concilium. Nec tamen res etiam caruit
:eptationibus, primum in quibusvis regnis, et
vinciis, cum ad eas Cardinalium literæ, qui-
indixerant Concilium, allatæ fuissent: regna
o, et provinciæ intelliguntur, quæ parebant
:gorio Papæ: nam quæ Petrum de Luna, etiam
ertum a Gallia, perstiterunt sequi, nullum lo-
a huic indictioni dederant, neque earum Epi-
pi permissi sunt prohibente Petro de Luna
ad concilium. In illis autem provinciis, quæ
ntificem venerabantur Gregorium, res sua no-
ıte admirationem fecerat, indici Concilium a
rdinalibus, nec tantum non ab ipso Pontifice,
um etiam contra Pontificem. Obtinuerunt ta-
n hæ literæ, ut ex plerisque provinciis Epi-
pi Pisas ad Concilium irent, Regumque com-
ırium Oratores, cum Gregorius Papa in his
descriptus esset, quasi verus non perstitisset
pa, aut saltem quasi esset dubius, atque hoc
u Cardinales prædicarent, sui esse juris con-
:are concilium: sed qua veritate hoc fecerint,
ex iis, quæ jam antecesserunt, intelligi potest,

et adhuc apparebit ex subsequentibus. Insi
etiam præ ceteris conventus in hac causa fuit F
cofurti institutus: in quo præter Germaniæ
chiepiscopos, et Episcopos et Principes e
dem Germaniæ permultos, ipse etiam Rupe
Rex Romanorum fuit, nec non Francorum et
et Anglorum Oratores. Ad hunc conventum
nerat quoque Landulphus Cardinalis, quem
dinales miserant, qui Pisanum concilium ind
rant, et Antonius legatus Gregorii Papæ, ca
acturi ejus partis, ex qua missi erant. Post
ctatum sex dierum cum Rupertus Rex, ce
que, qui in hoc conventu fuerant, permo
non potuissent, in quo laborabat Landulphus
agnoscerent auctoritatem Cardinalium ad fac
dum concilium; de legatis tamen mittendis
concilium urgendæ unitatis causa initus con
sus est. *Theodoric. Niem. lib. 3. cap.* 39.

Missi sunt Conradus de Susato, Artium
Theologiæ Magister, Canonicus Spirensis, et
perti Regis Romanorum Orator, Joannes Ri
sis Archiepiscopus, Matthæus, et Ulricus,
Werdensis, ille Wormatiensis Episcopus. In
nodo Conradus exposuit, se venisse, ut pa
inter Gregorium, et Cardinales conciliaret,
que dubia quæpiam attulisse a Ruperto Roma
rum Rege, quæ is sibi velit eximi. Primum, I
giam Majestatem rationibus diligenter pensa
et libratis, non posse videre, quomodo uni
possit fieri omnium, dum concilium aliud Pi
agatur, aliud sit indictum a Gregorio. Ad sc
sma tollendum, et ad Ecclesiarum unitatem p
ficiendam vidimus supra Innocentium VII. C
cilium generale indixisse, sed quod bellicis tum
tibus impeditum celebrari non putuerit. J

Urbanus VI. Sed concilium generale ad
mendum schisma invisissimum semper erat
ntum pseudo-pontificibus Clementi VII. et
de Luna, verum etiam Regi Galliæ. Me-
it, nec vane, integumenta quibus involve-
'actiosi Cardinales rem, quam adversus Ur-
ı VI. egerant, detractum iri, hujusque Pontifi-
fuisse legitimum evincendum esse: unde et
ıalibus, qui Clementem VII. elegerant,
debat probrosa condemnatio, sed nec Re-
lliæ hoc cessurum fuisset honori, quod
aticæ electioni Cardinalium faverit. Nunc,
rius Papa videns, nullam esse spem, ut Pe-
e Luna se abdicet Pontificatu, et quo hunc
nte idem facturus erat Gregorius, neque
indixit generale Concilium die pridie no-
lii, sive die sexta Julii a. 1409.

ısignem hic rursus Cardinales admiserunt
m. Sub hoc prætextu indixerant Conci-
enerale Pisas, quasi non tantum Petrus de
verum etiam Gregorius effugere conatus
ımnem tractatum de suo Pontificatu, in
versiam vocato. At vero ipse Gregorius
indixerat, et convocaverat generale Con-
Itaque Cardinales nullam, ne in speci-
idem, causam aliquam idoneam habere po-
, cur ipsi indicerent Concilium, quasi cum
na videretur ratio tollendi schismatis, ipsi
ınvocaverint, ad quod convocandum Gre-
permoveri non potuisset tempore tam ne-
o. Itaque suis literis, quibus indixerunt Con-
, diem apposuerunt vigesimam, et quartam
lentis mensis Junii; ut Gregorius videre-
lixisse Concilium tantum coacte, et solum
ad impediendum et infringendum Pisanum
con-

concilium jam prius indictum. Hoc Conradus Orator Regis Romanorum Ruperti ex ipsorum Cardinalium literis ostendit, in quibus die 26. Julii Liburni datis hoc erat ab iis scriptum: *Deliberavimus invicem convocare concilium generale ex utraque parte eisdem, loco, et tempore, cui rei, atque nostri propositi intimationem determinato loco, ubi optandissima congregatio hujusmodi fieri debeat, et oratorem nostrum præcipuum mittemus in brevi.* Quæ verba istarum literarum cum Conradus, Orator Ruperti, produxisset, *Ex quibus, literis*, ait, *et verbis patet, quod vigesima sexta Julii, quæ fuit plusquam per mensem, post prætensam datam literarum convocationis sui prætensi concilii, ipsi deliberaverant convocare concilium:* hoc est, plus quam mensis erat a die 26. Julii, quam literis apposuerant, quibus indixerant Concilium. *Sed nondum convocabant, quia nondum erat determinatus locus, ubi ista congregatio fieri deberet. Igitur datarum literarum sui prætensi concilii nondum erant concordes de loco. Igitur data est anticipata, et hoc in fraudem domini Gregorii. - - - Quidam etiam Abbas ambasiator* (idem intelligitur, qui legatus) *dictorum dominorum olim Cardinalium retulit, quod per duos menses disputarunt de loco, in quo indiceretur concilium, et de hoc etiam habetur evidens, magnumque testimonium eorum, qui adhærent ipsis dominis olim Cardinalibus, dicentium, quod per totum mensem Augusti primo fuit concordatum de loco Pisarum cum Florentinis. Quod etiam patet ex hoc, quia nuncius, qui deferebat literas concilii Cardinalium, habuit literas credentiæ olim dominorum Cardinalium sub data primi Septembris. - - - Videtur igitur manifestum, quod datam prædictam*

m callide anticipaverunt, volentes Gregorium, et s Concilium prævenire. Quin multis etiam testi- idem Conradus, Orator Ruperti, probavit de ıcilio, quod a Cardinalibus fuit indictum, ne- idem aliquid auditum fuisse: antequam conci- n Gregorius indixisset. Quid igitur? nempe ab concilio sibi male metuentes, aliud concili- ipsi subdole indixerant diem etiam falsam, hoc indixerint, literis apponentes ad frustran- a concilium Gregorii. Ipsi, sicut auctores runt schismatis, ita hoc aliis, atque aliis facti- bus producere studebant, ne ipsorum nequi- patescerent, et meritas poenas darent. *Apud ynald. ad a.* 1409. *num.* 26.

Similem agendi versutiam idem Conradus ob- t Cardinalibus ex aliis eorum literis, univer- Christi fidelibus inscriptis, diemque habenti- , quo datæ sint, primam Julii Liburno: qui- significabant, se omnem, quantum in ipsis rit, obedientiam, juxta juris exigentiam (sunt ba ipsius epistolæ) a Gregorio abstraxisse, et idem faciendum Christi fideles adhortantes, *quirimus*, ajebant, *et monemus, quatenus ab ı Gregorii obedientia penitus, et omnino de- atis, et recedatis.* In his enim literis dixe- t, diem fuisse undecimam Maji, qua se abstra- int ab obedientia Gregorii: quod vero non ita habuisse, rursus ex ipsorum literis ad Ruper- Romanorum Regem datis die subsequente decima Maji probavit Conradus. In his enim esse ab ipsis scriptum: *Nec nostræ mentis a fide erga prædictum dominum nostrum* egorium) *dummodo modis, hactenus per eum ntis, succisis, ipsum ad id, quod tenetur, ef- ıaliter adimplere dispositum videamus, mo- do*

do aliquo deviare, sed tali eventu obedien et reverentiam debitam exhibere. Nam si di cima Maji nondum illius mentis fuerunt, erga Gregorium suum dominum modo aliqu viare, et discedere, igitur concludebat Conr non esse verum, quod scripserunt, die prc anteriore undecima Maji, ipsos ab obed Gregorii recessisse.

Etiam quod in literis suis scripserint, bus dies erat apposita prima Julii, se obe tiam juxta juris exigentiam subtraxisse a G rio, atque universos etiam Christi fideles h bantur ad idem faciendum, rursus quæsivit radus, qua justitia, hoc facere, quo etiam concilium indicere, et instituere per seipsos tuerint. Nam etiamsi hoc ipsis jus quam ma competiisset, si Gregorius Papa refragatus fi compositioni Ecclesiarum ad unitatem, t istud prætexere non potuisse. Hunc enim d situm ad convocandum Concilium fuisse, in lud etiam indixisse, antequam ipsi de eo ind do cogitassent, ipsosque etiam professos fi suæ mentis non esse a fide erga Gregorium modo recedere, dummodo ipsum dispositu derent ad id, quo teneretur, adimplendum que propria etiam confessione capti eran convicti, sibi nullam causam justam fuisse a negandam obedientiam Gregorio Papæ, et n dem jus coloratum concilii indicendi hab Cum vero extra controversiam omnem esset lum Papam habere jus generalis concilii cc candi, et instituendi, iidem Cardinales, u prospicerent adversum hoc, dicebant, id omnino verum, sed de Papa indubitato. etiam in hoc Conradus refellit. Ipsos eni

eris, quas scripserunt Romanorum Regi post
ectionem Gregorii sic locutos esse: *Post solen-*
es de futuri Pontificis electione tractatus, illo
ivinitus inspirante, qui cuncta perpetua ratio-
e gubernat, vota nostra in reverendissimum in
Christo Patrem, et Dominum ex collegio nostro
ominum Angelum tit. S. Marci Presbyterum Car-
inalem, confratremque nostrum ad culmen di-
nitatis Apostolicæ post divinæ gratiæ munera,
niversis ejus exigentibus meritis, nec immerito
scensurum, nemine discrepante, direximus,
umque confratrem nostrum in dominum no-
trum elegimus, et patrem. Itaque, ajebat por-
o Conradus hunc, dum elegissent, nullum præ-
endisse dubium: aut si dubium prætenderunt
iquod adversus Gregorium, ejusque Pontifica-
um, quare igitur omni semoto dubio in sum-
um Pontificem elegerunt, et ipsum toti nostræ
bedientiæ pro summo Pontifice dederunt, præ-
ntarunt, nec non verbis, et scriptis, nunciis,
: ambasiatoribus cum solennitate debita publica-
unt?

Item ulterius pergebat Conradus, si dubitant
e Papatu Gregorii, quare simili ratione non dubi-
nt de suo Cardinalatu? Quod si dubitant, non igi-
ir se possunt intromittere ad electionem, quam si-
i habent novi Pontificis destinatam. Si enim de Gre-
orii Pontificatu dubitent pari ratione etiam Inno-
entii VIII. Bonifacii IX. et fortasse etiam Urbani
I. Pontificatus habendus erit in dubio. Unde vero
iam conclusit, neque Cardinales, qui alii non
ossint esse, quam Pontifex fuerit, a quo cre-
i Cardinales sunt, posse esse indubitatos. Sed
iamsi solius Gregorii Pontificatus habitus fuis-
t in dubio, in hac etiam sola dubietate poterat-
ne

ne eligi alter Pontifex? At vero ipsi etiam Cardinales Gregorium concordibus suffragiis a se electum velut certum, et indubitatum Pontificem suis literis, atque nunciis declaraverant, et publicaverant. Et quamvis etiam in perjurii crimen lapsus fuisset, plures supra eum numerum qui fuit, creando Cardinales, et non abdicando Pontificatum, in quo neutro fuisse perjurium, jam supra demonstratum est, tamen per hoc crimen non excidisset e Pontificatu sicut neque Petrus, ipsum Christum cum perjurio abnegando, perdidit Pontificatum, quem ei Christus spoponderat dicendo: *Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni cælorum.* Matth. 16. v. 18. Quid, quod Cardinales neque possint ullis conditionibus obstringere Pontificem futurum? Id, quod jam supra cum dixissem, promisi me etiam declaraturum. Nam cum hoc tentassent Cardinales post mortem Clementis VI. facere, Innocentius VI. qui deinde electus fuit ab ipsis Pontifex, non tantum sua Constitutione, quam edidit, omnes leges, quas ei præscribere, et quibus adstrictum esse voluerunt, in irritum misit; verum etiam statuit, et decrevit in omne etiam futurum tempus, nihil virium habiturum quantumcumque Pontificem quem electuri essent, conditionibus, atque legibus obstrinxissent. *Supra Part. hujus IV.* §. 26. Sed et in Concilio Constantiensi non multo post videbimus, quod cum hoc nihilominus iterum, nec tantum Cardinales, sed ipsum etiam concilium attentasset, et jam laboratum esset de conditionibus, quibus se deberet obstringere Pontifex, quem electuri erant, (fuit autem is Martinus V.) tamen ab hoc cœpto suo destiterit dicens, Pontificem conditionibus obstringi non posse. Habet

Sum-

ıs Pontifex plenitudinem potestatis, atque hanc ipso Christo. Quæ plenitudo illo pacto non ıneret, nec ille Pontificatus perstaret, quem ıristus in Petro instituit, plenitudinem hantem potestatis.

Adversus Pisanum Concilium, a Cardinalis convocatum, objecerat quoque Conradus, nc convocationem eos facere non potuisse, quia pra convocandos nullam habuerint, et habet auctoritatem, sed neque, supra concilium c tantum non ordinariam, sed neque delegam. Id, quod verissime ab eo dictum est. Sunt ım Cardinales nonnisi negotiorum administri omani Pontificis, qui ultra id nihil possint, ıam quod eis a Pontifice commissum, atque tum est: nec eorum dignitas jus aliquod divie institutionis habet, qui neque fuerint ab ini) Ecclesiæ, atque etiam vacante Sede Summi ntificis sic sint circumscripti per Pontifices, in so etiam modo eligendi successorem Pontificem, dum in aliis omnibus rebus, ut totum inane, que irritum sit, quidquid contra attentent. ımquam autem ullus Pontifex dedit Cardinalibus testatem judicii exercendi de Romano Pontifice, c convocandi concilii, etiamsi ut ipsi hujus Pini concilii convocationem sub hoc prætextu ferunt, si quid dubium exortum esset de Pontie. Symmachus Papa accusatus fuit de adulterio: ıurentius, ejusque factio obtinuit a Theodorico ege Italiæ convocationem synodi eum in finem, Symmacho damnato, et deposito ex Pontificaipse obtineret Pontificiam dignitatem Converunt Episcopi mandato Regio adacti, sed ju:ium tamen de Symmacho agere ausi non sunt. *ıia sicut subditos*, (scribebat eodem tempore,

at-

atque in hac ipsa causa S. Avitus Episcopus ' ennensis in Gallia) *nos esse terrenis potestatib jubet Arbiter cœli, ita non facile datur intelli qua vel ratione, vel lege ab inferiore eminen judicetur.* Plenius hæc res jam narrata est su| *Part. II.* §. 15. Hi autem Cardinales, ne jud quidem adhuc aliquo facto de Gregorio Papa : tantum licentiam sibi sumpserunt excutiendæ ga eum obedientiæ, tam suæ, quam alio omnium, verum etiam ausi sunt perjurii, schismatis, cujus fautor sit, nomine, Greg Pontificatum abrogare, aliumque in ejus lo ponere, quemadmodum adhuc sequetur.

Cardinales, qui ex obedientia Gregorii er sed hanc excusserant, habebant Cardinales P de Luna pro schismaticis, utpote qui neque trum de Luna pro alio quam antipapa haber Hi igitur schismatici Cardinales veri Cardin non fuerunt, imo ne homines quidem de Ec sia, ab hac rescissi per schisma. Itaque Co dus, Orator Ruperti, iterum quærebat, quo do nihilominus Cardinales ex obedientia Gr rii cum iis, qui Petri de Luna, pseudo-ca nales, et schismatici erant coalescere in u collegium potuerint quasi verorum Cardinali quis hos Cardinales fecerit, cum nulli antea rint? quomodo sibi schismaticos copulare po rint, nequidem schismate absolutos, quos si absolvere voluissent, illi se ipsis numquam ad xissent, siquidem se schismaticos recognovis atque eo ipso nec veros Cardinales, æquo cum his, cum quibus in unum collegium co runt, gaudentes. Perbene vero utriusque p Cardinales coire in unum collegium pote Neque enim etiam Cardinales ex obedientia (

g

rii, postquam ab eo defecerunt, et idcirco eo percussi anathemate sunt, alii quam recessi ab Ecclesia erant; quin et Cardinales esse sierunt, quos Gregorius omni dignitate Cardilitia privaverit, et in quorum locum alios sibi rdinales creaverit. Finem dicendi Conradus sic cit, ut diceret, plura adhuc posse dici, adver-s hoc Pisanum concilium, sed quæ brevitatis usa prætermittat. Ego vero ex iis etiam, quæ cit, compendium feci, nisi quod nonnullas am meas observationes addiderim.

Argumenta Conradi contra Cardinales, et ab convocatum Pisanum Concilium, sumpserat ri dissolvenda Petrus Ancaranus Jurisconsultus noniensis. Cujus vero firmitatis potuerit esse ec argumentorum Conradi solutio ab Ancarano, test conjectura fieri ex ipsis ejus argumentis te perpensis. Erat, quidquid attulit, nonnisi ud, quod Cardinales attulerant in suis literis versus Gregorium, cur et ipsi discesserint ab us obedientia, et alios ad hanc Gregorio denendam hortati sint, quas hac de causa quaquarsum miserant: et tamen causam Ancaranus tinuit, cum Cardinales in hac simul judices, testes essent: cumque jam statim a principio ncilii decretum esset, quemadmodum supra deonstratum est, omnes in Concilio posse esse iam testes, non solum judices, horumque omnin testimonia futura fide digna. Conradus autem, et ceteri legati a Rege Ruperto missi, ne sponso quidem exspectato ad ea, quæ sunt diutata ab eodem Conrado, discesserunt, nomine egis interposita appellatione a dictis olim Cardilibus, anticardinalibus, conventiculo, atque nciliabulo per eos convocato, vel in posterum

con-

convocando ad futurum concilium rite, et canonice convocandum, nec non denunciando, ne quid attentaretur, pendente hac provocatione adversus Regem Rupertum, et quoscumque alios, huic provocationi adhærentes. Nam Rupertum, qui ut Rex Romanorum præcipuus sit defensor, et advocatus sanctæ Ecclesiæ Dei suscepturum horum omnium defensionem, et patrocinium. Cum hoc Concilium non pro legitimo concilio, nec Cardinales pro veris Cardinalibus Rupertus habuerit, ut ostendunt verba, quibus usi ejus Oratores in appellatione sunt, nec suæ dignitatis judicavit esse cum his ad aliquam disceptationem descendere. Idcirco relicto scripto, eadem illa continente, quæ erant, exposita verbis, cumque sigillo Regis ei appenso, protinus ejus Oratores discesserunt. *Apud Raynald. ad a.* 1409. *num.* 13. *et seqq.*

§. 38.

Continuatur Pisanum Concilium. Petro de Luna, et Gregorio XII. abrogatur Pontificatus. Alexander V. eligitur Pontifex. Concilium Perpinianense, et Aquilejense. Pisanum fuerit ne generale, et legitimum concilium.

Cardinales, Synodi auctores, et præsides, post Oratorum Ruperti discessum in negotio suo processerunt, nihil pensi habentes omnia, quæ adversum ipsos, et Synodum erant dicta ab iisdem Oratoribus. Neque hoc sperandum erat ab ipsis, qui nequidem Gregorio Papæ, quamvis id esset petitum etiam a Ruperto Rege Romanorum, cedere voluerunt, ut alius locus sumeretur conci-

lio, ad quem seipsum etiam iturum Gregorius pro-
iserat. Locum ideo voluit ipse designare, ut au-
oritatem tueretur Romani Pontificis, cujus sit con-
ocare Concilium. Denegatum autem hoc ei fuit, ne
iderentur aliquam adhuc illius agnoscere auctori-
atem. Et tamen de eo, quem jam habebant exu-
um Pontificia dignitate, adhuc nunc in Concilio
io judicium erant celebraturi, taliane essent Gre-
orii merita, ob quæ in amissionem inciderit suæ
ignitatis. Postquam igitur semel atque iterum
am Petrum de Luna, quam Gregorium ad suum
udicium citassent, citationis literis etiam in pu-
lico propositis, et affixis valvis Ecclesiæ, in qua
abitum fuit concilium, in Sessione, quæ deci-
na quarta fuit, die 19. Maji facta relatio est Con-
ilio, de criminibus Petri de Luna et Gregorii
onstare testibus, horumque testimoniis. Statim
gitur in sequente sessione die 5. Junii sententia
lefinitiva, et privativa, ut eam vocabant, lata est
n Petrum de Luna Benedictum XIII. et Angelum
Corario Gregorium XII. olim appellatos. *Fuisse,
t esse notorios schismaticos, et antiqui schi-
matis nutritores, defensores, fautores, et ap-
robatores, et manutentores pertinaces, nec non
otorios hæreticos, et a fide devios, notoriisque
riminibus enormibus perjurii irretitos, et viola-
ores voti, universalem Ecclesiam sanctam Dei
otorie scandalizantes cum incorrigibilate, con-
umacia, et pertinacia notoriis, evidentibus, et
nanifestis, et ex iis, et aliis se reddidisse omni
ionore, et dignitate etiam Papali indignos, ipsos-
que, et eorum utrumque propter præmissas ini-
uitates, crimina, et excessus, ne regnent, vel
mperent, nec præsint, a Deo, et sacris Cano-
ibus fore ipso facto abjectos, et privatos, ac
tiam ab Ecclesia præcisos: et nihilominus ipsos,
Pa-*

Petrum, et Angelum per hanc definitivam sententiam privat, abjicit, et præscindit, inhibendo eisdem, ne eorum aliquis pro summo Pontifice gerere se præsumat, Ecclesiamque vacare Romanam. Prohibuerunt sub excommunicationis sententia, ne quis eorum alterutri obediat; eos, qui secus fecissent, dicebant, per seculares Potestates esse compescendos. *Acta Concilii et apud Raynald. ad a.* 1409. *num.* 71.

Die 15. ejusdem mensis Junii Cardinales, qui quatuor, et viginti erant intrarunt conclave electuri Pontificem. Elegerunt concordibus suffragiis Petrum de Candia Cardinalem, et Archiepiscopum Mediolanensem. Fuit in Candia natus e pauperrimis parentibus, quos nequidem noverat, derelictusque mendicando vivebat. Visa ejus bona indole, et docilitate ingenii quidam ipsum ex Ordine Minorum assumpserat, et literas docuerat, suique Ordinis etiam veste indutum secum in Italiam duxerat, ubi et ad virorum magnorum notitiam venerat, et ad illas dignitates adscenderat. Alexandri V. nomen gessit in suo Pontificatu. Is Concilii omnes sententias, et acta confirmavit, sententias excommunicationis, suspensionis, et interdicti, et cujuscunque nominis alias, durante schismate latas jamque ipsius etiam Urbani VI. velut a Pontificibus dubiis latas, sustulit. Attamen beneficiorum Ecclesiasticorum collationes etiam a Petro de Luua ratas habuit, quæ factæ essent non animo schismatis fovendi. Indixit demum concilium in annum tertium in loco, tantum adhuc postea determinando, et notificando, idque disciplinæ Ecclesiasticæ instaurandæ causa.

Ad-

ersus hoc Pisanum concilium, quemad-
nec ejus celebrationi consentire volue-
etiam ne staret, tam Gregorius Papa,
trus de Luna laborabant. Iste Perpinia-
gonia Concilium celebravit, jamque duo-
mensibus ante inchoatum Pisis concilium
ebr. In hoc Petro de Luna laudes, et
a actiones primum tributæ sunt, quod
bus insudasset in schismate exstirpando;
ue sunt omnes, (perpauci præter Arago-
Episcopi) se se illum agnoscere, et co-
verum, atque legitimum Papam. Iidem
iam eumdem rogarunt, ut cum Pisis de
s exstinctione tractandum sit, huic se
a præberet, etiamsi cedendum honore
omisit se omnia facturum Ecclesiæ, ejus-
atis redintegrandæ causa. Omnes, quot-
nt in concilio, infulis e capite positis,
ue submissis gratias ei egerunt. Non di-
, quod dicendum erat, se abdicaturum
m, Gregorio hanc abdicante. Nam si
regorio ad abdicandum, idem facere vo-
etrus de Luna, confecta unitas fuisset in
oncilio, etiamsi hoc non omnibus dotibus
concilii se se commendavisset. Ille vero
Gregorius deponeret dignitatem: ipse au-
de, solus esset, ad quem conflueret omnis
dignitas, qui etiam deinde in Concilio
iensi, cum se Gregorius Pontificatu abdi-
amen nihil minus, quam hoc idem facere
Delecti sunt deinde sedecim, ex Concilio,
nodo deliberarent, quem Petrus de Luna
n confectione unitatis. E quibus quindecim
nt, legatos a Petro de Luna mittendos esse
um concilium, instructos plena potestate ad
n etiam Pontificia dignitate. Istud vero Pe-

trus de Luna se negavit facturum, et illum unum qui in hoc dissenserat a ceteris in deliberation sapientiorem dixit, ceteris omnibus fuisse. Ist vero, qui illud deliberatum fecerant, Petrus d Luna *Vos*, inquit, *me vultis scandalizare, lapi dem, in quem impingam ponere. Ego autem vo ponam in talem locum, ubi solem non visuri esti fortasse tota vita vestra.* Misit tamen legatos a Pisanum concilium, sed sine auctoritate cessio nem ejus nomine faciendi. Hi Pisas venerunt ele cto jam Alexandro: cum intromissi essent ad Con cilium, et Petrum de Luna adhuc nomine Sum mi Pontificis insignivissent, spreti atque reject sunt. *Theodoric. Niem lib.* 3. *cap.* 37. *Acta Perpi nianensis Conc. apud Raynald. ad a.* 1409. *num.* 8

Indictum fuisse a Gregorio Papa general concilium, sed nondum designato et determinat loco, ubi habendum esset, antequam Pisanum concilium indixissent Cardinales, qui a Gregori desciverant, et cum pseudo - cardinalibus Petr de Luna societatem iniverant, supra demonstra tum est. Ubi autem ab his indictum Concilium Pisanum fuisset, Gregorius quoque die 19. Decemb a. 1408. civitatem Austriam, sitam in dioecesi Aquilejensi, determinavit. Tempus ad habendum concilium jam erat prioribus literis praestitutum videlicet festum Pentecostes proxime subsequen tis anni. Cum concilium Pisanum indictum fuis set ad diem 25. Martii, in suisque literis Cardi nales Gregorium depinxissent velut perjurum, et schisma foventem, et qui idcirco seipsum extorrem a Pontificatu fecerit, quemadmodum jam su pra vidimus, suoque exemplo ad defectionem a Gregorio exstimulassent omnes, factum est ut ad Concilium Pisanum convenerint non tantum Prae

su-

es, verum etiam Principum, et Universitatum
ati, et oratores studio unitatis constituendæ,
æ Cardinalibus in ore erat, ea frequentia, quæ
n supra demonstrata est. Hinc vero sequi ne-
sse fuit, ut Gregorius, jam desertus a Cardina-
us etiam: desereretur ab aliis. Itaque perpau-
etiam ad ejus concilium convenerunt, etiam
stquam iteratis literis conventum ursisset. At-
nen Synodus hæc pronunciavit, decrevit, de-
ivit, et declaravit (sunt verba ipsius decreti)
ctionem, et inthronizationem Urbani VI. Pa-
, Bonifacii IX. Innocentii VII. nec non ipsius
egorii XII. factam fuisse canonice, adeoque
stitisse validam, ipsumque Gregorium esse ve-
m, et indubitatum Papam, et universalis Ca-
olicæ Ecclesiæ summum Pontificem, contra au-
n Roberti Gebennensis, Petri de Luna, ac Pe-
de Candia electionem fuisse nullam, temera-
um, illicitam, injustam, atque sacrilege præ-
mptam, quibus proinde ad Papatum jus nul-
m competierit, nec competat, sed qui Ecclesi-
ı sciderint. Ad schisma abolendum, perficien-
mque unitatem via cessionis spontaneæ sumpta
t etiam hic velut optima. Hæc etiam placebat
sanis in suo concilio: sed ita ut cum res non
ccessisset propter pertinaciam Petri de Luna,
lem sibi sumpserint licentiam judicii exercendi
Summo Pontifice, ejusque exauctorandi. Qui,
egissent, prout oportebat, eo debuissent omnem
natum dirigere, ut manifestis argumentis pate-
cerent inter duos de Pontificatu litigantes,
regorium, et Petrum de Luna, uter haberet
stum: qua sententia, cum Pisanum concilium
editum fuisset vulgo esse legitimum, et gene-
le, prosterni necesse fuisset partem alteram.
ıamvis enim dubium fuisset, uter duorum li-

 ti-

tigantium verus esset Pontifex, tamen indubium erat unum e duobus his esse verum. Ambos vero deposuerunt. Summum Pontificem sibi habet Ecclesia a Christo datum unitatis servandæ causa. Supra hanc Summi Pontificis auctoritatem seipsos Pisani extulerunt, atque hinc non unitati consuluerunt, sed duobus de Pontificatu litigantibus, addendo tertium, scissionem in Ecclesia multiplicaverunt, et schisma auxerunt. *Apud Raynald. ad a.* 1409. *num.* 82.

Natalis Alexander *Sec. XV. Dissertatione* 2. huic Pisano concilio nomen, et auctoritatem œcumenici concilii asserit, et sententiæ, quæ ab hoc lata non tantum in Petrum de Luna est, verum etiam in Gregorium, æquitatem defendit. Joannes Gerson in Tractatu *de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia Considerat.* 20. eos, qui ad convocationem Concilii Pisis celebrandi dederant operam, Spiritus sancti inspiratione tractos esse dixit. Generale, et legitimum fuisse, sensit quoque Dominicus Jacobatius *lib.* 3. *de Conciliis*, Azorius *lib.* 5. *cap.* 17. Carranza *Tom.* 3. *Concilior. pag.* 459. et ut alios prætermittam, ista mea etiam sententia fuit in Institutionum Hist. Eccles. editione priore. Non satis vero apparere, num Concilium Pisanum fuerit œcumenicum, et legitimum, Dominicus Mansi, in Animadversionibus in Historiam Ecclesiasticam Natalis docuit: ejus controversam auctoritatem esse, pariter asseruit Raynaldus ad a. 1409. num. 79. Bellarminus *lib.* 1. *de Conciliis*, *et Ecclesia cap.* 8. Concilium Pisanum nec approbatum, nec reprobatum esse dixit. S. Antoninus autem 3. Part. Chronicor. Tit. 22. §. 11. non dubitavit hoc Pisanum concilium habere pro conciliabulo, et neque Alexandrum

lrum V. agnovit fuisse verum, et legitimum Pontificem. Ejusdem sententiæ cum S. Antonino fuit Cajetanus Card. *Tract.* 2. *de Auctoritate Papæ et Concilii cap.* 11. et Sanderus *lib. de Visibili Monarchia.*

Dixi, meam quoque fuisse sententiam in priore editione Institutionum mearum Historiæ Ecclesiasticæ, hoc Pisanum concilium fuisse generale, et legitimum. Ex quo intelligitur, me ab hac recessisse. Ad hoc autem me permoverunt ista, quod Urbanus VI. et qui ei successerunt, Bonifacius IX. Innocentius VII. et ipse etiam Gregorius XII. legitimi fuerunt Pontifices. Vidi namque, atque etiam ostendi, illum metum, quem præ se ferebant Cardinales, qui elegerunt Robertum Gebennensem, quique sibi Clementis VII. nomen assumpserat, esse nonnisi metum, quem ipsi ficte præ se tulerint, ut bonum colorem darent factioni suæ, qua Robertum elegerant eum solummodo in finem, ut se ab Urbano VI. liberarent, quem reprehensorem, et castigatorem suorum morum nolebant ferre. Igitur Urbanus VI. fuit rite electus, et mansit legitimus Pontifex: unde etiam in contrarium sequitur, Clementem VII. fuisse antipapam, ejusque successorem Petrum de Luna: eos vero, qui Urbano VI. successerunt in Pontificatu Bonifacium IX. Innocentium VII. et Gregorium XII. fuisse legitimos Pontifices. Et quamvis olim fuerint, qui, decepti a Cardinalibus, ab Urbano VI. recesserint, et se Clementi VII. addixerint, aut saltem in dubium vocaverint, uter eorum habendus esset verus, et legitimus Pontifex; tamen jam modo nemo est, qui non Clementem VII. et Petrum de Luna in alio, quam Antipaparum numero duceret. Igitur

tur etiam ii, qui Urbano VI. successerunt,
runt veri, et legitimi Pontifices, ipseque
Gregorius XII. quemadmodum ipsi etiam C
nales, a quibus deinde desertus est Greg
hunc a se electum, ut talem promulgaveran
literis etiam ad Rupertum Romanorum R
datis, quarum testimonium jam productun

Ab hoc iidem deinde Cardinales defec
et secessionem fecerant. Huic suæ secessioni
tenderunt, quod Gregorius in perjurii c
incurrerit creando novos Cardinales, et no
ponendo Pontificatum, ad quas conditione
vandas, antequam electus esset Pontifex
cramento per Cardinales fuerit adstrictus.
conditione spoponderat utrumque. Abdi
rum se Pontificatu spoponderat, si hoc
Petrus de Luna fecisset. Hanc Petrus de
non fecit, nec ullatenus facere voluit. I
neque Gregorius obstringebatur ad hanc
dicationem faciendam. Altera conditio fuit c
Cardinalium numerum non augendum, nisi
Petrus de Luna suis prioribus Cardinalibus
addidisset. Hic Cardinales nullos alios sibi
vit, sed Gregorius observavit, quosdam e
Cardinalibus sentire cum Cardinalibus Pet
Luna. Per hanc conditionem obstringebatur
gorius abstinere a creandis novis Cardina
nisi per similem Cardinalium accessionem
de Luna factio novas vires sumpsisset. Has
sumpsit, Gregorii Cardinalibus desciscentib
adversam partem Petri de Luna. Ergo n
ipse etiam impediebatur, quin citra læsionem
sponsionis sibi posset novos Cardinales, in
bus posset fiduciam collocare, creare. Et
etiam in hoc fuit Gregorii moderatio! Petiit r

q

ue consensum a Cardinalibus: quem vero hi ei enegarunt illa sua non propitia erga eum volunte. Cumque ab his deinde, velut perjurus, raductus fuit, literis publice datis ad universos hristi fideles Gregorius hoc crimen, sibi impatum diluit. Mansitne ergo Cardinalibus justa ausa desciscendi ab obedientia Gregorii? Et uamvis in perjurii crimen incidisset, idcircone cidisset ex Pontificatu? Si vero legitimus mant Pontifex, aliterne quam criminose, et sediose potuerunt ab hoc Cardinales deficere? Deде iidem excussa Gregorii obedientia facti sunt ga hunc rebelles, et schismatici et suopte hoc cto, et se copulando cum Cardinalibus Petri de una, qui homines omnino schismatici erant, nec ardinales veri, utpote ab antipapa vel Clemente II vel Petro de Luna Cardinales facti. Hi igir Cardinales partim ex priore schismate Petri Luna, partim qui se per recentius schisma paraverant a Cathedra S. Petri, quam Gregorius II. tenebat, inter se consociati adversus eumm Gregorium, concilium indixerunt, et concarunt, idque ut impedirent concilium quod m erat indictum, et convocatum a Gregorio, etiam cum nequitia, et astutia ad decipiendos nnes, ut diem fingerent, qua suas literas dedent, quibus indixerant concilium. Hinc igitur ii ant, qui concilium, quod ipsi conflarunt adhiitis in subsidium fraudibus, structisque calumniis ipsum caput Ecclesiæ, et quod totum ipsorum itebatur mendaciis, quibus infamaverant Gregoium Papam, facere potuerint legitimum, et œumenicum: quod non tantum secum non habu- Papam, sine quo concilium esse nequit uniersale, sed cui is adversatus etiam sit, et quod nathemate confixerit?

Sed

Sed si hoc concilium Pisanum non fuit legitimum, si caruit auctoritate, si Cardinales, qui hoc convocarunt, eique præfuerunt, quique dejecto in hoc concilio Gregorio Papa, alium Pontificem elegerunt Alexandrum V. nonnisi schismatici erant; consequens erit, nec Alexandrum, nec Joannem XXIII. qui Gregorio vivente suffectus fuit, Alexandro, verum, et legitimum fuisse Pontificem. Omnino hæc conclusio facienda est. At vero ii, qui Alexandri pontificatum tuentur dicunt hunc, ut verum Pontificem ab Ecclesia Catholica agnitum esse. Hanc objectionem cum Raynaldus ad a. 1409. num. 80. attulisset, sic ad eam respondit: *Verum S. Antoninus qui tum vivebat, diserte id negat.* (Part. 3. Chron. tit. 22. cap. 5. §. 3.) Addidit enim *Secundum communem opinionem.* Per Cardinales seducti fuerunt et ii, qui ad Pisanum concilium convenerunt, et hoc deinde concilium cum crederetur fuisse generale, induxit alios etiam adhuc multos, ut deserto Gregorio susciperent Alexandrum V. Alexandrum V. non fuisse habitum, ut certum Pontificem ab ipsis Pontificibus Romanis probat Raynaldus etiam inde, quod hi, dum de eo loquerentur, non dixerint Pontificem absolute, sed cum hac additione: *In sua obedientia*, perinde, ut tempore Pisani concilii in morem venerat loqui de aliis etiam Pontificibus, et de ipso etiam Petro de Luna: quin et in Concilio Constantiensi idem iste mos fuit usurpatus.

Ad illud argumentum, quod deinde Rodericus Borgias, qui a. 1492. Innocentio VIII. successit, Alexandrum VI. se nominaverit, quasi, qui se non Sextum, sed Quintum vocare debuisset, quodque argumentum iisdem est, qui cen-

lexandri pontificatum fuisse indubium, idem
aldus respondet, hocce argumentum facili
io ab iis diluendum esse, qui historiam Ec-
sticam percurrerint. Nam et post Stepha-
VII. qui per tyrannidem Sedem obtinuit Pon-
m, Stephanos, qui post hunc fuerunt Pon-
, quoad numerum, quotus quisque eorum
nomine Pontifex esset, istud fecisse. Inter
uoque, qui Joannis nomen gesserunt, esse
ullos, ut decimum, undecimum, decimum
m, quorum duo priores a scortis Romæ im-
ntibus, tertius ab Romanis auro corruptis,
i ad Pontificatum sint, in catalogo Romano-
Pontificum positos, quin tamen via legitima
ntificatum pervenerint. Itaque nequidem
talogis Romanorum Pontificum posse esse
m argumentum pro vero Pontificatu Alexan-
. Ergone omnes ii, qui Alexandrum V. omis-
egorio secuti sunt, fuerunt schismatici? Si
erant, qui adverterent, non Alexandrum,
regorium fuisse legitimum Pontificem, omni-
fuissent schismatici, Alexandro adhæren-
on si huic adhæserunt, errore, quem non
vaverint, et in que proinde neque culpa
. Nam quotus erat, quem non testifica-
rdinalium de Gregorio, licet falsa, ho-
ue dignitas, et Concilii Pisani, quod cre-
ur esse legitimum, et generale, auctoritas
aret? Itaque ne ii quidem, qui Clementem
et Petrum de Luna habuerunt pro Pontifi-
rroris voluntarii, et culpabilis condemnan-
nt. S. Vincentium Ferrerium inter Sanctos
Ecclesia. Is tamen non tantum Petrum de
habuit pro Summo Pontifice, sed ei erat etiam
ris confessionibus, et cum Petrus de Luna
retur ad cedendum Pontificatu, in Ecclesia
Pe-

Petro jubente publice in concione declaravit illum viam cessionis numquam inituram, sed paratum potius ad mortem perferendam. Attamen et ipse, postquam nec per Concilium Constantiense induci potuisset ad faciendam cessionem, Petrum deseruit, et Christi fideles monuit ad parendum eidem Constantiensi Concilio. Nam certe vir sanctissimus, numquam, nequidem ad horæ momentum Petrum de Luna, ut Pontificem coluisset nisi bona fide: atque sic extra crimen schismatis, innoxiusque perstiterit. *Sanctio a Pisano concilio Sess.* 8, *edita apud Raynald. ad a.* 1409. *num.* 51.

§. 39.

Alexandro V. mortuo Cardinales sufficiunt Joannem XXIII. Concilium Romæ ab eo habitum. Constantiam ab eodem indicitur Concilium.

Gregorius XII. necdum concluso concilio, quod Austriæ in Aquilejensi diœcesi celebrabat, discedere coactus est, Aquilejensibus in eum insurgentibus, synodumque disturbantibus. A Pisanis erant concitati. Dum autem hinc abiret, in gravius adhuc periculum incidit. Veneti, postquam ipsius etiam literas sprevissent, quibus erant vocati ad concilium insidias ei struxerunt in via, et capere voluerunt: quas elusit equo vectus, et veste indutus laica, duobus nonnisi comitibus pedestribus, habitus pro mercatore a militibus, qui iter obsidebant. Cajetam se contulit, quæ tunc civitas, sita in Campania Ladislao Regi Neapolis parebat, et a Gregorii partibus stabat, sed non constanter. Eo enim prætextu, quasi rem suscepisset Gregorii, occupaverat cum alias civitates in

Patrimonio S. Petri, tum ipsam quoque Ro-
m. Sibi vero ista acquirere studebat. Alexan-
r V. cum in hoc statu rerum Romam ire non
sset, Bononiam se contulerat, ubi usque ad
itum fuit. Nam quamvis per Paulum Ursinum
cem exercitus Pontificii auxilio Caroli Malatesta
issi a Florentinis cum exercitu Ladislaus Roma
ectus fuisset, Romanique paratissimi fuissent ad
m recipiendum, tamen dum ire procrastinat,
te mortuus est, quam Romam venisset Pontifi-
tus sui mense nono. De hoc Muratorius ex An-
ea Billio Rer. Italic. tom. 19. *Nihil vitiosum
abuisse diceres, si non tanta cura invigilasset
ntri, ut sæpe inhærens mensæ juberet ex mer-
to, quod forte in mentem venisset, emi, et
ncoqui. Ita sane dimidium temporis conviviis
ahebatur: levitatis id modo notatum, plus qua-
ingenti vernaculæ, uno vestitu insignes in do-
o versabantur.* Suspicio ceciderat in Balthasa-
m Cossa toxici Alexandro dati. Eumdem Bal-
asarem Cossa Cardinalem Theodoricus Niem in
us Vita scribit, munus gerentem legati Sedis
postolicæ Bononiæ, tyrannidem potius quam
gationem exercuisse, et defectionis Cardinalium
Gregorio XII. etiam auctorem fuisse.

Ludovicus Andegavensis Cardinalibus electu-
s Pontificem in locum Alexandri impense com-
endaverat eumdem Balthasarem Cossa, sperans
hoc Siciliæ regnum se obtenturum, quod jam
ntaverat armis sibi asserere. Hunc Joanna Re-
na Neapolis nullos ex se liberos habens, quam-
s quatuor viris fuisset nupta, sibi adoptaverat
o filio. Quia vero se partibus addixerat Cle-
entis VII. antipapæ, et ab hoc consensum in
loptationem petierat, Urbanus VI. contradixit,
et

et regnum Neapolis, quod jure fiduciario Neapolis à Sede Apostolica habent, in Ca Ducem Dyrrachii, qui hoc nomine inter Neapolis tertius, secundus vero inter Reges gariæ erat, transtulit. Hinc orta content inter eumdem Carolum, et Ludovicum An vensem, Joannis Regis Galliæ filium, cont taque ab Ludovico cum Ladislao Caroli filio ratione Balthasar Cossa, patria Neapolitanus ctus Pontifex est, qui se Joannem XXIII. navit. Ludovicus Andegavensis ab hoc quo lebat, obtinuit: cui militem etiam subsidio serit, ad regnum Neapolitanum sibi asseren Ladislaum Joannes XXIII. eo etiam nomine ferebat, quod Gregorio XII. adhæsisset.

Ladislaus idcirco ipsi etiam Joanni X bellum intulit; et exercitu jam ipsis moe urbis Romæ admoto adegit, ad regnum N litanum sibi confirmandum, et insuper ad ce millia aureorum solvenda: ipse tamen spon se deserto Gregorio ad partes Joannis tra rum, eidemque fidelitatis sacramentum dict Non fecerat autem hoc sincere, sed incautun debat opprimere, Urbemque occupare. dum Joannes, omnesque Romani securos j putassent, Ladislaus noctu suffossis moenib Urbem irrupit ita, ut vix Joannes sui compre sionem fuga evadere potuerit. Datæ in pra militibus Ecclesiæ, eaque licentia exercita, u silicæ Apostolorum in stabula equorum con sint, et milites ex calicibus, quæ rapuerat Ecclesiis, in tabernis vinum publice potave Sacerdotes quoque et Clerici plures contruci virgines et matronæ violatæ, civesque pern ex Urbe proscripti, et eorum bona sint occ

aynald. ad ann. 1413. *e Cod. Ms. Biblioth.* c. Ladislaus, qui regnum totius Italiæ affe-rat, anno subsequente obiit, igne sacro cor-s in genitalibus. Quo sublato Roma respi-, et tota Italia. *Theodoric. Niem in Vita nis XXIII.*

In concilio Pisano erat constitutum, ut intra m triennii denuo concilium generale habe-. Quamobrem Joannes Papa concilium in-Romam ad diem 10. Febr. a. 1413. Pauci dum convenerant Episcopi, neque poterant e venire, dum Italia, et ditiones præsertim Apostolicæ gravi bello premerentur a Ladis-de quo paulo ante dictum est. Wicleffi et errores in hoc damnati sunt, et Wicleffi etiam publice combusti. Postquam autem etiam capta fuisset ab eodem Ladislao, Jo-Papa, in fugam compulsus, auxilii causa s misit ad Sigismundum Regem Romano-et Hungariæ: et quoniam illud Romæ con-non ita plenum erat, quemadmodum vo-t esse, egit cum eodem Sigismundo de con-denuo cogendo, ut et eo efficacius Wiclef-in Anglia, Hussitæ in Bohemia coerceren-et Ecclesiæ ad unitatem, subque unum ca-evocarentur; quod in Pisano concilio, tam-hunc in finem institutum esset, perfectum sit: quin scissio, Ecclesiarum prius bifa-, per electionem Alexandri V. in tres partes Sperabat autem Joannes futurum, ut ipse ritate istius concilii agnosceretur ab omni-Summus Pontifex, atque ista ratione Grego-II. et Petri de Luna desineret in eorum obedientiis auctoritas. Quod locum, ubi ndum esset concilium, cum talem Joannes

vo-

voluisset esse, ubi ipse plus, quam Imperator posset, cum in literis patentibus amplissimam dedisset facultatem legatis quoad determinationem loci, tamen hanc restrinxerat per secretum suum mandatum iisdem datum, ad certa loca. Sed mutato repente consilio chartam, in qua descriptum erat hoc mandatum, discerpsit, nullumque hoc esse voluit. Sigismundus vero Constantiam, suae ditionis civitatem, delegit pro concilio, et legati Joannis in hanc consenserant, quam vero Joannes delectam esse noluisset. Attamen Sigismundo non recedente ab eo loco, in quem jam consensum suum per legatos ipse etiam dedisset Joannes, mansit Constantia, ubi fieret concilium. *Leonardus Aret. in Hist. Rer. Italic. et ex eo S. Antonin. Part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 6.

Dum Laudae Joannes, et Sigismundus morantur, Cremonam diverterant a Gabrino ejus gubernatore invitati, ubi vitae discrimen subierunt. Nam Gabrinus hos in praecelsam suam turrim, unde amoenissimus erat prospectus, deductos, praecipites deorsum dare deliberatum habebat. Abstinuit autem malae famae ex hoc facinore deterritus pudore. Hoc suae voluntatis propositum aperuit Sacerdoti, qui eum ad concipiendum dolorem de suis peccatis hortatus erat, a Philippo Maria Mediolanensium duce damnatus ad mortem. Nam si, inquit, aliquid putarem mihi dolendum esse, illud unum esset, quod Pontificem, et Imperatorem ex turri mea, quemadmodum destinatum mihi habui, et cujus rei habui facultatem, non praecipitaverim. *Poggius in Hist. Florentina.*

Ad

Ad diem 1. Novemb. a. 1414. indictum fuit
ncilium Constantiam tam Joannis Papæ, quam
am Sigismundi Regis Romanorum literis. Idem
gismundus ad Gregorium XII. quoque, et ad
trum de Luna literas misit, eosque rogavit, et
rtatus est, ut ad hoc concilium etiam venirent,
ta ipsis sponsione de plena securitate. De eo-
m concilio idem literas et legatos ad Carolum
. Regem Galliæ, et Ferdinandum Regem Ara-
niæ, qui in sua protectione habebat Petrum
Luna, aliosque Principes misit, egitque, ut
iam maxime omnium mentes, atque voluntates
nspirarent in illud unum, idemque quod ab
ncilio esset statutum pro Ecclesiarum unitate,
que hoc deinde sequendo, et tuendo, quoad
put Ecclesiæ, ita succideretur, ut huic exare-
ere necesse esset. Convenerunt ad hoc Conci-
m Patriarchæ quatuor, Archiepiscopi 43, Epi-
opi 160, Abbates, et Theologi supra 119. nec
n Sigismundus Imperator, et Regum, atque
incipum legati quam plurimi. Archiepiscopo-
m unus fuit Joannes de Kanisa Archiepiscopus
rigoniensis, et Primas Hungariæ, sed qui tan-
m initio Februarii a. 1417. Constantiam venit,
rhonorifice exceptus sibi obviam prodeunte
so Sigismundo Imp. cum duobus Cardinalibus.
ander Hardt. Tom. 4. Die 5. Novemb. cum in-
oatum fuisset, duravit usque ad 22. April. a.
418. habitis sessionibus quinque et quadraginta.
egotiorum tractandorum causa divisum fuit Con-
lium in quatuor nationes, Italicam, Gallicam,
ermanicam, et Anglicanam, et postquam adve-
issent Hispani, horum etiam natio quinta acces-
t ad priorem numerum. Res, quæ sumptæ in
eliberationem erant, primum seorsim discussæ
singulis nationibus, harumque deliberationes
in-

inter se collatæ demum in pleno concilio propositæ sunt, ut si visum fuisset eidem Concilio, deciderentur.

Omniumque prima, et maxima cura fuit Concilio tollere illud dissidium de Summo Pontifice, omnesque revocare, et conjungere ad unum, eumdemque agnoscendum Pontificem, et Vicarium Christi. Ad hoc perficiendum illa rursus visa est via omnium brevissima, et expeditissima, si omnes tres Pontifices sponte se abdicassent Pontificatu, aliusque deinde electus fuisset. Hoc jam idem, in Pisano concilio, erat tentatum, sed non successerat. At nunc aliquid amplius quærebatur, ut videlicet omnes etiam illum Pontificem susciperent, quem dedisset Concilium, quod per Pisanum concilium obtentum non fuit. Conciliorum bonitatem confirmat eventus. Anne vero poterat Concilium auferre Pontificatum ei, qui verus Pontifex fuit, suum consensum deneganti, et si hoc tentasset facere suo statuto, istene desiisset manere Pontifex? deinde ab hoc abstrahere velle fideles, aliudne fuisset, quam corpus dividere, et rescindere a capite? Equidem in hoc Concilio, ut brevi videbimus, statuta facta sunt de Conciliorum potestate supra Summum Pontificem: ista vero quam vim assecuta sint, pariter adhuc etiam postea considerabimus. Attamen res successit, quia Gregorius XII. ut semper paratus erat, abdicationem fecit Pontificatus sui, hac etiam ratione probans se verum fuisse Pontificem; utpote unitati Ecclesiæ providentem, cujus causa in S. Petro Primatus institutus a Christo est, ut capite constituto, quemadmodum ait S. Hieronymus, schismatis tolleretur occasio: ad quam unitatem scin-

den-

endam sicut aliorum, qui ejus æmuli erant, ontificatus tendebat: ita neque iis curæ erat, : unitas fieret, suæ potius ambitioni servientius, quam bono Ecclesiæ. Nec tamen hac men- etiam Joannes XXIII. Concilium convocaverat, t ipse quoque se abdicaret, sed tantummodo, : statutum concilii Pisani confirmaretur, quo ontificatus erat abrogatus Petro de Luna, et regorio XII. atque sublatis æmulis ipse solus ciperetur ab omnibus et coleretur, ut Summus ontifex. Hoc aperto jam Concilio, sed ante Sesonem primam, quæ habita est nonnisi die 14. usdem Novembris, quæsiverat per schedam, æ exstat in Collect. Labbeana porrectam Conegationi Doctorum in Theologia. At vero Greorius XII. a Sigismundo Imp. rogatus, ut veni- ad Concilium, et ne renueret omnia post here unitati Ecclesiarum, non tantum negavit e legitimum concilium, quod ab Joanne conatum esset non legitimo Pontifice, sed nec alia tione cessurum se Pontificia dignitate dixit, am si hoc ab Joanne quoque factum esset. etrus de Luna, ut semper ambages quærebat, m hoc idem de cessione spontanea ab eo peum fuisset, per legatos, quos ad Concilium sit, nihil aliud præstitit, quam quod petierit, Sigismundus Imp. Niciam maritimam civitam, sitam in ora Liguriæ, veniret ad colloquenm secum, et cum Ferdinando Rege Aragoniæ ratione, et modo unitatis conficiendæ.

§. 40.

Concilium generale Constantiense. Joannis XXI fuga. Statuta Concilii post hanc illius j gam. Joannes XXIII. exauctoratus. Greg rius XII. sponte deponit Pontificatum. Pet de Luna invitissimo Pontificatus abrogat

In Sessione 1. nihil adhuc ejusmodi actu est, quod res ipsas, ob quas institutum est Co cilium, directe attingeret. Ante Sessionem 2. q die 2. Mart. a. 1415. habita est, Sigismundus In summo mane die Natali Domini venit Consta tiam, statimque in Missa solenni, quam Joann Papa celebravit eodem mane, eidem sacram re facienti in dalmatica adstitit, atque etiam Eva gelium cantavit: *Exiit edictum a Cæsare A gusto.* In congregationibus, inter primam, alteram sessionem habitis, cum omnium fuis sententia, ut et Joannes abdicaret Pontificatu minis etiam intentatis, quamvis hoc facere nolu set, tamen Concilii sententia privandum digal te, cum majore ignominia, tandem cessit, et Sessione 2. hanc sponsionem fecit: *Ego Joan Papa XXIII. propter quietem totius populi Chi stiani profiteor, spondeo, promitto, juro et veo Deo, et Ecclesiæ, et huic sacro Conci sponte, et libere dare pacem Ecclesiæ Chri per viam meæ simplicis cessionis Papatus, eam facere, et adimplere cum effectu juxta di berationem præsentis Concilii, si, et quando I trus de Luna, Benedictus XIII. et Angelus Corario Gregorius XII. in suis Obedientiis cupati Papatui, quem prætendunt, per se, procuratores suos legitimos simpliciter ceda* Omne Concilium ingentes Joanni gratias eg ipse

:e quoque Sigismundus Imp. deposita corona, xisque genibus pedes ejus osculatus est. Su-ntabat tamen se adhuc aliquamdiu spe, fore, cum similem abdicationem fecissent Petrus de ına, et Gregorius XII. deinde instituta electio-ipse denuo assequeretur Pontificatum. Sed m præsensisset hoc non ita futurum, die 21. ısdem Martii Constantia clam, mutato etiam stitu, se subduxit, et Schaffhusam, oppidum ditione Friderici Ducis Austriæ, quatuor mil-ribus Constantia distans, cum decem Cardina-us aufugit. Cum Friderico ante Concilium Jo-nes fœdus inierat, ut sibi in Concilio assiste-t, si quæ res ei contraria contigisset, faceret-e ut Constantia, si vellet, abire posset pro-ssis ei sex millibus aureorum annuis, nec non prema perfectura copiarum Pontificiarum.

Non mediocrem sollicitudinem omnibus in-erat fuga Joannis, quam intelligebant ideo isse, ut frustraretur, et ne agi possent, quæ unitate reducenda agere instituerat Concilium. vero Imperator hortatus est universos ad in-tendum coepto negotio: nec Joannis absentiam bere esse impedimento rebus tractandis. Joan-s quoque Gerson Theologus, et Cancellarius iiversitatis Parisiensis, hujus atque ipsius etiam gis Christianissimi Orator missus ad Concilium, buit hoc tempore orationem, cujus scopus erat nnibus persvadere, Concilium esse supra Papam, eoque hunc Concilio subjectum. Quamobrem n curata Joannis absentia statim postea die 25. l 26. Martii (discordant enim Acta Concilii oad diem) instituta est Sessio 3. in qua hæ de-rationes factæ sunt: *prima*, Quod ipsa syno-ls fuit, et est rite, et juste initiata, et celebra-

ta; *secunda*, Quod per recessum Papæ, ve
rum Prælatorum, non est dissolutum sacrui
cilium, sed remanet in sua integritate, et
ritate, etiamsi quæ ordinationes factæ fuiss
contrarium, vel in futurum fierent; *tertia*,
istud sacrum concilium non debet dissolvi,
dissolvitur usque ad exstirpationem præsenti
smatis, et quousque Ecclesia sit reformata in
et membris; *quarta*, Quod ipsum sacrum c
um non transferatur ad alium locum nisi ex
rationabili, et ab ipso concilio deliberanda, e
cludenda; *quinta*, Quod Prælati, et alii, qui
cilio interesse debent, non recedant ante
concilii. Huic Sessioni 3. celeriter die 30.
successit Sessio 4. in qua hoc lectum est
tum: *In nomine Sanctæ, et individuæ T*
tis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti.
Hæc sancta Synodus Constantiensis, et g
le concilium faciens pro exstirpatione pra
schismatis, et unione, ac reformatione Ec
Dei in capite, et in membris fienda ad l
omnipotentis Dei in Spiritu sancto legitim
gregata ad consequendam facilius, securius
rius, ac liberius unionem, ac reformatione
clesiæ Dei, ordinat, definit, statuit, de
et declarat, ut sequitur: Et primo, quod
in Spiritu sancto legitime congregata, ge
concilium faciens, Ecclesiam Catholicam
tantem repræsentans, potestatem a Christo i
diate habet, cui quilibet cujuscunque statu
dignitatis, etiam Papalis, existat, obedi
netur in his, quæ pertinent ad fidem, et e
pationem dicti schismatis, et reformatione
neralem Ecclesiæ Dei in capite, et in me
Hoc idem statutum Sess. 5. die 6. mensis s
quentis Aprilis adhuc magis exacutum est

o: *Declarat* (Concilium) *quod quicunque cujusunque conditionis, status, dignitatis, etiam Papalis, qui mandatis, statutis, seu ordinatioibus, aut præceptis hujus sacræ synodi, et ujuscunque alterius concilii generalis legitime ongregati super præmissis, sive ad ea pertientibus factis, vel faciendis obedire contumater contempserit, nisi resipuerit, condignæ œnitentiæ subjiciatur, et debite puniatur, tiam ad alia juris remedia, si opus fuerit, rerrendo.* Cum duabus primis sessionibus Joanes Papa præsedisset, ceteris præsidebat quisiam Cardinalium usque ad sess. 42. In qua Iartinus V. cœpit præsidere, postquam fuisset lectus Pontifex.

Joannes quam primum Schaffhusam pervenet, protinus literas misit ad Sigismundum Imp. e excusans, quod fugam arripuisset, et queruns, suffragiorum libertatem a synodo oppresm esse, nec juris legitimi ordinem ab hac serari: nec Schaffhusæ constitit, sed hinc ulterius d castrum Laufenberg in diœcesi Basileensi sium, deinde Friburgum se contulit. Causas, quas oannes fugæ suæ prætexebat et publicabat spar quaquaversum epistolis, Synodus pronunciat esse falsas, et frivolas. Sigismundus autem nperator intra paucos aliquot dies exercitum ongregavit circiter millium quadraginta, et diisum in partes sex immisit in terras Friderici ucis Austriæ: qui territus, quamvis omnia sua igismundo dedidisset, ac promisisset, se Joannem emissurum, tamen pacis impetrandæ causa deuit per seipsum venire Constantiam et flexis enibus a Sigismundo veniam deprecari. Ingenm enim iram adversus eum conceperat, quod Jo-

Joanni suam navasset operam ad disturbandum Concilium. *Niem in Vita Joann. XXIII.*

In Joannem autem, quamvis adhuc absentem, instituta actio est, nec solummodo eo nomine, quod per fugam turpissimam voluisset prorogatum habere schisma, seque alienum probasset ab Ecclesiæ revocatione ad unitatem, sed aliorum adhuc quinquaginta criminum actus est reus. Hæc deinde Sessione 10. speciatim etiam atque his ipsis verbis recitata sunt, Ecclesias Cathedrales, monasteria, prioratus conventuales, et cetera beneficia Ecclesiastica pretio appretiato simoniace notorie distribuisse, bonaque, juraque Romanæ, et aliarum Ecclesiarum plurium notorie dilapidasse, quodque charitative monitus a præmissis desistere noluit; illum, cum ad muniа Curiæ Romanæ irrepsisset, per simoniam ingentes sibi struxisse opes, talique ratione simoniace etiam purpuram Cardinalitiam sibi quæsivisse, legatione vero Bononiensi auctum tyrannidem exercuisse, ipsumque etiam Papatum variis dolis post Alexandri V. mortem eblanditum esse, quem etiam veneno sustulerit; eumdem Joannem cum uxore fratris sui, cumque sanctimonialibus incestum, cum virginibus stuprum, cum conjugatis adulterium, et alia incontinentiæ crimina commisisse, adeo, ut ab iis, qui ejus mores noverant, dæmon carne humana indutus diceretur. Sed et in Cardinales, quod Joannem elegerint Papam, scientes talem esse, motæ querimoniæ sunt, et postulatum, ut idcirco graviter punirentur: et quoniam abusi essent potestate eligendi, non tantum jure istius electionis privarentur, verum etiam ex ipso Concilio excluderentur. Sicut istius totius schismatis auctores erant non

alii

alii, quam Cardinales, et qui idem schisma etiam foverint, ad tegendam nequitiam suam, ita hi partim a Petro de Luna antipapa creati Cardinales, ideoque nulli Cardinales, partim desertores, et proditores Gregorii XII. atque ab hoc non tantum Cardinalitia dignitate privati, verum etiam excommunicati, nihil ab se alienum egerant, cum talibus moribus Pontificem, qualibus præditus habebatur Joannes, elegerant. Neque in his Cardinalibus alii etiam quærendi Cardinales sunt, quam fuerint tum Pontifices, quorum non nisi unus potuerit esse verus, ceteri solo nomine, et falsi. Nec tamen adversus Cardinales aliquid propterea actum est, ne novæ hinc turbæ orirentur, et dum in exstingvendo schismate laboraretur, non tantum huic fomentum, sed novo etiam dissidio occasio daretur.

In Sess. 11. die 25. Maji judicatum est, Joannem e dignitate Pontificia deponendum esse. Is paulo ante jam reductus erat Cellam, oppidum duobus nonnisi milliaribus distans Constantia, illicque servabatur appositis sibi custodibus. Judicio de se facto, et ad se misso se plene subjecit, totumque se ejusdem Concilii voluntati tradit. In subsequente vero Sessione 12. die 29. Maji habita, sententia in eum lata, et promulgata est, qua ob ea, quæ jam memorata ejus facinora, et in ipsa sententia etiam recensita sunt, eumdem Joannem Constantiensis sancta Synodus (sunt verba ipsius synodi) propter præmissa, et alia crimina in processu dictæ causæ contra eum deducta, et contenta, tamquam indignum, et inutilem, et damnosum a Papatu, et omni ejus administratione spirituali, et temporali amovet, privat, et deponit, universos, et singulos Christicolas

las cujuscumque status; dignitatis, vel conc
nis existant, ab ejus obedientia, et fidelitat
juramento absolutos declarando, prohibend
ne ei, tamquam Papæ adhæreant, et nequ
Papam nominent. Gregorius XII. jam die 13.
tii, sui Pontificatus anno nono literas exa
quibus Joanni Dominico, Cardinali Ragu
Joanni, Patriarchæ Constantinopolitano desi
to, Vernero Archiepiscopo Trevirensi, Luc
co Comiti Palatino Rheni, et Carolo Malat
Ariminensi Toparchæ auctoritatem dederat et
legaverat, ut concilium Constantiense, quod
gorius ab Joanne indictum, et convocatum
legitimo non habebat, facerent ratum: iis
etiam dedit, ut cessionem Pontificatus face
ejus nomine. Hæc facta sunt in Sess. 14. Jo
nes Dominicus literas Gregorii primum recit
de potestate, qua ab hoc instructus erat, de
de *Ego*, inquit, *auctoritate Domini nostri*
pæ istud sacrum concilium generale convoco,
omnia per ipsum agenda authorizo, et confi
juxta modum, et formam, prout, in literis
mini nostri nunc lectis plenius continetur. Car
deinde Malatesta constitutus a Gregorio Procur
generalis solenni etiam verborum forma Pap
cessionem ejusdem Gregorii nomine fecit. In S
sione 14. donec hæc, quæ modo dicta sunt,
acta essent, præsedit Sigismundus Imperator,
que in hujus manus, tamquam supremi Eccl
Protectoris facta depositio Pontificatus Greg
est, cum is, sicut non Joannem, ita nec Ca
nalem, sectatorem Joannis legitimum præsi
tem Concilii agnoscere voluisset. Cardinali
dignitatem ipse sibi reservavit. At vero Syn
Gregorium multis laudibus celebratum statuit e
legati Apostolicæ Sedis quoad vixerit in Mar
Anc

nconitana, et territorio Farfensi Vicariique ge- ɛralis in Spiritualibus, et temporalibus muneri- ıs exornandum esse. In Sessione 12. dum in Jo- anem sententia lata fuisset, additum insuper uit, ne non tantum iste, sed nequidem Petrus e Luna, aut ipse etiam Gregorius, postquam e abdicassent, postea denuo eligerentur. Hoc au- em, quoad Gregorium a se statutum esse, * de- laravit Concilium non ad ejus ignominiam, qua- i dignus Pontificatu non esset, sed ob solam cclesiæ pacem. Gregorio abdicante Pontificatum rius, quam idem Petrus de Luna fecisset, imo ui nec postea hoc fecerit, nemo erat, qui non gnovisset, Petrum solum, de Luna, non Gre- orium fuisse, qui causam dederit prorogationi chismatis. Hoc vero prætextu, et velut a perju- defecerant a Gregorio Cardinales; hoc nomine rebant, eum excidisse e Pontificatu; hoc nomi- e Pisanum Concilium convocarant, eique Ponti- catum in eo abrogarant. Quisque igitur, velim, dicet, an per idem Pisanum concilium is desie- t esse verus, et legitimus Pontifex. S. Antoni- ıs 3. *Part. tit.* 22. *cap.* 4. §. 2. isto elogio Gre- orium ornat: *Gregorius vir sanctus, utpote, ui Ecclesiæ et unionem, et reformationem sem- er optaverat.* Vixit usque ad diem 18. Octob. 1417. durante concilio Constantiensi mortuus. artinus V. Pontifex ei exequias amplissime, et aximo honore celebravit.

In eadem Sessione 14. statutum factum est e mittendis legatis ad Petrum de Luna, qui ei nuncient, ut abdicationem sui Papatus, ad uam faciendam se se toties obstrinxerit etiam ju- jurando, jam tandem faciat, idque intra de- m dies: sin autem eam non faceret, sententia,

quæ

quæ tunc ferenda in eum sit, concepta hæc et defixa est: *Sancta Synodus pronunciat, et decernit, esse notorium schismaticum, antiqui schismatis nutritorem, defensorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilem, et pertinacem hæreticum a Catholica fide devium, promissionum, votorum, et juramentorum suorum transgressorem:* proinde esse privatum, et præcisum ab omni jure, quod habet, aut se prætendit habere in Papatu: ei interdici, ne se amplius pro Romano Pontifice gerere præsumat, et ne quis, etiamsi Imperiali, et Regali dignitate præditus esset, eum pro Pontifice habeat, auxiliumque aliquod ei præstet, decreta etiam in ejus fautores excommunicatione. Adhuc tamen post decem illos dies Synodus sententiam hanc suspendit, cum Sigismundus Imperator se ipse obtulisset ad eundum etiam usque in Aragoniam spontaneæ cessionis a Petro obtinendæ causa. In Pisano concilio tam Petro eidem, quam etiam Gregorio XII. abrogata fuit Pontificia dignitas: sed sine eorum spontanea cessione, et schisma non tantum non exstinctum, verum etiam auctum est eligendo Alexandrum V. illis non cedentibus. Hoc erat, quod Imperator studuerit a Petro spontaneam etiam cessionem obtinere. Vidimus supra, Petrum, dum ad Concilium Constantiense ut veniret, per literas Sigismundi Imperatoris rogatus esset, voluerit tractari de compositione inter se, et Sigismundum præsente Ferdinando Aragoniæ Rege, qui ei unus omnium maxime favebat, eumque pro tegebat. Igitur cum præmisisset nuncios de suo adventu Niciam, Petrus tamen non venit suam excusans absentiam, quod Ferdinandus Rex morbo impeditus una non posset venire. Quamobrem Sigismundus Imp. cum Oratoribus ab

Con-

oncilio Constantiensi sibi additis, tres erant Epi-
opi, et undecim Theologiæ Doctores, usque
erpinianum in Aragoniam profectus est. Affuit
actatui non tantum idem Ferdinandus, verum
tiam Regum Galliæ, Angliæ, Castellæ, Navarræ,
iorumque Principum legati.

Rogatus Petrus a Sigismundo, a Ferdinando,
iisque omnibus Principibus vel eorum nomine
er legatos, ut cederet Pontificatu, quemadmo-
um hoc fecissent Gregorius, et Joannes propter
eum, ejusque Ecclesiam, conditiones proposuit
uas, sub quarum una, vel altera facturus sit,
uod petitum ab eo fuit. Prima erat, ut sibi
ni, qui Cardinalis a Gregorio XI. ante Urba-
um VI. et exortum schisma creatus esset, pote-
tas permittatur nominandi Pontificem; vel ut
'ardinalibus utriusque partis compromissum fie-
et, hoc est, compromissarius constituatur, qui
orum nomine electionem faciat. Eo utrumque
endebat, ut tamen sic ipse nominatus Pontifex,
n Pontificatu maneret, qui nec Compromissarium
lium admissurus fuisset, quam quem ipse dari
oluisset. Sed neque hoc serium fuisse, illud
stendit, quod insuper negaverit, se facere ces-
ionem posse, quia hæc non conduceret saluti
nimarum, atque erroribus viam præberet: ad
e autem spectare jure Apostolicæ Sedis illa præ-
avere, quæ periculosa, et noxia sunt Ecclesiæ,
ucque se obstringi omni jure etiam divino. Uni-
atis negotium esse, quod suis incumbat hume-
is, officio sibi commisso ab Alto; adeoque se
oc aliis neque posse committere: nec suæ obe-
ientiæ Cardinales, itemque ceteros hujus obe-
ientiæ posse coire, et conjungi cum iis, qui ex
iis obdientiis congregati essent Constantiæ: nam

Ca-

Catholicorum, et schismaticorum communionem, atque conventum in unum concilium damnatum esse jure divino. Sed neque Constantiam esse locum idoneum conficiendæ unitati. Esse enim hanc sub manu, et potentia Sigismundi Imperatoris, sibi non obedientis, cujus proinde voluntati, atque imperio nemo illic audeat resistere. Quin ex adverso Concilii Constantiensis etiam concilium aliud, quasi generale, indixit Paniscolam oppidum ad maris oram situm: Perpinianoque fugit primum Colibriam, deinde Paniscolam. Tribus vicibus revocatus est, vel saltem ut procuratores mitteret atque per hos cederet Pontificatu, ei denunciatum est. Obsurduit ad omnia. Igitur et Ferdinandus Aragoniæ, ceterique Reges omnes in Hispania illum reliquerunt: desertus quoque a suis Cardinalibus est, nonnullis tamen exceptis, qui ex ejus cognatione erant, interdictumque gravissime, ne quis ad ejus concilium accederet, quod Paniscolam indixerat.

Plurimum contulerat S. Vincentius Ferrerius, cujus Viri Apostolici ex Ordine S. Dominici propter vitæ sanctimoniam, et Sacram eloquentiam in faciendis concionibus cum maximo animarum fructu summa erat veneratio apud omnes, et quem non tantum Ferdinandus Rex prius consuluit quam deseruisset Petrum de Luna, sed qui etiam quemadmodum ante Petrum per errorem commendaverat populo in concionibus, ut verum Pontificem, ita eidem populo etiam hortator deinde fuerit, ut ab eo recederet, perfeceritque. Nec tamen Hispani a Petro de Luna se se avelli passi fuissent, nisi ex dissensione, et judiciorum varietate agnovissent, non esse nisi dubium Pontificem, et quem idcirco crediderint, œcumeni-

co

subesse concilio. Sigismundus Imperator, neue sine indignatione, cum vidisset suum omnem onatum frustratum esse, Petri de Luna obstinaone, et pertinacia, jam Perpinianum reliquerat, tque in Galliam transierat, reversurus Constaniam. Reges Hispaniarum legatos post eum miseunt, tractandi causa de suo reditu ad concoriam cum ceteris jam Ecclesiis, in unum consenientibus in Constantiensi Synodo. Neque enim psi adhuc hanc pro synodo legitima agnoverant, itpote idem sentientes cum Petro de Luna, quem ro Papa habebant. Petitum ab his est, ut a Prælatis, Constantiæ congregatis, mitterentur literæ ad omnes Reges, Principes, et Prælatos, qui Petri de Luna secuti obedientiam essent, et vocarentur ad eamdem Synodum; vicissimque hoc fieret ab Regibus, Principibus, Cardinalibus, et Episcopis Hispaniæ ad Prælatos, congregatos Constantiæ; deinde, ut dum Cardinales, ceterique ex Hispania advenissent Constantiam, protinus reciperentur ad omnia jura Synodi, et ne cuipiam damno esset, quod Petrum de Luna secutus esset. Cum conventum fuisset in has conditiones, Hispani etiam Constantiam ad Concilium iverunt, et Cardinales antea Petri de Luna recepti ad collegium ceterorum Cardinalium sunt. *Labbe Conc. Tom.* 12. *pag.* 178. *Vander Hardt. Tom.* 2. *pag.* 178.

Hæc, quæ dicta sunt, acta adhuc sub finem a. 1415. sunt, post Session. 20. Sub initium vero anni subsequentis Hispanorum et adventus, et conjunctio cum Synodo Constantiensi facta est. In Sess. 29. die 8. Mart. a. 1417. judicialis actio in Petrum de Luna instituta; et postquam etiam tunc adhuc laboratum, in eo inducendo ad volun-

luntariam cessionem sed profectum nihil esset, tandem in Sess. 37. die 26. Julii ejusdem anni sententia, quam supra dixi esse in eum conceptam, lata est. Nec tamen cessit: nisi cum anima ipsum, jamque nonagenarium, reliquisset die penultima Novemb. an. 1424. Alphonsus Ferdinando patre mortuo Rex Aragonum ei iterum favere cœpit, eumque fovebat. Causa fuit, quod Martinus V. Papa Siciliam non ipsi, verum Ludovico Andegavensi addixerit: siquidem jam ante ab Romano Pontifice collata fuisset Principibus e Regum Galliæ sangvine. Itaque auctore eodem Alphonso Cardinales Petri de Luna, tametsi duo tantum essent, successorem ei eligendum curavit Aegidium Munionem Canonicum Barcinonensem. Sed postquam cum Martino Papa rediisset in gratiam, hunc Aegidium, qui se Clementem VIII. in suo umbratili Pontificatu vocabat, jussit deponere Pontificatum. Quod cum fecisset, teterrimi hujus schismatis, quod quiquaginta et duos annos duravit, reliquiæ exstinctæ sunt. *Vander Hardt. Tom.* 2. *Martinus V. lib.* 9. *Brev. Platina in Martino V.*

§. 41.

Continuatio Concilii Constantiensis. Martinus V. Papa. Decreta hujus Concilii. De Joanne Parvo, et Falkenberg.

Postquam res cum Petro de Luna sic se habuit, quemadmodum demonstratum est, die 8. Novemb. ejusdem anni itum est ad electionem Romani Pontificis in Concilii Sess. 41. cum prius sta-

atutum factum esset, ut Cardinalibus electuris, ant hi universim tres, et viginti, ex Prælatis iam, delecti ex omnibus nationibus adjungeren- r triginta, idque dumtaxat hac vice, manente einceps penes Cardinales, prout ante fuit, eli- endi potestate. Die 11 Novembris concorditer ectus est Odo Columna Cardinalis e nobilissima milia Romana, qui se Martinum V. nominavit. atim ut Sigismundus Imp. intellexit, factam se Pontificis electionem, ad conclave propera- t, et submissis genibus Martini pedibus oscu- m dedit: electoribus quoque gratias egit, quod lem virum elegissent Pontificem: vicissim vero artinus in amplexus Sigismundi ruit, eumque aximis laudibus, et gratiis veneratus est, ei post eum in acceptis referens factam unitatem, et ncordiam Ecclesiarum: cærimoniæ deinde per- tæ, quas mos est adhibere erga Pontificem re- nter electum, circumvectusque statim per ur- m equo phalerato pulcherrime, ejus frænum dextris tenente Sigismundo Imperatore, a sini- ris Friderico S. R. Imperii Electore, et Mar- ione Brandeburgico, comitante toto Concilio, in concursu ovantis populi. Acta hujus Conci- habent, in Sess. 38. nationem Germanicam pe- sse, ut Pontifex, qui tum adhuc tantum eligen- s erat, postquam electus esset, antequam in- guraretur, perficeret reformationem Ecclesiæ, am hocce Concilium Sess. 3. statuerit faciendam capite, et membris, juxtaque eam formam, am dedisset Concilium. Laboratum fuit in hac rma. Non convenerunt secum nationes in hac scribenda, et determinanda forma: cumque quamdiu litigatum esset, tandem Germanis a eris nationibus datum responsum est, *Electum pam non posse ligari*, cessatumque ab istius

for-

formæ componendæ ulteriore labore. Id, jam supra etiam §. 36. memoratum est.

Attamen in Session. 40. nondumque Pontifice Concilium quædam, quæ existi reformanda collegit, ut ea deinde Pontific ferret confirmanda, idque durante hoc huc Concilio. Hæc octodecim capitibus nentur. Referam ex his memorabiliora. De dinalibus, ne hi sine causa plures quam ginti quatuor essent; de electionibus per P confirmandis, de solvendis Annatis ex fruc anni dumtaxat primi, de Simoniace ordinati a munere suspensi sint, eorum electiones n de Indulgentiis parcius dispensandis, ne vil rent: quæ et lecta etiam in Sess. 43. sunt c Martino Papa. Sunt hæc partim talia, ut d moniacis, quæ semper antea etiam prohibita e partim talia, in quibus, quamvis Concilium luerit stringere Pontifices, hi tamen ita eg prout judicarunt expedire. De sua in Papam i etiam auctoritate, quam sibi dixit esse in Se et 5. nullam jam mentionem fecit Concilium. dimus paulo ante, ipsum Concilium profe esse, Electum Papam non posse ligari. In 45. quæ ultima fuit, Martinus rogatus a Pat ut Acta concilii Apostolica auctoritate confi ret, hunc eadem Acta habent sic respond *Sanctissimus Dominus noster Papa dixit res dendo ad prædicta, nimirum postulata, omnia, et singula determinata, conclusa, et creta in materiis fidei per præsens Concilium ciliariter, tenere, et inviolabiter observare bat, et numquam contraire quoquo modo: i que sic conciliariter facta approbat, et rati*

non aliter, nec alio modo. Ex quo intelligitur
am, quid ex rebus hujus Concilii a Martino
nfirmatum, quid non sit. De decretis vero il-
Sessionis 4. et 5. quibus Concilium Constan-
nse sibi, omnique alio concilio generali aucto-
atem tribuit supra Romanum Pontificem, postea
huc speciatim quidpiam dicetur.

Concilio huic fuit etiam propositum errores
icleffi, et Hussi evellere, et exstirpare. Quid
ro actum in hoc genere ab Concilio hoc sit,
a est expositum supra in narratione de eodem
icleffo, et Husso supra §. 29. 30. 31. Hic ta-
n istud adhuc huc reservavi dicendum. Mar-
us V. Bullam edidit, *Inter cunctas Pastoralis*
e sollicitudines, atque in hac tam Wicleffi er-
es quadraginta quinque, et Hussi triginta con-
nnavit, simulque præscripsit, quænam quæ-
nes ei, qui suspectus, vel deprehensus in ho-
n aliquo fuisset, ponendæ essent. Sicut erro-
istorum multi fuerunt, ita et quæstiones mul-
sunt utpote directæ adversus omnes hos erro-
. Ac proinde cognitis horum erroribus, facile
m est, conjectura consequi, quales hæ quæ-
nes fuerint. Aliquas tamen commemorabo, vi-
icet: Utrum credat, quod post consecrationem
erdotis in Sacramento Altaris sub velamento
is, et vini non sit panis materialis, et vinum
teriale, sed idem per omnia Christus, qui fuit
Cruce passus, et sedet ad dexteram Patris;
um credat, quod Christianus ultra contritio-
n cordis, habita copia Sacerdotis idonei, soli
erdoti ex necessitate salutis confiteri teneatur,
non laico, seu laicis quantumcunque bonis, et
rotis; utrum credat, quod malus Sacerdos cum
ita materia, et forma, et cum intentione fa-

ciendi, quod facit Ecclesia, vere conficiat, ve absolvat, vere baptizet, et vere conferat alia Sacramenta; utrum credat, quod B. Petrus fuer Vicarius Christi, habens potestatem ligandi, e solvendi super terram; utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, si successor B. Petri, habens supremam potestatem in Ecclesia Dei; utrum credat, quod Papa omnibus Christianis vere contritis, et confessis ex causa pia, et justa possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus; utrum credat, quod singuli Episcopi suis subditis, secundum limitationem sacrorum Canonum hujusmodi indulgentias concedere possint; utrum credat, quod liceat personis Ecclesiasticis, absque peccato, hujus mundi habere possessiones, et bona temporalia; utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat, etiamsi male viverent personæ Ecclesiasticæ, bona hujusmodi possidentes. Hæc quæstio dirigebatur adversus illum Wicleffi errorem, Papam, et omnes Clericos, possessiones habentes, esse hæreticos, nec non dominos seculares, atque omnes laicos suum illis ad possessiones habendas consensum præbentes: hinc ne viderentur consentire in his diripiendis, atque pro se occupandis Wicclefistæ etiam pietatis opus constituebant.

In Concilio Constantiensi etiam Joannes Parvus, et Joannes Falkenberg vocati sunt in judicium. Ille erat Theologus Parisiensis ex Ordine Minorum. Carolus VI. Rex Galliæ in phrenesim, mentisque alienationem inciderat, neque postea, quoad vixit, nisi per intervalla, liber ab hac infirmitate erat. Habebat fratrem Ludovicum Du-

cem

cem Aurelianensem, et patruum Joannem Ducem Burgundiæ, qui ambo ad Regiam dignitatem adspirabant. Ludovicum Aurelianensem, dum quadam nocte domum revertitur ex Regia, Joannes Burgundus per eos, quos in insidiis collocaverat, e medio sustulit. Hujus conjux cum tribus filiolis ad Regem venit, et facinoris ultionem exposcebat: sed Rex Ducis Burgundiæ veritus potentiam, nihil in hunc aliud ausus est, quam ut rem commiserit discutiendam Principibus de Familia Regia. Adhibiti autem ab his etiam multi alii sunt e Primoribus Galliæ, nec non Universitatis Rector cum ejus multis doctoribus, in quorum numero etiam Joannes Parvus erat. Hic orationem habuit, in qua cum asseruisset, Ludovicum Regis vitæ struxisse insidias, et conatum esse dejicere e solio, auxilio ad hoc quæsito etiam a Romano Pontifice, (pseudo-pontifex iste fuit Petrus de Luna) nec non tyrannidem exercuisse, cum alios, tum ipsos etiam Parisienses premendo immodicis tributis, ut illam cædem non tantum innoxiam, verum etiam laude, atque præmio dignam poneret, istud asseverando: *Quilibet tyrannus potest, et debet licite, et meritorie occidi per quemcumque vasallum suum, vel subditum etiam per clanculares insidias, et subtiles blanditias, vel adulationes, non obstante quocumque juramento, seu confœderatione, facta cum eo, non exspectata sententia, vel mandato judicis cujuscumque.* Tali enim ratione etiam Burgundus Aurelianensem deceperat, postquam ambo, Sacra communione refecti, inter se renovassent amicitiam, atque Burgundus Aurelianensi sui erga eum amoris affectum, dato etiam jurejurando, contestatus fuisset. Etsi vero Rex in gratiam cum Burgundo redierit, non eo minus Universitas Pari-

risiensis hanc doctrinam Joannis Parvi, instituto judicio, ipso etiam Rege volente, una cum libello ejusdem Joannis Parvi, in quo istam sententiam suam propugnaverat, confixit: ab Episcopo vero Parisiensi, et Inquisitore hæreticæ pravitatis idem libellus ad rogum etiam damnatus, atque exustus fuit. In Concilio Constantiensi, dum de sententiis Wicleffi, et Hussi ageretur, deducta ad judicium etiam hæc Joannis Parvi assertio est, utpote quæ cum illorum sententiis de Regia potestate, quam iidem oppressum ibant, communionem haberet. Synodus in Sess. 13. decrevit, et definivit, hanc doctrinam esse perversam, eamdemque tamquam hæreticam, scandalosam, et ad fraudes, mendacia, proditiones, perjuria viam dantem reprobavit, et condemnavit. *Acta Concilii. Monstrelet. Vol.* 1. *cap.* 38. *Wading. ad ann.* 1410.

Joannes Falkenberg ex Ordine Prædicatorum natione Polonus libellum ediderat, adversus Uladislaum Regem Poloniæ, inscriptum omnibus Regibus, Principibus, Prælatis, quin et universis Christi fidelibus, omnes exhortans, ut consociatis viribus, atque armis irent eversum, et perditum eumdem Uladislaum Regem cum Polonis, idque si fecissent, pollicendo etiam ipsis regni cælorum præmia. Hunc libellum composuerat Falkenberg in gratiam Equitum Teutonicorum, qui in Borussia sedem habentes, et possessiones cum eodem Rege Poloniæ, et Witholdo magno Duce Lithvaniæ de limitibus possessionum, ipsis etiam armis disceptabant. Cum Sigismundo Imp. eunte in Aragoniam, de quo itinere jam dictum est supra, ac deinde divertente Parisios erat etiam Archiepiscopus Gnesnensis: ubi is incidit in libellum Falken-

kenbergi, quem etiam secum Constantiam tulit. Hocce libello Polonorum natio offensa vehementer instabat, ut libellus iste anathemate a Concilio configeretur. Idque factum est, et damnationis sententia erat in hunc concepta, et decreta, cui ipse etiam Martinus V. subscripserat, sed nondum Pontifex. Quo autem Poloni magis triumpharent de hocce Falkenbergi libello, a Martino, cum jam factus esset Pontifex, petierunt, ut hunc denuo condemnaret. Equites vero Teutonici eumdem Martinum rogarunt, ut priorem etiam sententiam mitigaret. Martinus Polonos, et Equites ut componeret, Uladislaum Regem itemque Witholdum magnum Lithvaniæ ducem privilegiis exornavit, Vicarios eos creando Apostolicæ Sedis in temporalibus in suis regnis, a repetitione vero sententiæ in libellum Falkenbergi abstinuit, insuper inducias inter utrosque constituit per annum, et causam illorum seipsum promisit dijudicaturum. Cum autem Poloni nollent adhuc his esse contenti, urgerentque suam petitionem, Martinus Pontifex dixit: *Quod omnia, et singula determinata, conclusa, et decreta in materia fidei per præsens sacrum Concilium generale Constantiense conciliariter, tenere, et inviolabiliter observare volebat etc.* quæ jam verba etiam paulo ante producta sunt, et cum neque sic adhuc destitissent a sua petitione, seque a Pontifice Martino, nisi eis satis fecisset, ad Concilium generale appellaturos dixissent, hoc ipsis prohibuit sub pœna excommunicationis, per suam Constitutionem cujus hæc verba sunt: *Nulli fas est a supremo Judice, videlicet ab Apostolica Sede, seu Romano Pontifice, Jesu Christi Vicario in terris, appellare, aut illius judicium in causis fidei, quæ tamquam majores ad ipsum, et*

Se-

Sedem Apostolicam deferendæ sunt, *declinare.* Nec rem ultra Poloni ausi sunt urgere. *Duglou. de Reb. Polon. lib. 2. Acta Concilii.*

§. 42.

De decretis in Sess. 4. et 5. factis, quibus Constantienses Rom. Pontificem subjecerant generali concilio.

In Sess. 4. et 5. nomine hujus Constantiensis Concilii, velut generalis, et potestatem ab ipso Christo immediate, hoc est, proxime, et sine interventu ullius, habentis, decreta facta sunt de ea concilii Constantiensis, omnisque alterius generalis auctoritate, et potestate, cui omnis fidelis cujuscumque dignitatis, etiam Papalis, obedire teneatur, et qui contempsisset obedire, puniendus esset, etiam recurrendo, si opus esset, ad alia juris remedia, hoc est, si Papa nec poenam suscipere vellet, superesse illud etiam, tamquam ex jure, ut privari, atque ejici ex Pontificatu possit. Superiore §pho 40. hæc decreta exhibita sunt. Horum decretorum vi, atque auctoritate ii, qui ad Basileense concilium brevi postea convenerant, ab Eugenio IV. convocati, posuerant se supra eumdem Eugenium, eique mandata dederant: quæ cum ille non curaret, sententiam in eum tulerant, qua ei Pontificatum abrogaverunt. Pari modo cum Joannes XXIII. se ex Concilio Constantiensi subduxisset, volens frustrari per suam absentiam ea, quæ erant destinata ab Concilio, ista deinde facta sunt decreta, quibus sibi asseruit auctoritatem non tantum ad decernendum omne, quod ei visum fuisset, etiamsi abesset

Pon-

Pontifex, atque his suum addere consensum nollet, verum etiam, quem Concilium cogere posset poenis ad parendum suis decretis, et detrectantem obedire ejicere ex Pontificatu. Joannes Gerson Cancellarius Universitatis Parisiensis sua oratione, quam habuit post Joannis XXIII. abscessum, præivit, et viam paravit ad ista decreta. Ipse vero hoc, quod attulit, ex illo conventu Parisiensi Episcoporum sexaginta, qui anno 1406. habitus est, quemadmodum exstat apud Juvenalem Ursinum in Appendice pag. 610. accepit: in quo, dum Petrus de Luna inire viam schismatis tollendi nec per spontaneam cessionem, nec per generale concilium voluisset, itum eo est, ut Concilii generalis auctoritas major poneretur esse Romano Pontifice, qualem credebant Galli esse Petrum de Luna; et a quo concilio proinde idem Petrus de Luna, quamvis nolens, atque reluctans, tamen amoveri ex Pontificatu posset, alioque creato Pontifice unitas Ecclesiarum fieri, cujus modum velut optimum Galli conceperant, si de Pontificatu contendentes, hunc deposuissent vel sponte, vel vi adhibita, ac deinde alius electus fuisset. Hujus sententiæ de Conciliorum generalium eminentia supra Romanum Pontificem, quæ nitebatur istius etiam Conventus Parisiensis consulto, atque decreto, duces erant Joannes Parvus, ille idem, cujus jam alia etiam sententia paulo ante relata est, quæque damnari meruit, Petrus le Roye Abbas montis S. Michaelis, et Simon Cramaudus, cujus et illud erat, Gallos, Pontifici negato obsequio, tamen non futuros acephalos, quandoquidem tamen Christum habituri sint caput Ecclesiæ: quæ eadem merx Wicleffi fuit, negantis, a Christo caput visibile datum esse Ecclesiæ. Novitatem istius assertionis,

quæ

quæ ad hoc tempus inaudita fuerit, confessus est ipse etiam Gerson *de Potestate Eccles. Considerat. XII.* dicens, hanc traditionem de superioritate Papæ (sunt ipsius verba) supra Concilium sic occupasse plurimorum mentes, ut oppositorum dogmatizator antehac fuisset de hæretica pravitate vel notatus, vel damnatus. Eamdem novitatem adhuc disertius expressit Petrus de Marca *lib.* 4. *de Concord. Sacerdot. et Imp. Cap.* 17. Nam loquens de appellatione, quam Philippus Pulcher Galliæ Rex fecerat a sententia Bonifacii VIII. Papæ ad generale concilium, *Superiore*, inquit, *capite* (sui istius libri) *novam quamdam rationem vidimus in Ecclesiam invectam ab iis, qui se Romanæ Curiæ censuris premi exstimabant, scilicet appellationem a Papæ decreto ad futurum concilium. Novam dixi, quia numquam in Ecclesia admissa fuit provocatio a Papa ad Concilium.* Nam cum ab inferioris sententia Superioris tribunal adire omnibus concessum esse ipsa naturalis æquitas dictet, et persvadeat, quemadmodum ait Benedictus XIV. *lib.* 4. *de Synodo Diœcesana cap.* 5. §. 1. si novum fuit a sententia Papæ appellare ad generale Concilium; igitur novum quoque fuit sentire, Concilium generale esse supra Papam: quæ secus appellatio a Papa ad generale Concilium nulla æquitate impediri unquam potuisset.

Quonam igitur modo hæc Sessionis 4., et 5. decreta a Concilio Constantiensi condi potuerunt? Falline in his condendis, et errore labi potuit, quod fuisse generale, et legitimum, in dubium a nemine vocatur? Et quod a generali et legitimo concilio sancitum est, hocne ante Concilium Constantiense potuit esse novum, atque tale, ut qui huic

huic contrarium assereret, da hæretica pravitate notandus, et damnandus esset? Possetne absque nota ejusdem hæreticæ pravitatis huic aliquis contrarie sentire etiam modo? Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus *lib. de Suprema Rom. Pontificis in Ecclesia potestate Part.* 4. *q.* 7. etiam post Concilium Constantiense non dubitavit affirmare, sententiam de potestate Romani Pontificis supra Concilium eo auctorum numero, et gravitate glori.ri, ut *Totus orbis exceptis pauculis Doctoribus eam amplectatur.* Auctor libri *Quis est Petrus* Wolfgangus Fröhlich ex Ord. S. Benedicti Professor Theol. Ratisbonæ scribens a. 1790. pag. 79. hoc de Germania dixit testimonium, Illam Gallorum quorumdam Præsulum Declarationem (anno 1682. est facta, qua hi Concilium generale posuerunt supra Papam) apud Germanos fuisse communi Doctorum calculo rejectam usque ad novissimos vix amplius viginti annos, ante illud videlicet tempus, quo suum librum ediderat. Nunc enim jam Neoterici Juris Ecclesiastici Doctores hanc inflatis buccis personant. In Hungaria quoque a. 1686. Gegorius Szeleptsényi Primas Hungariæ nomine totius Cleri Hungarici eamdem cum ceteris assertionibus proscripsit, *Ut absurdam, et plane detestabilem, a Satanæ ministris disseminatam.* Carolus Péterffi *Tom.* 2. *Concil. in Regno Hung.*

Jam in hac controversia aliterne potest esse, quam ut illud, quod statuit, decrevit, et definivit Concilium Constantiense in memoratis duabus sessionibus de Conciliorum generalium eminentia supra Romanum Pontificem, vel sit habendum pro certo, et indubitato fidei dogmate, cui contrarium tenere, esse hæreticum; vel hocce statutum,

tum, atque decretum, tametsi factum sit in Concilio Constantiensi, tamen non esse statutum, et decretum œcumenici Concilii? Ipsi Jurisconsulti, quorum nunc ista de Conciliorum generalium potestate supra Papam sententia est, dant (neque facere possunt aliter, nisi omnes alios contrarie sentientes velint summa temeritate habere pro hæreticis) hæc decreta Sessionis quartæ et quintæ Concilii Constantiensis non habere eam vim, quam habent decreta, quæ fiunt ab œcumenicis conciliis, quod Martinus V. Papa tantum ea rata habuisset, quæ conclusa, atque decreta essent in materia fidei. Sed numquid istud, an supremam potestatem Romanus Pontifex habeat supra generale concilium, vel istud supra illum, non est materia fidei? Anne materia fidei erit, Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum cum plena potestate pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam, eo quod hoc definitum sit a Florentino œcumenico Concilio, et non æque materia fidei deberet esse, hanc plenam potestatem in universalem Ecclesiam, atque supra ipsum etiam Papam, habere generale concilium, siquidem hoc definitum sit a generali concilio Constantiensi? Quin, nisi certum habuero, ubi sit auctoritas, qua mihi nitendum sit ad cognoscendum, quid sit de fide Catholica, neque mihi certum de ullo fidei dogmate esse poterit. Itaque hoc quod putatur ab istis, non pertinere ad materiam fidei, non tantum est materiæ fidei, sed ipsum etiam fundamentum, cui innitantur omnia, quæ sunt fidei. Quare aliunde repetendum est, cur hæc decreta Constantiensis Concilii non habeant eamdem vim, quam decreta œcumenicorum conciliorum: videlicet, quod non sint facta conciliariter, ut eodem verbo utar, quod est Martini V. in de-

cla-

aratione, qua rata habuit conclusa, et decreta er Constantiense Concilium. Sunt enim facta in essionibus, quibus Romanus Pontifex non præedit nec per se, nec per suos legatos, ac nequiem aliquis ex illis, qui gerebant nomen Romai Pontificis. Nam Joannes XXIII. se subduxerat, etrus autem de Luna cane pejus, et angve odeat hoc concilium. Gregorius vero XII. (in quo, si uid valent argumenta, quibus hoc probavi, posita tunc fuit vera Romani Pontificis auctoritas,) onnisi in Sess. 14. per suam illius convocationem ibuit ei, ut inciperet esse legitimum concilium.

Est supra demonstratum Martinum V. præscripsisse, ut ex eo, qui de erroribus Wicleffi, t Hussi etiamsi saltem suspectus esset, quæreretur, *Utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, sit successor B. Petri, habens supremam potestatem in Ecclesia Dei?* Nam, qui Papæ asseruit supremam potestatem in Ecclesia Dei, atque ita, ut contrarium statueret, esse hæreticum, certe non credidit, supremam potestatem esse concilio generali supra Papam, nec habuit decreta de hoc facta in Sessione quarta, et quinta pro decretis ligitimis, et alidis œcumenici concilii. Illud quoque jam est eclaratum, ab eodem Martino Papa Polonos esse inhibitos attentare appellationem ad Concilium generale ab ipso. *Nulli enim fas esse a Supremo Judice, seu Romano Pontifice Jesu Christi Vicario in terris, appellare.* Nam qui sibi, et Romano Pontifici vindicavit supremam potestatem in Ecclesia, qui negavit locum esse appellationi ab Romano Pontifice, atque hunc asseruit esse supremum Judicem, isne ratum habuit, vel agnovit verum esse, quod Constantienses decreverunt

de

de suprema potestate Concilii generalis supra Papam? Possuntne simul consistere duæ supremæ potestates. quid opus multis? Annon ipsum Concilium, dum professum est, Papam non posse a se ligari, quemadmodum supra demonstratum est, agnovit Papam se esse superiorem? Si enim credidisset hunc sibi, esse subjectum, profecto non dixisset, a se hunc non posse ligari. Hæc igitur decreta, in illis sessionibus facta, ne ipsum quidem Constantiense concilium pro validis habuit Ipsius etiam Gersonis cristæ ceciderunt, cum audivisset, a Martino Papa dictum decretorie esse: *Nulli fas esse a Supremo Judice Romano Pontifice appellare,* questusque est, illorum decretorum Sessionis quartæ, et quintæ per eumdem Martinum *Fundamentale penitus robur destructum esse*, quorum is præcipuus fuit conditor, et artifex. *Dial. Apolog. pro Constant. Conc.* Qui illarum Sessionum statuta potuit destruere, et in irritum mittere, his ipse ne erat subjectus?

Illud quoque, velim, advertatur: Jurisconsultos, qui defensitant, conciliorum generalium potestatem esse etiam supra Papam, quod negant, idem etiam concedere. Dicunt enim, id quod in Concilio Constantiensi statutum est de generalis concilii potestate supra Papam, non esse tamen tenendum instar dogmatis fidei, quia hoc non sit confirmatum a Martino Papa. Igitur, si confirmasset, hoc ad auctoritatem dogmatis pervenisset. Cujus major, et superior est potestas, ejusne, qui decretum aliquod concipit, et concinnat, sed non prius habiturum vim, quam sit confirmatum, vel illius, qui huic decreto robur, atque vim tribuit per confirmationem? Ex definitione Florentini œcumenici Concilii habemus, Romanum

Pon-

ntificem in universum orbem tenere Prima-
m, esse caput totius Ecclesiæ, et ipsi in Beato
tro pascendi, regendi, ac gubernandi univer-
lem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo
enam potestatem traditam esse. Plena potestas
dem est, quæ summa, et suprema. Nam sicut
ud nonnisi summum, atque supremum est, ad
jus augmentum nihil superaddi potest; ita ple-
m non esset, quod ultra id, quod jam habet,
pere quidpiam posset. Plenam potestatem re-
ndæ Ecclesiæ habet sibi tributam ab ipso Chri-
o Romanus Pontifex, atque hoc ex definitione
oncilii Florentini est indubitatum dogma fidei.
m nunc quisque conclusionem faciat, quale ha-
ndum hujus contrarium sit, quo a Romano
ontifice suprema potestas aufertur, isque subji-
tur generali concilio. Qui putant hanc disputa-
nem esse meras tricas, cum generale concili-
n nonnisi illud sit, quod secum habet Pontifi-
m Romanum, neque aliter sit generale, cor-
s vero cum capite plus sit, quam solum caput;
n videntur intelligere statum quæstionis. Illud
im versatur in disceptatione, si de re, de qua
judicium, Episcopi ceteri in concilio non sint
ncordes cum Romano Pontifice, num in hoc
su Romanus Pontifex se debeat aliorum Epi-
oporum sententiæ subjicere, eamque sequi, vel
od illis placuit possit in irritum mittere. Hoc
erum obtinuit semper in generalibus conciliis, nec
quam stetit, cui Romanus Pontifex suum con-
nsum non addidit. Historia hoc docet Concilio-
m, omniumque luculentissime Chalcedonense.
*uoad causas, quæ ad fidem spectant, aut re-
ılas generales Ecclesiæ universæ, certum est,
s definiri non potuisse absque interventu aucto-
atis Episcopi Romani,* ait Petrus de Marca lib.

7. de

7. de Concord. Sacerd. et Imperii cap. 6. Neotericis Jurisconsultis non suspectus auctor. Hoc de confirmatione generalium Conciliorum per Romanum Pontificem ego tractavi in dissertationibus in Selecta argumenta Historiæ Eccl. Diss. 6. §. 5. In Dissertatione autem 13. tota egi de Constantiensi concilio, nec tantum pluribus adhuc ibi argumentis idem, quod hic, docui, sed argumenta etiam, quibus nituntur, Juris consulti, qui volunt Romanum Pontificem positum habere infra concilium, et præ ceteris sane operose collegit Natalis Alexander. *Hist. Eccl. Sec. XV. Dissert.* 4. in trutina suspendi.

Hæc sunt de Concilio Constantiensi. Hujus Concilii Patribus erat in votis, ut post quinquennium denuo celebraretur Concilium ad mores reformandos, iterumque elapso septennio, et deinceps singulis decenniis. Annuit Summus Pontifex, et Papiam in quintum annum hoc indixit. His peractis terminatum est Concilium. Martinus Papa Florentiam discessit, ubi fere biennium moratus est, cum nondum Romæ essent pacata omnia. Joanna enim Regina Neapolitana, soror Ladislai, cujus jam mentio facta est, Castrum Angeli adhuc tenebat. Joannes XXIII. postquam exauctoratus fuit, Heidelbergam deductus est, et in custodia servatus sub cura Ludovici Comitis Palatini Rheni. Martinus Papa hunc postea libertati restituit. Non deerant, qui eum hortarentur ad Pontificiam dignitatem resumendam, suum etiam ei auxilium ad hoc pollicentes. Ille vero Florentiam ad Martinum Papam venit, et ad pedes ejus se abjecit, quem sublevans, et amplexans Martinus Decanum Collegii Cardinalium creavit, et in consessibus altiorem etiam lo-

cum ei supra reliquos Cardinales tribuit. Non iu superstes mansit, a. 1419. mortuus. *Theodor. Niem in ejus Vita.*

§. 45.

Concilium Papiæ inchoatum, et Senis continuatum. Græci petunt communionem cum Romana Ecclesia.

Post annos quinque a. 1423. Papiæ, quod tiam Ticinum vetustiore nomine vocatur, coeerant convenire Episcopi ad Concilium, quod aulo ante demonstratum est, indictum fuisse in Concilio Constantiensi. Cum autem in hac civiate morbus pestifer serpere cœpisset, Martinus Papa concilium Senas transtulit. Sed neque hic ia perstitit. Convenerant admodum pauci Episcopi: atque hos ipsos etiam Alphonsus Aragoiæ Rex conabatur contra Martinum V. concire. Inter hunc, et Ludovicum Andegavensem uit contentio de successione in regno Neapolino. Joanna II. Regina Neapolis hærede carens doptaverat primum filii loco Alphonsum: sed uia is viventem adhuc Joannam volebat excluere ab administratione regni, illa adoptatioem hanc rescidit et Ludovicum Andegavensem doptavit. Huic autem præ Alphonso faverat tiam Martinus Papa. Hinc in illum ejusmodi onceperat iram, ut etiam ex Pontificatu dejetum vellet habere. Itaque et fovere rursus Perum de Luna coepit, et Patres Senensis Concilii a Martino studuit abstrahere, in partemque jusdem Petri de Luna trahere. Quod cum observasset Martinus, die 19. Febr. a. 1424. conci-

ci-

cilium abrupit, et aliud Basileam indixit, post annos septem habendum. In hoc Concilio Senensi præmissa confirmatione eorum, quæ in Concilio Constantiensi decisa, . et statuta fuerunt contra errores Wicleffi, et Hussi sectatorum, nec non adversus Petrum de Luna, schismati suo pervicacissime inhærentem, actum fuit de reformatione morum, utpote quem sibi scopum habebat positum Concilium. Sumpta sunt in deliberationem quænam, et quomodo deberent reformari. Erant vero discordes Patrum sententiæ. Quamobrem illi totum hoc negotium reformationis ad Martinum Papam remiserunt, ut is de hoc statueret, quemadmodum censeret suo judicio statuendum. *Acta Conc. Senens.*

Ad Concilium Constantiense a. 1418. paulo ante ejus finem advenerant legati a Manuele Palæologo, Imperatore Græcorum, et Josepho Patriarcha Constantinopolitano missi. Horum princeps erat Gregorius Archiepiscopus Kioviensis in Lithvania, quæ olim ampla fuit urbs, nunc in ruinis jacet diversa ab ea, quæ ejusdem nominis existit etiam nunc in Polonia, habens secum novem, et decem Episcopos, multosque alios e laicis nobilitate conspicuos. Res Imperii Græcorum jam in maximas per Turcas redactæ erant angustias. Nullum hi aliud auxilium videbant quam in Latinorum opibus. Hoc autem confidebant et promptius sibi ferendum, si communione essent conjuncti cum Romana Ecclesia. Hujus itaque communionis renovandæ causa missa hæc fuit Constantiam legatio. Inita hæc erat communio in concilio Lugdunensi II. sed stabilis non fuit. Nunc ut stabilitas etiam hæc obtineretur, petiit Imperator a Martino Papa, ut sex ejus filiis, fa-cul-

altatem daret ducendi uxores ex Latinis, itemque
liis Græcis. Concessit Pontifex, ea tamen conditione,
t Religionem more pristino Latino retinerent, et ne
uod ejus impedimentum eis fieret. Sex itaque pro
egiis Principibus missæ in Orientem sunt genere
lustres virgines, inter quas fuit Sophia filia Ducis
Montferatiensis Joanni filio Imperatoris maximo
atu, et a patre jam Imperii consorti facto de-
onsanda. Hi legati sic Constantiæ sunt excepti,
: ipse Imperator Sigismundus, totusque clerus
s obviam iverit. Brevi iterum a. 1420. ad tra-
atum continuandum de conficienda conjunctio-
i idem Imperator Græcorum misit alios legatos
l Martinum Florentiam, petiitque, ut hac de
usa Concilium fieret œcumenicum, idque Con-
antinopoli: quod si hic illud actum esset, plu-
s affuturi essent Græcorum Episcopi, atque
nc renovata conjunctio firmitatem majorem ha-
tura esset, et quod Græci de conciliis, quæ in
riente haberentur, magnificentius sentirent. De
c negotio Papa suum etiam legatum miserat
nstantinopolim Antonium Massanum Ordinis
inorum Ministrum generalem. Idem Imperator
m hanc etiam miserat ad Senense concilium
liberandi causa et de loco ad habendum cum
ræcis concilium, et de toto negotio istius con-
nctionis Hoc vero cum se fixisset in elaboran-
ı reformatione, quæ tamen elaboratio quomo-
ı terminata sit, jam dictum est, censuit tra-
ationem cum Græcis ad ulterius tempus diffe-
ndam. Res deinde in Concilio Florentino, ut
m multo post visuri sumus, perfecta est. *Pla-
za in Vita Martini V. Epist. ejusd. Martini
uid Raynald. ad a.* 1418. *num.* 17. Senense
ncilium et Martinus V. in epistola ad Alphon-
m Aragoniæ Regem, et Eugenius IV. in Con-

stitutione sua *Dudum*, ad Basileense concilium missa, atque in hujus sessione 16. recitata, vocat oecumenicum. Solet vero considerari instar appendicis concilii Constantiensis.

§. 44.

Concilium Basileense usque dum Ferrariam translatum est.

Dies tertia Martii a. 1431. fuit præstituta Concilio Basileensi. Martinus Papa Julianum de Cæsarinis misit cum munere legati, qui ejus vices in præsidendo gereret. Ante hunc diem Martinus, jam æger, die 20. Febr. decessit. Jam die 7. Martii ei suffectus est Gabriel Condulmerus Cardinalis natione Venetus, qui se Eugenium IV. in Pontificatu nominavit. Ita pauci Episcopi convenerant, ut die 23. Julii nonnisi aliquis conventus Episcoporum institutus sit ad consultandum de rebus in Concilio tractandis, tractationisque modo. Julianum de Cæsarinis Cardinalem Martinus Papa miserat, et præsidem constituerat Concilii, Eugenius in hoc munere confirmavit. Cum vero etiam adhuc mense Novembri pauci affuissent Episcopi, et tempus appropinquasset, quo tractandum esset cum Græcis, eorumque cum Ecclesia Romana conjunctione; constituit Eugenius hoc, quod nequidem inceptum erat Basileæ concilium, differre ad annum et menses sex nec jam Basileæ, sed Bononiæ habendum. Id significaverat Juliano Cardinali, et per hunc Episcopis, qui ad illud usque tempus convenerant. Ille vero tantum abest, ut paruerit, ut etiam die 14. Decembris instituerit primam sessionem, quamvis id sciret futurum, contra mentem, et voluntatem Eu-

ugenii, a quo jam paratam etiam esse Bullam overat de dilatione Concilii, quæ quarto die ost etiam Basileam advenerat. Jamque tantam bi istud concilium, unius volæ Episcoporum, rant enim nonnisi decem, assumpseret arrogan-am; ut quoniam hanc dilationem Concilii fecis-t Eugenius non petito prius ipsorum consensu, ontra suam auctoritatem id ducerent esse factum, indignarentur. Die 12. Januarii anni subse-uentis altera Bulla Eugenius rationes suas expo-it æquissimas, quibus motus hoc fecerit. Pau-s admodum convenisse Episcopos, nec spem es-, ut plures, nisi forte post longum tempus, onveniant ob tempus hiemale, et bello, quod ter Philippum Burgundiæ, et Fridericum Au-riæ Ducem flagrabat, impedita itinera. Legatos se ab Joanne Palæologo Imperatore (filius hic at Manuelis, jamque patri successerat) et Jose-o Patriarcha iterum missos esse, qui urgeant sui njunctionem, cujus tam opportuna occasio, inime sit prætermittenda: jamque etiam quoad mpus, et locum sibi cum Græcis convenisse. ec illud probabat Eugenius, quod idem Basileen-s Wicleffistas, et Hussitas Basileam evocassent per as literas ad disceptandum adhuc cum his, quæ i fecerant dogmata, postquam jam de his factum set judicium, eorumque sententiis in Concilio Con-ntiensi, et Senensi. Id enim vergere in contem-um, atque despectum Apostolicæ Sedis, et Sacro-m Conciliorum, dum quod jam decisum esset premo Ecclesiæ judicio; tamen de eo adhuc cum ereticis tractaretur velut incerto, et dubio.

Nec auctoritati vero, neque ullis rationibus igenii illi decem Episcopi cesserunt, in suo hoc anipulo constituentes universale Concilium, su-

premamque potestatem, etiam supra ipsum Papam. Facile est intellectu, unde hoc sibi persvaserint, tantosque spiritus sumpserint: ex illis videlicet statutis Concilii Constantiensis, Sessione quarta, et quinta factis. Julianus Cardinalis hortabatur Eugenium, ut cederet Basileensibus. Nam hos ita comparatos esse, ut etiamsi ipse eos desereret, tamen illi sibi alium præsidem concilii posituri essent, istudque continuaturi. Similes literas Sigismundus Imperator scripserat ad Eugenium, metuens denuo schisma, quod paulo ante tam difficulter exstingvi poterat. Basileenses vero ad suprimendam illam Bullam Eugenii literas vulgarunt, quibus denunciabant, rumorem de Concilio in præsentia abrupto, et in aliud tempus ab Eugenio dilato falsum esse. Nam hoc continuari præsidente legato ipsius etiam Romani Pontificis, nec esse credendum, Eugenium tam esse mutabilem, ut quod paulo ipse etiam decrevisset de hoc concilio habendo, huic vellet facere contrarium. Denique utcumque se hoc haberet, tamen Concilium continuatum iri, quoniam ipsi decrevissent. Die 15. Febr. alteram Sessionem iidem celebrarunt, in qua definiverunt: *Sacram Basileensem synodum, sacris Constantiensi, et Senensi generalibus conciliis decernentibus, atque ordinantibus, et auctoritate Apostolica interveniente, fuisse, et esse debite, legitime, ac rite initiatam, ac congregatam.* Insuper renovarunt, et confirmarunt illa decreta in Constantiensi concilio facta Sessione 4. et 5. Ante hanc sessionem secundam Julianus Cardinalis in congregatione synodali die 8. Febr. se exoneravit præsidendi munere, neque se amplius intromittebat, ut in Actis est Concilii. Nimirum se ex igne retrahere volebat, sed quem ipse accenderat celebran-

brando primam sessionem, et inchoando concilium, primus omnium refractarius Eugenio Papæ, cujus jam mentem, et voluntatem noverat de differendo concilio.

In Sess. 3. die 29. Aprilis literas conscripserunt Basileenses ad Papam Eugenium, eumque monuerunt, ut suam revocet *Prætensam Concilii dissolutionem*, aliisque literis notificet omnibus, hanc suam revocationem; insuper, ut intra tres menses ad Concilium veniat vel per seipsum, vel per legatos plena instructos potestate. *Alioquin*, ajebant, *prout justum fuerit, et Spiritus sanctus dictaverit, necessitatibus Ecclesiæ providere curabit* (Concilium) *et procedet secundum quod juris fuerit divini pariter, et humani.* In Sess. 4. die 20. Junii statutum fecerunt, ut si durante concilio contingeret mori Eugenium, nusquam nisi in eorum concilio successor ei eligeretur: eidem Eugenio interdixerunt, ne durante concilio præter eos, quos jam haberet, alios crearet Cardinales, quos et venire jusserunt ad concilium, etiam contra prohibitionem Eugenii. In Sess. 6. die 6. Septemb. Promotores Concilii, hoc nomen iis fuit datum, quibus commiserant directionem negotiorum concilii) petierunt a Concilio, ut judicium in Eugenium Papam daretur. Jam transierant illi tres menses, quos ei præstituerunt, intra quos venire deberet ad Concilium, ique ter citatus se in judicio non stitisset, contumax haberetur, et damnaretur: idem hoc ita imperiose egerunt erga Cardinales. In Sess. 7. die 6. Novemb. renovarunt suum statutum de Romano Pontifice nonnisi in suo concilio eligendo. In Sess. 8. die 18. Decemb. Eugenio præstituerunt dies sexaginta, eique denunciarunt, quod nisi in-

intra hoc tempus revocasset suum edictum de solvendo, et in aliud tempus differendo Basileensi concilio, secundum juris severitatem actum in ipsum iri: præterea decreverunt, si Eugenius alio in loco instituisset concilium, hoc nullum futurum; non enim posse esse uno, eodemque tempore duo generalia concilia: ipsoque facto omnes, qui ad illud concilium, ab Eugenio institutum iverint, in excommunicationem casuros, quia hoc non sit futurum concilium, sed schismaticorum conventiculum. Sigismundus Imperator stabat aliquamdiu cum Basileensibus inductus illis decretis in concilio Constantiensi sessione 4. et 5. factis, ne recogitans, Petrum esse Petram, super qua Christus ædificavit suam Ecclesiam, ideoque q[illegible] cum Petro non est, nec esse in Ecclesia. Huic i[illegible] que ut gratificarentur, in Sess. 9. a. 1433. dec[illegible] verunt, ut si quid fortasse Eugenius attentasset eum, quod ipsis adhæsisset, omne hoc esset ir[illegible] tum, et inane. In Sess. 10. die 19. Febr. Pro[illegible] tores concilii renovarunt accusationem Eug[illegible] de contumacia. Dantur a Concilio judices ad [illegible] gnitionem capiendam.

In Sess. 11. die 27. April. Iterum me[illegible] quatuor præscripserunt, intra quod spatium non advenissent ad eorum concilium, venie[illegible] obligationem habentes Episcopi, Cardinales, ipse Romanus Pontifex, in suspensionem inc[illegible] rerent ab administratione munerum suorum, t[illegible] que administrationem dignitatis Pontificiæ ipsos devolutum iri. Qui si ista suspensionis p[illegible] na non moverentur, sique indurato animo ([illegible] illorum vocabulum) mansissent, tam contra Romanum Pontificem, quam etiam omnes reliquos usque ad ipsam privationem munerum processurum

rum Concilium esse. Ea patientia, et mansvetudine fuit Eugenius, ut Sigismundo Imp. et Carolo VII. Galliæ Rege, alliisque Principibus svadentibus ad schisma vitandum, ut suum consensum dederit in hoc Basileense concilium, suosque legatos miserit, qui ei præsiderent. At vero Basileenses nec literas Eugenii recipere, nec legatos admittere voluerunt. Illud adversus has literas, et legatos opponebant, quod in his literis scriptum esset ab Eugenio, Per hos legatos, quos misisset ad præsidendum Concilio, negotia esse tractanda cum consilio Concilii. Voluissent esse positum juxta ipsorum determinationem, et sententiam. Sed neque vocabulum, *Consilium* recte intellexerant, sumentes hoc pro solius consilii datione. Significat enim etiam consessum judicum ad ferendum judicium. Deinde respuerunt etiam ideo has literas, quod ea, quæ hactenus egerant, et decreverant, non approbaverit Eugenius, rataque habuerit. Tacuit vero etiam solummodo in præsentiarum de istis. In Sess. 12. die 13. Julii jam parati erant ferre sententiam in Eugenium, Sigismundus Imp. exoravit ab ipsis inducias dierum sexaginta, sed tali spiritu datas, ut nisi decretis jam a se factis *pure, et simpliciter* adhæsisset, sententiam in illum constituerint, qua velut manifeste contumax ab omni administratione Pontificia tam in Spiritualibus, quam temporalibus ipso facto suspenderetur. Hoc quoque Eugenius patienter tulit, iterumque cessit ipsis, fecitque die 1. Augusti edictum, quo pronunciavit, Concilium fuisse legitime indictum, et ab indictionis suæ tempore continuatum, et esse continuandum ad exstirpandas hæreses, reformandosque mores perinde, atque si nihil de eo dissolvendo actum esset, attamen ea etiam adjuncta

cta conditione ut præsides, quos Concilio daturus ipse esset, susciperent, et quæ in Eugenium jactassent, omnia pro irritis haberent. Simile edictum fecit Eugenius denuo die 13. Aug.

At vero neque sic aliquid profectum est. Ad hæc enim Basileenses obstinatissime responderunt, nihil eorum, quæ ipsi decrevissent, esse revocabile: sed Eugenium Papam debere Concilii decretis adhærere pure, atque simpliciter, utpote Concilio inferiorem, atque subjectum. Quare Eugenius videns Basileenses in eo, quod tam temerarie egerant adversus Apostolicam Sedem; tam pervicaces, et obstinatos, die 13. Septemb. per suum edictum ipse rescidit, atque irritum, et inane pronunciavit, quidquid de sua potestate velut suprema, etiam supra ipsum Papam, suis decretis conati, atque moliti essent. Nondum datum fuit hoc edictum, et jam in sua Sess. 13. die 11. Septemb. iterumque deinde in Sess. 14. die 7. Novemb. parabant in Eugenium ferre sententiam, qua eum exauctorarent. Utraque vice facta est iterum prorogatio hujus sententiæ primum ad preces Ducis Bavariæ, deinde deprecante Sigismundo Imp. qui Regiis insignibus indutus assidebat Concilio. Iidem urgebant Eugenium ad cedendum etiam nunc concilio, sacrosanctam putantes Basileensium auctoritatem etiam supra Papam, et valida ipsorum fulmina. Negavit Eugenius se se hoc facturum aliter, quam si Basileenses sua prius statuta, quæ fecerant injuriosa Sedi Apostolicæ, revocassent. *Data igitur promissione*, sunt verba Card. de Turrecremata Summæ de Ecclesia lib. 2. cap. 10. *a Synodo, et securitate a Principibus, quod Apostolicæ Sedis honor, et Sanctitatis suæ illibatus servaretur, mutavit*

sen-

ntentiam, et voluit dissolutionem factam pro ino pacis Ecclesiæ nullam habere, nec habuisse mitatem revocans illam, ac irritans. Ille nuerus initio exiguus Episcoporum in concilio nsim deinde creverat, ita ut, in Sess. 24. die . April. a. 1436. hi tercenti et quinquaginta ptem fuerint. Iste tantus numerus fecerat, ut spiceretur a multis, speciemque obtinuerit auoritatis, qualem habent œcumenica concilia. uantuscumque vero sit Episcoporum numerus in ncilio, nisi secum habeat Romanum Pontifim, non tantum non est œcumenicum, sed iam acephalum: nec Ecclesiam universam reæsentat, nisi velimus dicere, illud totum cors esse, quod destitutum capite est. Hoc erat, ir Eugenius sibi mansvetudine potius quam seritate utendum judicaverit erga Basileenses, ne iod schisma oriretur, quin tamen hoc omni oderatione sua, et facilitate vitare potuerit. actiosi, dum ipsis ceditur, plerumque audacios, et pervicaciores fiunt.

Eugenius decretorum suorum revocationem cit per Breve suum: *Dudum sacrum genera concilium*, die 15. editum. Isto tres abrogait suas anteriores Apostolicas literas de differendo in aliud tempus concilio. Primæ erant: *nscrutabilis* die 24. Juli 1433. datæ; alteræ: *n arcano* die 13. Septembris eodem anno. Teriæ: *Deus novit*, habentes eumdem sibi diem, t annum appositum, quem habebat prior. Quas ero tertias Eugenius suas negaverat esse literas, unt sic conscriptæ fallaciter, ut Basileenses nagis adversus Eugenium concitarentur, noam hæreseos ipsis inurendo; deinde in quius profiteretur Eugenius, sibi quidem esse pote-

sta-

statem supra omnia concilia, ita tamen ut in r
bus fidei his sit subjectus, ut quasi propria eti
confessione haberetur positus infra concilium. A
eas literas: *Dudum sacrum generale concilium*
Basileenses in Sess. 16. die 5. Febr. 1434. decla
rarunt, Eugenium plene satisfecisse monitioni
citationi, et postulatis concilii, eodem videlicet
fastu locuti, et insolentia, qua semper ante. In
subsequente Sess. 17. die 26. April. legatos quo-
que Eugenii admiserunt ad præsidendum. Idem
Julianus, qui jam a principio munere erat fun-
ctus legati in hoc concilio, etiam nunc cum aliis
quatuor Cardinalibus legationem obibat. Ab
his vero jusjurandum exegerunt tam de iis ser-
vandis, quæ jam statuissent secundum decreta
etiam Constantiensis concilii (ista Sess. 4. et 5. in
telliguntur de potestate Conciliorum supra Papam)
quam etiam quæ adhuc statuta facturi essent,
etiamsi his ipsi suum consensum non addidissent.
Quod jusjurandum legati quidem dederant, sed
dumtaxat suo nomine. *Non autem juraverunt
illa tenere*, ait Card. de Turrecremata cit. loc. *
*Nuncii Apostolici: imo, in quantum hujusmodi
protestati sunt in contrarium, nec interesse volue-
runt, in quibus talia concludebant.* Idque et
etiam ab ipsis declaratum est statim in subsequen
te Sess. 18. die 25. Junii. Dum enim in hac Ba
sileenses rursus confirmaturi essent illa decreta
in Concilio Constantiensi facta, Legati negarunt
se ad hanc ituros, *Quod hujusmodi sessioni et
innovationi interesse minime tenerentur.* Sunt
iterum verba Card. de Turrecremata. In qui
bus vero Sessionibus aderant, et præsidebant
numquam aliter statutis subscripserunt, quam
cum expressa declaratione, se nomine proprio
sub-

ubscribere, quemadmodum videre est in Actis Concilii.

§. 45.

Græcorum adventus communionis cum Romana Ecclesia ineundæ causa. Concilium Basilea transfertur Ferrariam.

Joannes Palæologus Græcorum Imperator, et Josephus Patriarcha Constantinopolitanus miserant legatos etiam ad Basileense concilium suæ conjunctionis causa cum Romana Ecclesia, quam petebant: nec de loco adhuc conventum erat, ubi œcumenicum illud, quod volebant, instituendum esset concilium. Constantinopoli istud haberi etiam nunc desiderassent Græci, Basileenses vero Basileæ. Nam ea fuit æquanimitate Eugenius Pont. Rom. ut Basileensibus detulerit loci designationem ad habendum cum Græcis concilium. At vero his nullo modo persvaderi potuit, ut Basileam vellent venire, sed civitatem quampiam, mari viciniorem petebant. Cum deinde de hac Basilienses deliberassent, et satis diu inter se altercati essent; neque tamen convenire potuissent; sed eorum alii Avenionem, alii Ferrariam, vel Florentiam habere voluissent, et pars altera supra alteram sibi arrogasset prærogativam istius determinationis, atque etiam Concilii nomine edictum fecisset de loco concilii ab invicem discrepans; Eugenius nihil ultra moratus Bullam ipse edidit die 25. Septemb. 1437. Ferrariamque determinavit: statimque triremes etiam Constantinopolim misit ad Imperatorem, ceterosque omnes, qui venturi erant ad Concilium, ex Oriente

ente advehendos. Prope septingenti erant, qui Imperatorem, et Episcopos comitabantur. Sic enim inter Imperatorem et Romanum Pontificem conventum erat, ut ab hoc tam Imperatori, quam omnibus e Græcia venturis non tantum navigia, verum ad iter etiam quæcunque essent necessaria, ipsaque alimenta præberentur idque eo usque, donec redeuntes pervenissent Constantinopolim, etiamsi communio illorum cum Romana Ecclesia perfecta non fuisset. Videlicet ad has rerum angustias jam devenerat Græcorum Imperium, Turcarum potentia magis semper crescente. Etiam Basileenses protinus miserant similiter triremes ad Græcos advehendos, et ad impediendum, ne isti cum Eugenio, sed secum de conjunctione tractarent. At vero Imperator, et Græci triremes conscenderunt a Pontifice missas, Basileensium vacuæ redierunt.

Necdum bulla Eugenii, de concilii translatione Basilea Ferrariam promulgata erat, cum Basileenses pristino suo more Eugenium iterum ad suum tribunal citarunt, duorum mensium præfixo spatio, intra quod se sistere deberet. Nec hanc ejus bullam, postquam edita est, curarunt, sed mordicus suo concilio inhæserunt, cujus adhuc postea sessiones unde viginti celebrarunt usque ad diem 13. Maji 1442. quæ quadragesima, et quinta erat, omniumque postrema. In ea, quæ erat tricesima, et tertia, die 16. Maji a. 1439, hæc decreta condiderunt: *Primo, quod veritas de potestate concilii generalis supra Papam, et quemlibet alterum, declarata per Constantiense, et hoc Basileense, generalia concilia, est veritas fidei Catholicæ. Secundo veritas hæc, quod Papa concilium generale legitime congregatum sine*

ne ejus consensu nullatenus potest dissolvere, t veritas Catholicæ fidei. Tertio, quod verita-bus prædictis pertinaciter repugnans est cen-ndus hæreticus. Iidem edictum quoque fece-nt, quo pronunciarunt Concilium Ferrariense se nonnisi conciliabulum schismaticum: deinde Eugenium sententiam tulerunt primum suspen-onis a Pontificali munere, et paulo post ipsius iam privationis: insuper alium elegerunt Roma-um Pontificem Amadeum a Ducibus Sabaudiæ nus ducentem, tumque in eremo Rippalensi tam eremiticam agentem, atque Episcopum or-narunt, qui se Felicem V. quasi Pontificali no-ine appellavit. Non tantum vero Legati Roma-Pontificis, promulgata Bulla de concilii trans-tione, deseruerunt Basileam, verum etiam Epi-opi fere omnes, qui erant congregati in Basi-ensi concilio, ita ut ex trecentis quinquaginta, septem, et qui Ferrariam se magnam partem ntulerunt, remanserint Episcopi non plures vi-nti: qui tamen adhuc ausi erant suam temeri-tem, atque pervicaciam continuare, et, ordi-ato etiam antipapa, schisma, quod tam difficul-r paulo ante fuit exstinctum, resuscitare. Ut men speciem alicujus numerorissimi concilii suo onciliabulo darent, subsellia Episcoporum, qui iscesserant Ferrariam, impleverunt collectitia urba ex Archidiaconis, Præpositis, Prioribus, t Doctoribus circiter quadringentis. Sigismun-us, qui a. 1433. ab Eugenio Imperator Roma-orum fuit coronatus, ubi audiit ista Basileen-ium talia ausa, indignatus vehementer, horum actione rursus scindi Ecclesiam, in cujus compo-enda concordia tantum laborem consumpsisset, minacissimas scripsit literas ad ipsos, idem fa-tum est a pluribus aliis Principibus, et Electo-

ribus

ribus quoque Imperii: sed omnia erant fr
atque Eugenii Romani Pontificis contra se
decretis pergebant sua seditiosa edicta
nere.

Si, promulgata Eugenii Bulla de tran
ne Concilii, aliqua etiam mansisset auc
eidem Basileensi concilio; tamen cum Lega
mani Pontificis, Præsides Concilii, atque
his Episcopi fere omnes discessissent, neq
trecentis quinquaginta, et septem plures
ti remanserint, ac certe quidem hæc auc
constitisset non in his viginti, verum in
qui abscesserunt, hi vero abruperint Con
abeundo, atque Ferrariam transeundo; pr
vel etiam sic, atque ipsius concilii Basil
facto desiisset hocce Basileense concilium.
men quamvis hoc tam evidens debebat esse
est agnitum omnium oculis. Sigismundo
mortuo cum Electores Francofurti a. 14
Imperatorem eligendum convenissent, ele
autem Albertum II. statuerunt nec Eugen
pæ, nec Basileensium in se invicem facta
ta suscipere, in veneratione autem perstar
erga Eugenium, quam erga Basileense conc
insuper assensum ad sextum usque mense
spensum tenere, cui parti adhærendum
Carolus VII. Rex Galliæ æque ita fecit
decreta utriusque partis, attamen declarav
in obedientia erga Eugenium perstiturum,
quem verum, atque legitimum Pontificem
fessus est per legatos suos ad Eugenium. *Apud
nald. ad a.* 1441. *num.* 8. *ex Ms. Vatican*
phonsus Rex Aragoniæ Felici antipapæ se
xit, quem tamen postea deseruit reconciliatu
genio. Eumdem Felicem sequebantur Du

sti

iæ, et Bavariæ: Universitatum, quoque Colo-ensis, Erfordiensis, Viennensis in Germania, acoviensis in Polonia, et ipsius etiam Parisien-, eumdem Felicem sequentium cæcutiverunt nc oculi ad videndum verum, et legitimum Pon-icem. At vero Italia, Hispania, Anglia, et Sco-, nec non Hungaria, cujus Primatem et Archie-scopum Strigoniensem Dionysium de Zeech Eu-nius Papa etiam ad Cardinalium collegium co-taverat, nihil habere voluerunt cum Basileen-am conciliabulo.

§. 46.

oncilium Basileense fuerit ne generale, et legitimum.

Non omnes omnium sententiæ conveniunt de oc Basileensi concilio, fueritne œcumenicum; de-de decisiones, et decreta in hoc facta habeantne mdem vim, quam decreta aliorum conciliorum cumenicorum; præterea etiam sunt, qui quamvis ntiant, fuisse et œcumenicum, et œcumenicæ au-oritatis, tamen variant in sententiis, aliique pro li habeant usque ad ejus sessionem 16. alii usque l sessionem 30. alii denique ex toto. Quoad con-ocationem, eamque factam generaliter per Marti-um V. Papam, et confirmatam ab Eugenio Papa, ullum debet esse dubium, quin fuerit generale, t œcumenicum. Nec tamen idcirco jam vim iam habet auctoritatis concilii œcumenici. Hac tione concilium Ephesinum II. quamvis fuerit, enerale, suumque consensum dederit ad hoc oncilium Leo I. Papa, suosque legatos, qui ei æsiderent, miserit, tamen tantum abest, ut

as-

assecutum auctoritatem aliquam sit; ut etiam omnia ejus acta reprobata ab eodem Leone, et condemnata sint, ad ejusque memoriæ perennem infamiam latrocinium Ephesinum vocetur. Nondum hoc Basileense concilium inchoatum erat, cum jam Eugenius IV. ob causas, quæ inciderant, hoc in præsentia celebrari noluit, sed distulit ad annum, et menses sex. Attamen Episcopi, qui jam convenerant ad Concilium etiam contra ejusdem Eugenii voluntatem, et mandatum istud inceperunt, et continuarunt. Hoc igitur concilium tali ratione non fuit justum, et legitimum, quod non tantum secum non haberet Papam, quod ad concilium œcumenicum requiritur, sed quod etiam obstinate contra illius voluntatem, agitaverint. In sessione ejus 16. Eugenius Papa dedit suum consensum, *decernendo, et declarando generale concilium Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse, et esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari, ac prosecutionem habere debere, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset.* Ita proles hæc, quæ ad hoc tempus solummodo naturalis, non legitima fuit, facta etiam est legitima, non tantum ad agendum in posterum, verum etiam quoad anteriorem ejus partem jam actam. Ex quo sequitur, habuisse illud, quod requiritur ad œcumenicum concilium, ut Papa volente, et consentiente celebretur usque ad sessionem trigesimam. Eousque enim Eugenius Papa, suum consensum, quem dederat ad celebrandum concilium, non retraxerat: hoc autem tempore, et diebus septem post habitam illam trigesimam sessionem die 30. Decemb. a. 1437. Bullam Eugenius edidit de translatione Concilii Ferrariam. Itaque ab hoc etiam tempore Basileense concilium de-

siit habere Papæ consensum ad sui continuatio-
m, nisi quod adhuc dies triginta permissi Basi-
nsibus sint ad tractandum cum Hussitis, his-
e revocandis ad gremium Ecclesiæ, ea tamen
n declaratione, jamque ex Ferrariensi conci-
, quod si Basileenses pergerent suo insistere
ncilio, hoc post illos triginta dies futurum non-
i schismaticorum conventiculum.

Non stat igitur primo illa sententia, quæ
bet Basileense concilium esse ex toto œcumeni-
n et legitimum, quæ Febronii fuit, et est etiam
no eorum, qui secuti Febronium in errore
it, nolunt autem sequi in errore deponendo, vel
ndo. Illud his fulcrum est, quo innituntur, quod
eant Concilium generale esse supra Papam.
de conclusionem faciunt, non potuisse Papam,
ncilium eo non consentiente, transferre Ferra-
m, nec valuisse hanc translationem: et unde
uatur, hoc perstitisse Basileæ. Atque istud
nino jactabant Basileenses, et Ferrariense con-
um pro conciabulo schismatico habebant. Quod
eminentia Concilii generalis supra Papam et-
si maxime obtineret, cujus falsitatem convin-
Decretum Unionis in Synodo Florentina fa-
m, quo definitum est, Romanum Pontificem
: caput totius Ecclesiæ, eique in B. Petro pa-
ndi, regendi, ac gubernandi universam Eccle-
n a Domino nostro Jesu Christo plenam po-
atem traditam esse; tamen neque sic persti-
et Basileæ concilium legitimum: quando qui-
n jam ipsum etiam hoc concilium propter Græ-
ratam habuerit translationem, tantumque de
) adhuc in eo certatum sit: deinde, quod
o decreto ab Eugenio de translatione Ferra-
n, quam et pars una Concilii voluerat, ex

trecentis, et quinquaginta Episcopis, ceteri omnes una cum Legatis Summi Pontificis reliquerint Concilium, seque cum Concilio Ferrariensi conjunxerint, atque nonnisi viginti Basileæ remanserint. Nam istudne potius, quod hi viginti volebant, habendum erit pro eo, quod sit actum ex voluntate Concilii, quam illud, quod reliqui omnes ejusdem concilii Episcopi, plures fere septemdecim partibus, suo etiam facto comprobarunt relicta Basilea Ferrariam transeuntes ad concilium. Ergo etiam in Concilio Nicæno I. quia ex Episcopis tercentis, et octodecim, qui numerus erat Episcoporum omnium, septemdecim ab his dissenserunt, proque Ario steterunt, istorum debuisset vincere sententia, et Arius absolvi, nec dogma de divinitate Christi adversus hunc definiri potuisset, et constabiliri. Est ergo hæc sententia, habens Concilium Basileense ex toto œcumenicum, atque legitimum nullatenus fundata bene.

Si ista non stat sententia, illæne valebunt, quæ habent, hoc Basileense concilium fuisse legitimum, et œcumenicum, aliorum usque ad sessionem 16. aliorum usque ad sessionem 30. quia Eugenius Papa decreverit, et declaraverit, hoc a tempore suæ inchoationis legitime continuatum fuisse, ejusque prosecutionem debere haberi, perinde, ac si nulla ejus dissolutio facta fuisset? cur tamen etiam istæ sententiæ variant? Qui usque ad decimam sextam sessionem Concilium hoc tuentur, non usque ad sessionem tricesimam, eo nituntur, quod Eugenius Papa nonnisi sub ea conditione concesserit Concilii continuationem, ne aliquid ulterius Basileenses adversus Sedis Apostolicæ honorem attentarent: quæ ve-

vero conditio ab ipsis servata non sit, dum iidem etiam postea sua decreta renovassent ad deprimendam dignitatem Apostolicæ Sedis infra se, qua etiam de causa neque Legati Romani Pontificis, Concilii Præsides constituti, adesse sessioni voluerint. Hoc vero idem argumento est, neque priores sessiones sedecim ad auctoritatem convaluisse: siquidem et his quod datum est, æque sub conditione Eugenius tribuerit, ut statuta, quæ jam fecerant, Sedi Apostolicæ injurisoa, revocarent, qui vero non tantum hoc non fecerint, sed etiam eadem denuo, imo et sæpius instauraverint. Quod si igitur ob illam causam, quæ dicta est, non valuerunt triginta Concilii sessiones, consequens esse debebit, neque valuisse priores sedecim.

Etiam vero post jam factam translationem Concilii Basileensis Ferrariam sic ad Sedis Apostolicæ nuncios, nominatim ad Nicolaum de Cusa Nuncium Apostolicum in Germania, die 22. Julii a. 1446. ab Eugenio scriptum fuit: *Nos ipsorum Regis, et Electorum supplicationibus inclinati, ad imitationem Sanctorum Patrum prædecessorum nostrorum, quorum vestigiis inhærentes gratum divinæ Majestati obsequium præstare non dubitamus, sicut illi generalia concilia, suis temporibus rite instituta, atque canonice celebrata recipere, amplecti, et venerari consueverunt; sic generalia concilia, Constantiense, et Basileense ab ejus initio usque ad translationem per nos factam, absque tamen præjudicio juris, dignitatis, et præeminentiæ sanctæ Sedis Apostolicæ, ac potestatis sibi, et in eadem canonice sedenti in persona B. Petri a Christo concessæ, cum omni reverentia, et devotione suscipimus, am-*

plectimur, et veneramur. Rex Romanorum, is fuit Fridericus IV. et electores Imperii petierant ab Eugenio, ut statuta in Basiliensi concilio facta, rata haberet, sic futurum spondentes, ut Germania se tota, sublata suspensione animorum, prona fiat ad obedientiam ei exhibendam. Germaniam, quasi stantem in bivio inter Eugenium, et Concilium Basileense, sic se gessisse aliquamdiu, ut a decretis tam Eugenii, quam Basileensis Concilii, adversum se invicem factis, recipiendis abstinuerit, est superiore §pho demonstratum. Sparserant Basileenses, eorumque fautores, Eugenium nullum recipere concilium œcumenicum, ad invidiam ei creandam. His de causis illud ab Eugenio scriptum in Germaniam fuit, quod modo est relatum. Advertendum vero est, in illo rescripto in Germaniam, nuspiam dicere Eugenium, se decreta a Basileensibus facta suscipere, amplecti, et venerari, sed solummodo hocce concilium perinde, ut alia œcumenica, idque etiam nonnisi in quantum hæc rite instituta, atque canonice celebrata essent; deinde quoad concilium Basileense eumdem Eugenium dixisse expresse, se hoc recipere, verum absque præjudicio juris, dignitatis, et præeminentiæ sanctæ Sedis Apostolicæ, ac potestatis, sibi in persona B. Petri a Christo concessæ. Cumque tamen etiam sic quibusdam visus esset plus, quam oportuisset, Concilio Basileensi largitum esse, ad hanc quoque suspicionem tollendam jam morti propinquus Bullam edidit, quæ *Salvatoria* appellatur, atque in hac declaravit, Numquam se doctrinæ SS. Patrum, aut Pontificiæ auctoritati derogare voluisse, irritumque esse, atque a se revocari, si quid ejusmodi in ægritudinis infirmitate contigisset emanare.

Igi-

Igitur Basileense concilium suscepit Eugenius, et agnovit œcumenicum, nonnisi in quantum legitima potestate convocatum erat, et quatenus, cum ex hac auctoritate decidisset, quia dissolutum erat per eumdem Eugenium, repositum rursus ad hanc per ipsum sit. Nec, quia Concilium quodpiam institutum generaliter sit, et celebretur præsidentibus etiam Legatis Romani Pontificis, jam decreta, quæ in eo conduntur sunt indubitatæ auctoritatis ex seipsis. Nam adhuc indigent Romani Pontificis confirmatione. Anno 879. cum Photius, mortuo Ignatio Patriarcha Constantinopolitano, cujus sedem ante invaserat, impetrasset Basilii Imperatoris patrocinio ab Joanne VIII. Papa, sub certis tamen conditionibus, Episcopatum Constantinopolitanum, quarum una erat, ut in Episcoporum Concilio veniam peteret, quod hunc invasisset, et occupasset vivente Ignatio, atque hoc Concilium generaliter convocatum fuisset, suosque legatos, qui ei præsiderent, Joannes misisset, tamen is Imperatori scripsit: *Et si, fortasse legati nostri in eadem synodo contra Apostolicam præceptionem egerint, nos non recipimus, nec judicamus alicujus existere firmitatis.* Sed nec stetit hoc concilium, neque ea, quæ in eo statuta erant, robur aliquod assecuta sunt, nisi apud eos, quibus Photium sectantibus magis placuit, divisis esse a Cathedra S. Petri, et ab Ecclesia, quæ una, et Catholica est. *Supra Part. III* §. 7. At vero etiam de Basileensi concilio Juliano Cardinali Eugenius respondit testimonio Cardinalis de Turrecremata lib. 2. Summæ de Eccl. cap. 10. *Nos quidem progressum Concilii approbavimus volentes, ut procederet, ut inceperat, non tamen approbavimus ejus decreta:* et in Epistola ad Franciscum Foscari Ducem

Ve-

Venetiarum apud Raynaldum ad a. 1433. num. 19. *Potius enim*, inquit, *hanc Apostolicam dignitatem, et vitam insuper posuissemus, quam voluissemus esse causa, et initium, ut Pontificalis dignitas, et Sedis Apostolicæ auctoritas submitteretur Concilio contra omnes Canonicas sanctiones: quod numquam antea neque aliquis nostrorum prædecessorum fecit, neque ab ullo exstitit requisitum.* Jam supra fuit §. 41. Causas, quæ ad fidem spectant, aut regulas generales Ecclesiæ universæ definiri non posse absque interventu Episcopi Romani. Ad Ecclesiam Romanam, ait S. Irenæus *lib. 3. cont. hæres. cap. 3.* propter potiorem principalitatem necesse est, omnem convenire Ecclesiam, hoc est, qui sunt undique fideles. Ex quo intelligi potest, quod fuit propositum initio hujus §phi, decisiones, et decreta in hoc Concilio Basileensi facta, habeantne eamdem vim, quam decreta aliorum conciliorum œcumenicorum. Andreas Duvallius Doctor Sorbinicus in Disputat. de Suprema Rom. Pont. potestate contra Richer. et Vigorium, *Fuit concilium Basileense*, inquit, *seditiosa contra verum Pontificem Eugenium IV. conjuratio, potiusque latrocinium, quam concilium, ejusque Acta, demptis beneficiorum Pragmaticis recisa, damnata semper fuerunt*, ac rursus: *Concilium illud quovis modo, et tempore spectatum absolute œcumenicum non fuit, sed tantum secundum quid, nempe ratione convocationis, a Pontifice solenniter indictæ.* Quæstionem hanc jam tractavi, atque etiam plenius in Dissertatione mea XIV. in Selecta Argumenta Hist. Eccles.

§. 47.

§. 47.

Concilium Ferrariense. Tractatus cum Græcis in eo instituti.

Initium Ferrariensis concilii erat defixum ad diem 1. Januarii 1438. Sessio ejus prima habita est die 8. ejusdem mensis præsidente Nicolao Albergato Cardinali, cui Eugenius Papa præsidendi suam demandaverat vicem. Non multi adhuc convenerant Præsules, nimirum Archiepiscopi quinque, Episcopi viginti quatuor, nec non plures Religiosorum Ordinum Prælati. Facta declaratio est, synodum esse justis de causis Basilea translatam, atque Ferrariæ legitime congregatam auctoritate Eugenii Papæ, esse œcumenicam, et quæ universam repræsentet Ecclesiam: insuper in hanc Synodum non includi congregationem Basileensem, sed esse illegitimum prorsus, atque reprobum conventiculum, et quidquid illic actum fuerit post decretam ab Eugenio ejus translationem nullam habiturum vim: dies tamen triginta iisdem Basileensibus permissi sunt ad continuandum negotium coeptum cum Hussitis, si forte revocari possent ad gremium Ecclesiæ, ita tamen ut quod acturi ea in re essent, vim non aliter habiturum sit, quam si confirmatum etiam esset ab hoc Ferrariensi concilio.

Die 26. ejusd. mens. Eugenius Ferrariam venit, actaque nocte in suburbio postridie equo vectus solenni pompa introductus in urbem est. Die 15. Febr. sessio habita est altera ipso Eugenio præsidente, jamque assidentibus sibi Episcopis duobus, et septuaginta. In hac deliberatum fuit de Basileensibus, qui ad cetera priora ausa sua

hoc

hoc etiam addiderant, quod cum audivissent, Græcos jam appropinquasse litoribus Italiæ, sed nullatenus velle ad eos accedere, quo disturbarent, atque impedirent illorum cum Ecclesia Romana conjunctionem, in eam audaciam, et temeritatem delapsi sint, ut Eugenium a Papali administratione suspensum esse ipsis etiam Regum, et Principum Oratoribus, qui Basileæ erant, persvadere conarentur. Quamobrem in hos, qualicumque dignitate præditi essent, poenæ pronunciatæ sunt excommunicationis, et privationis dignitatum, atque beneficiorum, imo eas jam etiam incurrisse declaratum: et si post dies triginta vellent adhuc agere suum conventiculum, magistratibus, et civitati Basileensi injunctum est sub poena excommunicationis, et interdicti, ut omnes inhærentes huic conciliabulo ex urbe sua expellerent, nec alimenta iis suppeditarent. Jamque die 9. Febr. etiam Joannes Palæologus Imperator Græcorum Venetias appulerat. Dux Venetorum navi ornatissima, quam Bucentaurum vocabant, qua eadem idem Dux in festo Adscensionis Domini vectus quotannis mare injecto annulo aureo Venetis desponsare solitus erat, obviam processerat, exceptumque eadem navi in urbem, et ad palatium ei præparatum inter campanarum pulsus deduxit. Die 8. Martii Josephus Patriarcha cum Episcopis viginti pariter Venetias advenit. Tam Patriarcha, quam Imperator suum adventum Eugenio Papæ per legatos protinus significavit, qui et quosdam e Cardinalibus, et Ducem Ferrariensem ad salutandum Imperatorem misit. Prior, ut venerat Venetias, ita etiam Ferrariam ivit Imperator. Obviam ei iverunt Cardinales omnes: equo vehebatur cum equitum magno apparatu, et ad palatium Apostolicum deductus cum coram Papa

in

genua vellet procumbere, is illum brachiis am-
exatus, et porrecta dextera osculatus est.
ranzes. lib. 2. cap. 15. Patriarchæ etiam duo
rdinales obviam iverant præter Præsulum alio-
m magnum numerum, eumque deduxerunt
Pontificem: a quo receptus ad sedem, post-
am salutasset Pontificem, deductus est ad pala-
um sibi paratum.

Paucis diebus post in principe Ferrariensi
clesia congregati sunt omnes tam Latini, quam
æci. Fuit quædam disceptatio quoad sessionem.
incipem enim locum in medio templi Græci
o Imperatori volebant dari, quoniam ut dice-
nt, hunc in Conciliis, in Oriente habitis tenu-
ent etiam anteriores Imperatores. Responsum
ro his est, in nullo illorum conciliorum præ-
ntem etiam fuisse ipsum Romanum Pontificem,
d solummodo ejus legatos. Res composita sic
t. In dextro latere Ecclesiæ et ad altaris majo-
s eam partem, in qua Evangelium legitur, con-
derunt Latini omnes: in latere altero Græci pa-
ter omnes. Sedes ex latere dextro erat posita
iam Alberto II. Romanorum Imperatori. Sigis-
undus Imp. jam erat mortuus anno proxime
periore, cujus gener fuit Albertus; quamvis
mper abfuerit; ambæ sedes sibi e regione erant
nstitutæ. Pontifex in eadem dextra parte uno
adu eminentiorem sedem habuit etiam supra
s sedes, quæ Imperatoribus erant collocatæ. Se-
iebantur deinde sedes in latere dextro Cardina-
im et aliorum Præsulum Latinorum, in sinistro
itriarchæ Constantinopolitani, et ulterius reli-
iorum Præsulum Græcorum, nec non omnium
terorum utrinque, qui præterea affuerunt in
oncilio. Missa cum solennis primum fuisset ha-
bi-

bita de Spiritu sancto, ut moris est, Græci interfuerunt, tantumque hac peracta advene præter Josephum Patriarcham. Infirmitate impediebatur. Per syngrapham autem signifi rat, se assentiri, ut synodus Ferrariæ aş Quærebant omnibus modis Basileenses F riense concilium disturbare: sed ipsi Græci fessi sunt, œcumenicum hoc esse concilium præsideret Romanus Pontifex. Ne tamen ulli ad substerfugiendam auctoritatem istius cilii relinqueretur prætextus, atque res com retur cum Græcis plena etiam Latinorum (um inter se concordia, non destitit Eugeniu sileenses attrahere ad se et ad Concilium Fe ense. Hac de causa dilatæ sunt sessiones ul res Concilii usque ad diem octavam Octobr

Ne tamen tempus abiret absque fructu stituta sunt colloquia de iis rebus, quæ controversæ inter Latinos, et Græcos. Omı que primo de Purgatorio actum est. Latir dentur putavisse, Græcos non credere Pur rium. Illi vero hoc confessi sunt: illud so modo mansit in quæstione, poenane ignis e: ret in purgatorio, ut a Latinis affirmabatur aliud poenarum genus: de igne materiali n dem Catholicis fidei dogma est, imo nequ quoad damnatos ad infernum. Quæstionem tractavi in Opere meæ Interpretationis Scrip sacræ ad Eccli. cap. 7. v. 19. Ut vero hi tr tus ordinate et sine confusione fierent, utri delecti sunt, qui de rebus conferrent ceteris dientibus. E Latinorum parte erant duo C nales, Albergatus, et Julianus, idem ille, inter præsides concilii Basileensis fuit, An as Archiepiscopus Colossensis ex Ordine S. D

i, Ludovicus Episcopus Forojuliensis ex Ordi- Minorum cum tribus Theologis Joanne de Mon- igro Fratrum Prædicatorum Lombardiæ Pro- ciali, Petro Perquerio Ordinis Minorum, et nne de S. Thoma ex Eremitis S. Augustini. parte Græcorum designati ad hoc munus sunt, rcus Ephesinus, Isidorus Ruthenus, et Bessa- Nicenus, Archiepiscopi, iisque adjuncti Theo- us Xanthopulus magnus Scevophylax id est, orum, et supellectilis sacræ Ecclesiæ S. Sophiæ tos, Michael Balsamon ejusdem Ecclesiæ ma- is Bibliothecarius, et Georgius Gemistius vir tota Græcia doctrinæ fama celebratissimus. Hi medio consederunt, facie sibi obversi, in ho- n autem medio Nicolaus Sagundinus, lingvæ tinæ et Græcæ bene gnarus, atque in utraque omptissimus interpretis officio in utramque par- n fungebatur.

A Purgatorio, de quo disputatio non ita mul- fuit: de qualitate enim pœnarum, non de enis, quibus purgentur animæ defunctorum, si id secum ferant adhuc expiandum, non tamen erna damnatione dignum, quæstio omnis erat, Purgatorio, inquam, itum est ad additionem rborum *Filioque*, quam Marcus Ephesinus La- is ita objecit, ut prævaricationem diceret ad- rsus Ephesinam œcumenicam synodum, quæ ohibuerit, ne quis aliam fidem proferret ab ea, æ in Synodo Nicæna definita esset, atque ipsos isse auctores schismatis, quod Ecclesiam Græ- m ab Latina tamdiu divulsam tenuerit. Episco- is Forojuliensis explicuit, quomodo se res illa Ephesina Synodo habuerit. In hac vocato Ne- orio contumace dixisse Episcopos, (rem retulit out est in Actis istius Synodi) ut secundum mo-

rem

rem legeretur fides Patrum Nicænorum, et
hac expositione collati de fide sermones, cc
nantes quidem confirmarentur, discrepantes
ejicerentur. Hoc factum cum esset, et tam
storii, quam Cyrilli recitatæ literæ essent, d
rillo dictum esse ab eadem Synodo, hunc, (
stum Deum, et hominem non in duabus,
una persona natum ex Maria Virgine, han
Deiigenitricem profitentem nihil novasse, Nesto
vero fidem Nicænam corrupisse. Ex quo de
conclusit, idem Ludovicus Episcopus Foroju
sis, Synodi Ephesinæ fuisse eam mentem, il
que prohibitionis eum scopum, ne quis prof
fidem Nicænæ fidei contrariam, et ab hac d
nantem, non vero expositionem fidei Nicænæ
sonam: namque Cyrillum, apertius expone
fidem Nicænam, esse ab Ephesina Synodo ju
tum, eadem sapere cum fide, et symbolo N
no. Clare exhibuit, nihil Ephesinam sync
egisse adversus additionem aliquorum verbo
ad Symbolum majoris declarationis gratia,
tantummodo prohibuisse, ne quid adversum
quæ in Symbolo essent, doceretur. Neque
Nestorius, ullum verbulum addidit ad symbo
qui vero damnatus tamen sit, tamquam præv
catus Symbolum, quia huic contraria, et dis
docuerit. Sed neque additionem omnem fa
ad Symbolum esse prævaricationem sic idem
monstravit Forojuliensis. Nam jam ante Syno
Ephesinam fuisse illicitum, et prohibitum q
piam addere, vel detrahere Symbolo Apost
rum, id, quod Cælestinus I. Papa in epis
ad Nestorium testetur: attamen hac prohibi
ne non obstante Symbolo Apostolorum esse q
piam addita per Concilium Nicænum, et Cons
tinopolitanum, et Nestorium ab eodem Cæl

r

eprehensum esse, quod Mariam Virginem neQ Θεοτόκον, hoc idem detraxisset Symbolo Apom: quamvis nonnisi negasset, quod implicite in Symbolo contineretur. Neque igitur per additi-
ı, et detractionem, quam non liceat facere in bolo, aliam intelligendam esse tam additionem, a detractionem, quam ejusmodi, quæ non onsentanea rectæ fidei, quæ continetur Sym-
. Ipsi Græci publice confessi erant, quæstiobi posita, Nicænum, et Constantinopolitaesse idem Symbolum, et lecto uno intelliiud, quia licet in verbis differant, non tadifferre re, et veritate. Unde rursus sic . Forojuliensis Græcos pressit: Cum vos, faini, inquit, esse unum, et idem, quod enit in sensu, quamvis differat in verbis, itur, nec esse proprie additionem in Symboquod Latini habent, quando quod in hoc um expresse est, idem tamen non discrepet, in adversetur ei, quod est in Symbolo Ni-, et Constantinopolitano.

Ad illud confutandum, quod Marcus Ephe-: dixerat, Latinos per hanc additionem verm: *Filioque*, causam dedisse schismati, Jus Cardinalis respondit, falsum hoc esse. Nam bolum cum verbis his, *Filioque* jam ante ius Concilii quinti œcumenici fuisse cantatum Ecclesia: quod constet ex literis Hormisdæ e ad Justinum Imperatorem. Concilia Toleesse magnæ auctoritatis, quibus præsederit legatos Leo I. Papa: in horum autem pluriet eorum symbolis reperiri hæc verba: *Fie*. Quodsi igitur hæc additio schisma peset, jam hoc tunc nasci debuisse. Quod vectum non sit. Tharasium quoque in Synodo

do VII. addidisse hæc verba: *Per Filium:* tamen generasse schisma. Sanctorum Ambr et Augustini, aliorumque multorum Docto Græcorum doctrinam fuisse notam Oriental ante tempus tertii Concilii, (est hoc Ephesinu unde Marcus Ephesinus duxerat argumentum versus additionem *Filioque*) neque tamen ex doctrina de Spiritus sancti processione a Filio passum esse ullum Orientalium aliquod offend lum. Unde non dicatur, ajebat, Julianus, verbum: *Filioque* fuisse causam schismatis, a hinc secutam esse divisionem. Andreas a Episcopus Rhodiensis ad ista adjecit, Jam Synodum quartam, quæ fuit Chalcedone fuisse positam in Symbolo additionem: *Fili* id enim testari Maximum Confessorem in ep la ad Marinum Presbyterum Cypri. Igitur hanc additionem, Ecclesiam Romanam, no disse causam schismati. Denique illud ad e mum Julianus Card. argumentum posuit: Sy lum Nicænum esse conditum ab Ecclesia in S do Nicæna, sic ut plura addiderit ad Symb Apostolorum. Illam vero Ecclesiam, quæ exstitit, etiam existere nunc, et persturan que ad finem mundi. Quod ergo Ecclesia p facere, et fecit adversus Arianam hæresim ipsum habere Ecclesiam etiam deinceps num non, ut Symbolo, quod ipsa condidit, id sit addere, quod judicaverit addendum ad declarandam apertius, quoties id ex usu f et ad novos errores opprimendos conduxer

Hic oportuisset Græcos sic agere contr tinos, ut hos convincerent, id, quod in ha ditione *Filioque* est, non esse rectæ fidei sonum, et orthodoxum: sic enim et illud

ni

issent, ex justa causa se recessisse a commu-
one cum Latinis, utpote corruptoribus Sym-
li, et orthodoxæ fidei. Non tantum vero hoc
n fecerunt, sed cum Latini hoc fecissent,
ræcosque ipsi provocavissent ad disquirendum,
iritus sanctus procederetne a Filio, Josephus
iscopus Methonens. *in libello Apologetico pro
nodo Florentina adv. Marc. Ephesin.* testatur,
arcum Ephesinum abhorruisse ab hac disqui-
ione. Ne tamen nihil opponeret, dixisse, hanc
ditionem non debuisse ad Symbolum fieri,
l hoc de processione a Filio extra Symbolum
aliqua definitione poni. Julianum vero Card.
ic respondisse: Examinetur antea, vox ipsa,
ilioque) num vera sit, vel falsa, et blasphema.
m si repertum fuerit, blasphemam esse, nec
Symbolo retinenda erit, nec alibi uspiam po-
nda. Dum Marcus Ephesinus voluit hanc vo-
m, quamvis non in Symbolo, attamen in de-
itione poni, igitur dedit esse hanc veritatem
ei: quod enim tale non est, nec in definitio-
potest poni. Bessario quoque in Apologia
o Latinis de Process. Spir. S. perhibet, dum
lisset Marcus Ephesinus veniendum ad disqui-
ionem istius dogmatis, fugam parasse cum ali-
ot aliis, sed esse retentos ab Imperatore suo,
i spem omnem deposuerint in hoc vincendi
tinos, quibus suppeterent ad hoc probandum
n multa Patrum testimonia, quibus viderent,
non posse resistere. Ostenderunt igitur, quan-
sinceritate studuerint venire ad agnitionem
ritatis.

§. 48.

§. 48.

Concilium Ferraria transit Florentiam. Græci communione junguntur cum Latinis.

Dum hæc aguntur, Ferrariæ æstivo tempore morbus contagiosus cœpit serpere. Hinc factum est, ut Eugenius Papa susciperet cogitationem de transferendo Concilio Florentiam. Erat et illud. Eugenius non tantum triremes miserat ad Imperatorem et Græcos ex Oriente advehendos, verum hos providere debuit sumptibus, idque ex promisso, ut jam supra dictum est: quin duas triremes, nec non ballistarios trecentos etiam ad tuendum portum Constantinopolis miserat, donec Græci abessent, et quibus militibus omnibus stipendia ipse etiam Eugenius solvere debebat. Basileenses dum voluissent Græcos ad se pertrahere; sibi arrogantes omnia in Ecclesia, quamvis seorsim a Romano Pontifice ejusdem Ecclesiæ universalis Capite agerent, et ut sumptus possent suppeditare Græcis, legem statuerant de decima parte proventuum ex omnibus beneficiis Ecclesiasticis sibi pendenda, tametsi paulo ante Annatas abrogassent, ut hac ratione Episcopos omnes, atque ipsos etiam Principes sibi conciliarent. Eugenius vero ad sustinendos hos sumptus in Græcos subsidia conquisiverat, sed solummodo gratuita: cum tamen jam non haberet, quod daret Græcis, postquam in eos, qui in Italiam venerant, erogasset ad octoginta aureorum millia, in militum vero stipendia, quos servabat Constantinopoli, singulis mensibus exirent aureorum quinque millia, coactus est a Florentinis quadraginta aureorum millia mutua sumere, mithra etiam sua admodum pre-

tio-

sa, et gemmea pignori data. Florentini vero oponderant, se daturos alia insuper quadragin- millia aureorum gratuita, si Pontifex Concili- ı transtulisset Florentiam. Spes erat concor- e inter Latinos, et Græcos. Gloriam civitati e ex confecta hac pace apud se quærebant. genius igitur cum Imperatoris Græcorum et sephi Patriarchæ consensum obtinuisset, in Ses- ne 16. habita Ferrariæ die 10. Januarii a. 1439. cretum fecit de Synodo Florentiam transferen- , et tam hi, quam ceteri eo transmigrarunt, Florentinis maximo apparatu, et splendore su- pti.

Die 26. Febr. prima Florentiæ sessio est ce- rata. In hac solus Imperator, et Julianus Card. i lingvæ Græcæ bene peritus erat, inter se col- uebantur de ratione, qua optima res ad exi- a possit perduci. Græci e suo numero rursus tem elegerunt, qui conferrent cum Latinis. erant Antonius Heracleensis, et Gregorius otosyncellus, quibus vices etiam suas commise- Patriarcha Alexandrinus, Isidorus de Russia, Marcus Ephesinus, quibus vero Patriarcha An- chenus vices suas concrediderat; Dositheus Mo- nbasiensis, una vices gerens Patriarchæ Jero- mitani; denique Bessario Nicænus, et Doro- us Mitylenensis. Latini iidem manserant, qui etiam Ferrariæ erant ad conferendum dele- Provisum fuit per ipsum Imperatorem, et Pa- rcham Constantinopolitanum, ut et ceteri nes Patriarchæ Orientis invitarentur ad hoc cilium, et si ipsi, utpote sub potestate Tur- um positi, non possent venire, saltem mitte- t Vicarios suos: quo per consensionem omnium riarcharum firmior fieret, et stabilior concor-

dia, Conciliumque ex præsentia omnium Patriarcharum eo magis vim auctoritatis obtineret apud Orientales omnes. In his vero disceptationibus ex Latinis Joannes de Montenigro præstitit plurimum. Nam sic disputando pressit Marcum Ephesinum, qui inter Græcos disputatores partes primas tenebat, ut, postquam hi fortissime restitissent, ut ipsa etiam spes concordiæ videretur perdita esse, tamen iidem deinde Græci argumentis cesserint, atque res feliciter ad exitum perducta sit. S. Bernardinus Senensis ex Ordine Minorum Vir Apostolicus etsi non inter delectos ad conferendum, attamen præsens Concilio juvit rem etiam egregie, neque absque prodigio. Volebat ille, ut est scriptum ab eo, qui ejus vitam literis mandavit *apud Surium ad diem* 20. *Maji* in Concilio Græcos veram salutis, et veritatis viam docere: sed magno animi dolore cruciabatur, quod illorum non calleret idioma. Secum autem cogitans admiranda Dei opera, et ut i suis Apostolis contulerit, ut possent omnium gentium lingvis loqui, obnixe Deum rogabat, u largiretur Græcis intelligentiam eorum, quæ dicturus esset ad illos. Mox ferventi spiritu, multa in Deum fiducia fretus, adscendit suggestum, Græceque concionatus est de Catholica fide, Græcos summo studio erudiens, ita ut mirarentur omnes, dicerentque, eum non minus probe nosse Græce, quam si in Græcia natus esset. Sed Deus movebat lingvam ejus, et loquebatur per eum. Cum enim a suggestu descendisset, et omnes laudarent ejus Græce dicendi facultatem, et copiam, ille Deo soli honorem omnem tribuens, mansit expers lingvæ Græcæ, ut antea fuerat.

In

In his disputationibus, Florentiæ habitis, m omnium primo est ad ipsam processionem iritus sancti a Filio, tamquam quod controver-:um, inter Græcos, et Latinos omnium esset ecipuum. Joannes de Montenigro sermonem ›rsus, dicebat, omnium primo definiendum :, quid processionis vocabulo in Personis divi- intelligeretur. Marcus Ephesinus ultro dedit, n et ipse ex illis verbis Christi: *Exivi a Patre* n. 16. v. 28. probavit procedere idem esse, ›d produci: eatenus autem distingvi productio- a Spiritus sancti a productione Filii, quate- hæc Filii juxta Scripturam sacram, et omnes res dicatur generatio, illa Spiritus sancti, pro- ıio. Julianus Card. hæc Marci Ephesini verba ımens, et adhuc distinctius quærens ex eo, ıe ergo, inquit, idem procedere, atque ac- :re esse? Cum is affirmasset, Ergo habemus, Julianus, eam, quam volumus conclusionem, ıe sic argumentabatur: A quo Spiritus san- ı in divinis accipit esse, ab eo etiam proce- Accipit vero Spiritus sanctus esse a Filio. ur ab hoc etiam procedit. Negavit Marcus ıesinus Spiritum Sanctum accipere esse a Fi- At vero Joannes de Montenigro hoc ei invi- probavit, illis præcipue Christi verbis: *Ille clarificabit, quia de meo accipiet, et annu- ›it vobis. Omnia quæcumque habet. Pater, ı sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, ınnunciabit vobis.* Joan. 16. v. 14. Sed et a ostendit Patrum testimoniis ipsorum Græco- ı. Eugenius Papa comparaverat tempestive, et ıverat adferendos ex Oriente codices Patrum :corum quam optimos, et vetustissimos, si e Græci producturi essent testimonia ex non eris Codicibus, qualibus artibus ipsos jam in

aliis etiam conciliis usos esse, non deerant exempla. Inprimis vero istud Joannes de Montenigro docuit hoc S. Basilii lib. 3. adv. Eunomium testimonio: *Dignitate quidem* (Spiritum sanctum) *secundum esse a Filio. ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annunciet nobis, et omnino ex illa causa pendeat, tradit pietatis sermo.* Ex hoc vero testimonio S. Basilii istud: *a Filio* in Codicibus, quos Græci habebant, deerat. Itaque hoc codice, ex quo Joannes de Montenigro testimonium protulit, qui ex Græcia erat allatus, et antiquissimus, fraudis etiam, atque corruptionis arguit Græcos. Marco Ephesino non occurrit quid adversus authentiam hujus testimonii, atque hujus de processione Spiritus sancti a Filio tantam evidentiam, responderet, sed perculsus hæsit attonitus, et elingvis. Imperator, ut quod de corruptis Codicibus objectum erat Græcis, dilueret, unaque Codicis, ex quo Joannes a Montenigro testimonium S. Basilii protulerat, auctoritatem infringeret, dixit, Non his codicibus, qui ex Oriente essent ab Latinis petiti, standum esse. Nam esse sibi alios codices S. Basilii, fide dignissimos in Græcia, qui istud: *a Filio* non habeant: qui proinde majus habere pondus debeant. *Domine Imperator,* huc respondit Cardinalis Julianus, *cum decreveritis ad certamen venire, oportuit Magnificentiam vestram arma vestra vobiscum afferre, non hœc in certamine exspectare.* Quod S. Basilius de Spiritu sancto dixit, dignitate secundum esse a Filio, id præcise quoad ordinem dictum fuit, nec tantum a S. Basilio, verum ab aliis etiam Græcis Patribus. En verba S. Gregorii Nysseni lib. 1. contr. Eunomium: *Porro idem nobis et de Spiritu sancto dicendum est, cujus in solo or-*

di-

ne differentia constituta est. Nam ut Patri njunctus est Filius, et cum ex illo esse habeat, n tamen posterius existit; sic etiam Spiritus nctus proxime hæret Filio, adeo, ut detracta incipii ratione nulla re Sancta Trinitas a se sa dissideat.

Multis aliis testimoniis Sanctorum Patrum, rumque Græcorum Joannes de Montenigro, obavit processionem Spiritus sancti a Filio iism Græcis. Hi autem postquam omnia tentasıt, atque effugia quæsivissent, tandem ardom, quo semper restiterunt, remiserunt, et imos ad concordiam et conjunctionem cum Lais faciendam inclinarunt, excepto tamen Mar- Ephesino: quem idcirco Imperator, una cum ıtonio Heracleensi ex tractatibus abesse jussit, ıque alienatæ etiam mentis indicia dederat ex vore disputationis, et ob dolorem, pudoreme, quod in Disputationibus identidem defecis-, nec respondere ad argumenta quidquam sciset. Nam cum aliquando ad eum venissent quin missi, ut ad disputationem prioribus diebus ptam continuandam invitarent, repererunt jaıtem in lecto stridentem dentibus, et incondiı fremitum edentem: negabatque, se posse ıire: nam nocte præcedente Cardinales ad se ıisse, domumque perrupto tecto intrasse, et eum virgis igneis conciderint, corpusque ıat videndum, quasi sic concisum. Imperator deinde hortator Episcopis fuit, ut amplectetur conjunctionem, Deum præ oculis haben-, et ne suas animas læderent, atque sangvinis ırum Christianorum reos se se facerent, qui eos, velut pastores, ac duces suos respicerent. c cum dixisset Imperator, Episcopi, præeun-

te

te Patriarcha, una voce omnes dixerunt: *Quicumque retardaverit piam Christianorum unionem, sit illi anathema.* Solus vero Marcus Ephesinus et nunc, et postea semper inhæsit suæ pervicaciæ, clamans, Latinos esse non solum schismaticos, verum etiam hæreticos. Bessario et jam antea orationem ad Græcos habuit, qua eos hortatus erat ad communionem cum Romana Ecclesia, nec tantum Latinorum argumentis ipse victus agnovit processionem Spiritus sancti a Filio, verum etiam testimonia Patrum Græcorum conquisiverat, quibus eamdem persvaderet ceteris Græcis. Sed et Marcum Ephesinum, Latinos incessentem, velut schismaticos, et hæreticos compressit, ostendens, hanc nihil nisi maledicentiam esse, quæ in ipsos etiam Ecclesiæ sanctos Patres caderet, utpote quorum cum Latinis de processione Spiritus sancti a Filio sit una, atque eadem sententia.

Hac quæstione finita, quædam adhuc alia inter Latinos, et Græcos non omnimode consona, tractata sunt, et composita. Declaratum est, Græcis etiam assentientibus verba, *Filioque* veritatis declarandæ gratia, et imminente tunc necessitate licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse apposita. De ipsa vero processione iidem coaluerunt in hoc: Quod Spiritus sanctus ex Patre, et Filio æternaliter sit, et ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio, et unica spiratione procedat, declarantes, quod id, quod sacri Doctores, et Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum vero Latinos principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris

sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignen- dederit præter esse Patrem; hoc ipsum, quod ritus sanctus procedat ex Filio, ipse Filius a re æternaliter habeat, a quo etiam æternaliter itus est. Etiam assensi sunt Græci in venera- Eucharistiæ Sacramento, Corpus Christi tam in ne azymo, quam fermentato veraciter confici: erdotes vero debere unumquemque juxta Ec- iæ suæ sive Occidentalis, sive Orientalis consve- inem corpus Domini conficere. Eorum animas, vere poenitentes in Dei charitate decedunt, equam de commissis, et omissis, dignis pœniten- fructibus satisfecerint, poenis Purgatorii purga- et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse vivorum fidelium suffragia, Missarum scili- sacrificia, orationes, eleemosynas, et alia tatis officia, Illorum animas, qui post Bapti- im susceptum, nullam peccati maculam in- rerunt, illas etiam, quæ post contractam cati maculam purgatæ sunt vel in suis ad- corporibus, vel jam his exutæ, in cælum c recipi, et intueri clare ipsum Deum tri- n, et unum, sicuti est, meritorum tamen ersitate alium alio perfectius. Illorum autem nas, qui in actuali mortali peccato, vel so- originali decedunt, mox in infernum descen- e, pœnis tamem disparibus puniendas. De- ne et in hoc Græci consenserunt cum Lati- Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum tificem in universum orbem tenere Primatum, psum Pontificem Romanum successorem es- B. Petri, principis Apostolorum, et verum isti vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et ium Christianorum patrem, et doctorem exi- e, et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, et ernandi universalem Ecclesiam a Domino no-

stro

stro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum Conciliorum, et in sacris Canonibus contineatur. Est ordo etiam postea renovatus ceterorum Patriarcharum, ut Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus vero Jerosolymitanus salvis omnibus eorum juribus, et privilegiis.

Factum est deinde decretum Unionis, cui hæc, quæ modo retuli, inserta sunt, Eugenii Summi Pontificis, Joannis Palæologi Imperatoris, Præsulumque omnium tam Latinorum, quam Græcorum, ceterorumque, qui Concilio affuerunt, subscriptione firmatum. Die 6. Julii anno 1439. in Ecclesia Metropolitana decretum solenniter publicatum est. Pontifex in altaris latere dextro, Imperator Græcorum in sinistro constitutum sibi thronum, ceteri ulterius tam Latini, quam Græci sua subsellia habebant. Omnium primum præcinentibus cantoribus Græcis, *Veni sancte* cantatum est. Pontifex postea rem sacram fecit, Symbolum cantatum est cum trina repetitione verborum: *Qui a Patre, Filioque procedit* tam a Latinis, quam a Græcis. Peracto Missæ sacrificio, decretum Unionis lectum est. Bessario hoc legit. Tum omnes Latini, et Græci ad thronum Pontificis accesserunt, ejusque genua, et dextram osculati sunt. Quod Græci Præsules tantum nunc Pontifici præstiterunt, prius autem, etiam in primo suo adventu Ferrariam, solummodo caput ei inclinaverunt. Demum Latini et Græci omnes se se invicem complexi, atque osculati sunt. Josephus Patriarcha Constantinopolitanus huc usque non supervixit fractus jam senio.

Ut

essio haberetur ad solenni decreto sanciendam
nem, ipse flagitaverat: sed nondum omnia
e, quæ aliquam quæstionem habebant, post
ratam controversiam de processione Spiritus
ti, erant terminata. Die decima Junii post sc-
occasum dolor maximus Patriarcham invasit,
nocte, quæ secuta est, decessit relicto hocce
pto paulo ante mortem confecto: *Quoniam ad
n vitæ meæ perveni, soluturus jam commune
tum, Dei gratia scribo, et subscribo senteniam
meam aperte universitati filiorum meo-
. Omnia igitur, quæ sentit, et quæ do-
tizat Catholica, et Apostolica Ecclesia Do-
i nostri Jesu Christi senioris Romæ, ipse quo-
sentio, et iis me acquiescente do, et dico.
fiteor quoque Beatissimum Patrem patrum,
Maximum Pontificem, et vicarium Domini no-
Jesu Christi antiquæ Romæ Papam ad cer-
omnium fidem, nec non Purgatorium ani-
um. In horum quippe fidem scriptum est
mensis Junii nono, anno millesimo quadrin-
tesimo trigesimo nono.* Summa funeris pom-
elatus est, ipso etiam jubente Summo Ponti-
, comitantibus funus omnibus Cardinalibus,
Latinis Præsulibus: in Ecclesia S. Mariæ No-
æ, ubi palatium etiam Apostolicum fuit, tu-
atus est.

§. 49.

§. 49.

Quædam adhuc ulterius cum Græcis tractat. Res, quomodo se habuerint in Oriente post Græcorum reditum. Disputatio denuo instituta cum Marco Ephesino. Hujus obstinatio usque ad mortem.

Post confectam conjunctionem Græcorum cum Latinis, et post habitas huc usque decem sessiones Florentiæ præter eas sedecim quæ celebratæ erant Ferrariæ, Eugenius Papa iisdem Græcis ista ulterius adhuc proposuit, et exquisivit: Cur Sacerdotes apud ipsos panem, postea offerendum in plures particulas, majores, et minores dividerent, easque deinde ei pani, quem consecrant iterum adjungerent; cur caput inclinarent panidum nondum consecratum deferunt ad altare cur in consecratum calicem aquam ferventem infunderent; cur non Episcopi, sed Presbyteri apud eos Confirmationis Sacramentum administrarent cur Episcopi, et Sacerdotes Sacrum celebraturi non Confessionem præmitterent; cur post consecrationem jam factam, hanc precationem adhuc subjicerent: *Fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui, et transmutans ea Spiritu sancto tuo: Amen, amen, amen;* cur conjugia dirimerent; denique cur sibi Patriarcham non eligerent, sed abire absque capite vellent. Quod ad hoc ultimum attinet, dicebant, morem sibi esse, ut Patriarcha Constantinopolitanus, Constantinopoli eligatur: eumque se retinere velle. Pontificis autem Romani nomen dyptichis suis ultro inseruerunt. Matrimonium per adulterium solvi ab ipso etiam vinculo, sicque priore dissoluto aliud iniri posse, Græci tenent, et secundum

ı hoc agunt etiam nunc. Quod ad Confessionem
net Sacramentalem ante Missæ celebrationem,
ıs non prætermissio omnis videtur intelligen-
sed quam solummodo rarius facerent, etiam-
anc exigeret conscientia. Nam nec in Latina
lesia lex Confessionis faciendæ ante Missæ ce-
rationem aliud exigit. *Conc. Trident. Sess.* 13.
. 7. Qualiter Græci responderint ad hæc quæ-
, in Actis Concilii non exstat. Petrus Arcu-
s in libro *de Concordia Ecclesiæ Occidentalis,*
Orientalis in septem Sacramentorum admini-
ıtione aliquam de his nonnisi suspicandi facul-
m dat.

Eugenius Papa questus etiam de eo est,
ıd Græci Marcum Ephesinum adhuc sivissent
ıunem, qui non tantum refractarius esset ad-
sus Florentini Concilii definitionem, verum
ım tam insolens, ut ipsos etiam Græcos Epi-
pos, quod se cum Latinis junxissent in do-
ate de processione Spiritus sancti, hæreticos
aret: non enim sic egisse Concilium Nicænum
ı Eusebio Nicomediensi, et Theogni Nicæno,
initioni Concilii contra Arium subscribere no-
tibus; non sic egisse Constantinum M. qui
propterea exilio mulctaverit. Episcopi Græci
m protinus dixerunt Marco, ut nisi se subje-
set sententiæ Concilii, eum exauctorarent. Ille
ıs venit ad Imperatorem, cumque lacrymis
ı deprecatus est, ut ejus canos respiceret, et
sineret se ignominiæ coram Latinis exponi,
æ ei omni morte futura esset acerbior. Post
litum in Orientem, faceret secum Imperator,
idquid vellet, se nihil recusaturum. Imperator
xus ejus precibus, jussit Episcopos ab actione
eum abstinere in præsentia, Pontificique pol-
li-

licitus est, se facturum Constantinopoli, ut M
cus vel subscribat decretum Unionis sua m
vel certe impunis haud meneat. Die 26. a. 1
Imperator, et Græci reliqui Florentia mover
et Constantinopolim ad iter se dederunt, eo
die 1. Febr. 1440. pervenerunt. Pontifex
tantum illas naves, et milites, qui jam ad p
sidium portus Constantinopolitani missi erant,
ulterius etiam tempus ibidem reliquit, sed i
per classem longarum navium viginti pro
mensibus, vel navium decem pro anno pron
se missurum suis stipendiis. Bessario mansi
Italia nolens reverti in Orientem; quem Euge
Papa dignitate Cardinalis exornavit. Litera
ipse impense coluit, et literatorum magnus
tor fuit, multis deinde legationibus perfun
Apostolicæ Sedis. Inter ejus Opera, quæ p
elucubravit, excellit ejus Oratio, quam ha
Florentiæ ad Græcos de processione Spiritus
cti: qua eosdem Græcos jam incipientes nu
ita ursit, ut etiam cesserint. Postquam fa
Cardinalis est, eam sibi in hoc munere comp
vit laudem, atque existimationem, ut mo
Nicolao V. qui post Eugenium IV. Pontifica
gessit, parum abfuerit, quin etiam Summus l
tifex electus sit, illudque solum Cardinales r
caverit propendentes in eum a suffragiis, in il
conferendis, ne hominem ponerent ad api
universæ Ecclesiæ a schismate recenter con
sum, et ne posset videri neminem inter Lati
fuisse, tam dignum Pontificio munere, et i
neum. Reverti autem in Orientem noluit, p
sagus ejus, quod factum a Græcis est, qui l
rique etiam Florentiæ communionem ampl
resilierunt, cum ab ipsis populus, velut in s
sma Latinorum lapsis, abhorruisset. Eo aut
mi

nus sperandum erat, ut populus renunciaret
ismati.

Res, quam ipse Imperator appetierat Græ-
rum, et quæsierat, cuique magnum laborem
penderat, ipsius etiam facilitate, atque indul-
ntia in irritum abiit, precibus cedendo Marci
hesini. Namque hic obstinatissimus in schisma-
et versutissimus ad quidvis fingendum, sta-
a ut pervenit in Orientem, cum non defuis-
nt, qui refugerent communionem initam Flo-
ntiæ, inprimis Clerici, et monachi, non tan-
m istorum in resistendo corroboravit audaciam,
l sparsis in omnes partes literis, ad ipsosque
am Patriarchas omnes Orientis, cum jam et
i Concilium Florentinum suscepissent adducti
rum literis, quibus vices suas commiserant, at-
e communionem Florentiæ initam suis literis
iam habuissent, omnes fere induxit nequissime,
, crederent, Florentinam Synodum nullatenus
nonice actam esse, sed Latinorum pessimis ar-
ius corruptam, nihil minus quam legitimam
nodum exstitisse. Mentiebatur in suis literis Jo-
phum Patriarcham auro esse inductum ad dan-
m consensum conjunctioni, ceteros fame, et
edia esse eousque cruciatos, donec cessissent.
tinos ex Patrum libris, quos prius interpola-
rint, et corruperint, allegasse illorum testimo-
a, et quibusdam persvasisse, Patrum, quam
si sequerentur, esse sententiam, neque tamen
iam hoc nisi in paucis iis successisse, et qui ta-
en ipsi etiam statim suum revocaverint consen-
m: esse veterem Ecclesiæ, et Patrum doctri-
m in Concilio Florentino subversam funditus.
uo factum est, ut eos, qui Florentiæ fuerunt,
in communione, illic inita, perstiterunt, azy-
mi-

azymitas, et apostatas vocarent: nec ipsi quoq
Imperatori parcentes suis conviciis, et maledicti

Marci hæc mendacia refutabantur quide
etiam scriptotenus, per Græcos, qui in Conc
Florentino fuerunt. Hoc fecerat Josephus Episc
pus Methonensis, hoc Gregorius Protosyncel
hoc Gennadius, hoc Bessario: sed cujus libri
quia in Italia scripserat, nonnisi tardius in Græ
ciam pervenerant. Attamen præ his omnibus Ma
cus majorem apud Græcos fidem invenit. Vol
tate, et animo ferebantur ad schisma. Ea autem
quæ volumus, etiam citius credimus. Itaq
omnibus laudibus iidem etiam Marcum celebr
bant, tamquam qui unus Florentiæ invictus p
stiterit, et propugnaculum Religionis adversus e
proditores fuerit. Ex iis, qui communione
quam Florentiæ erant amplexi, reversi in Græ
ciam ejuraverant, erat Antonius Heracleensis Me
tropolita. In hoc Imperator tantum fiduciæ p
suerat, ut ei etiam Patriarchalem dignitatem i
locum Josephi, Florentiæ vita functi, destinave
rit, talem exquirens, qui in perficienda, et st
bilienda conjunctione maxime laboraret. At ver
iste palam professus Imperatori est, sibi jam n
hil esse cum hac conjunctione. Itaque ejusdem
Imperatoris opera Metrophanes Cyzicenus fact
est Constantinopolitanus Patriarcha. Egregie fu
animatus erga conjunctionem, ita ut hujus per
ficiendæ causa civitates, et loca obiret non ta
tum Patriarchatui suo subjecta, sed extra h
alias etiam regiones, et loco moveret Episcop
refragantes. Parum tamen profecit plebe se fer
citer opponente.

Itaque revocatio illa Ecclesiæ Orientalis ad com
mu-

unionem cum Romana, quam Romano Pontifici
oponderat Joannes, Imperator Græcorum, minus
ospere processerat, adeo ut Patriarchæ etiam
anes Orientis, Alexandrinus, et ceteri literis
lucti, quas sparserant Marcus Ephesinus, alii-
ie schismatici, abruperint conjunctionem, in
iam consenserant: quin Joannem Imperatorem
am terruerant se se illum anathemate percus-
rum, si pergeret urgere conjunctionem. Isido-
m Archiepiscopum Ruthenorum, qui etiam af-
it in Synodo Florentina, Cardinalem creaverat
igenius Papa una cum Bessarione in præmium
vatæ operæ in perficienda conjunctione. Huic
ntifex in Russia, et Moscovia cum munere Le-
ti Apostolicæ Sedis commiserat negotium per-
iendæ ejusdem conjunctionis in his regionibus;
ippe qui sub Patriarchatu Constantinopolitano
siti eidem Græcorum impliciti fuerint schisma-
Hunc vero Archiepiscopum suum Russi con-
neliose vocantes fidei desertorem, atque prodi-
rem, a quo turpiter Latinis venditi sint, in
rcerem conjecerunt. Ex quo tamen postea fu-
elapsus est. Pontifex autem fidem ab Joanne
ip. exigebat promissi, ejusque tepori, aut nec
ceræ voluntati adscribebat, dum non fieret,
od se perfecturum spoponderat. Nec excusari
eo potest, quod non statim, ut Constantino-
lim ipse, ceterique Græci Florentia reversi sunt,
Marco Ephesino fecerit illud, quod homo ob-
nate pertinax adversus auctoritatem Forentini
ncilii commeruerat: qui si moram non adhibu-
et, neque Marcum in libertate per ipsas etiam
istolas spargendi ea, quæ adversus Concilium
orentinum finxit nequissime, reliquisset vel tan-
lum; hæc tam perniciosa flamma erumpere non
tuisset. Neque tamen Pontifex Romanus ex

par-

parte sua non præstitit Imperatori, quod ei auxilium adversus Turcas pollicitus est.

Amurathes Turcarum Sultanus non tantum in Asia jam sic invaluerat, ut ipsam etiam Constantinopolim adgressus sit, et oppugnaverit, verum etiam, transiens in Europam, Thraciam, Macedoniam, Illyricum, Epirum, Bulgariam, Albaniam, Schlavoniæ magnam partem, et non parvam Russiæ occupaverit. Quæ crudelitas Turcarum fuerit in victos, et captivos, et quantum horum numerum in servitutem abduxerit ex his regionibus, quæ modo dictæ sunt, cognoscitur ex literis Eugenii Papæ, ad Christi fideles datis, quibus hos excitat ad capienda arma, et ferendum subsidium. Docet, ducentamillia animarum redacta in servitutem esse, captivos Christianos utriusque sexus duxisse uno fune ligatos, et eos, qui aut longis itineribus, aut infirmitate, aut senectute, aut aliis incommoditatibus fessi sequi non poterant, partim occisos, partim letaliter sauciatos relictos esse, ut a feris laniarentur. Ex Hungaria præsertim, ab aliquo tempore plus solito bellis civilibus afflicta, magnam Christianorum captivorum multitudinem esse venditam et abductam sic, ut pater filium, filius patrem, vir uxorem, uxor virum viderit se abstrahi; et hoc Turcas illis videntibus fecisse ad exaggerandum ipsis dolorem: præterea mitti a Turca ad omnes provincias, quas sibi subjugatas habet, certo tempore exactores, qui ex singulis Christianorum familiis adolescentem, minimum unum, abstraherent e gremio, et manibus lugentium, et ejulantium matrum, et Mahometi initiatum cogerent militare. Eugenius Papa comparavit classem septuaginta triremium, et misit usque Hellespontum, ad præcludendum Turcis iter, et transitum

ex

Asia in Europam Franciscum Condulmerium
linalem, suum ex fratre nepotem, classi præ-
rat: quo non obstante Turcæ tamen Helle-
itum transierunt, quia Condulmerius satis vi-
et providus non fuit. Alter exercitus pede-
itinere ductu Juliani Cardinalis, cujus jam
: facta mentio est, versus Bulgariam profici-
atur ab Europæis Principibus æque, ut prior
lis, efflagitatus. Tunc illud ad Varnam fa-
ı est prælium in ora Ponti Euxini, quod Chri-
is male cecidit, in quo Uladislaus etiam Rex
gariæ occubuit.

Dum autem Franciscus Cardinalis ad Helle-
tum esset, voluit Joannes Græcorum Impe-
•, et Proceres ejusdem Græci imperii dispu-
nem publice haberi inter Marcum Ephesi-
; et Bartholomæum de Florentia Episcopum
nensem ex Ordine Prædicatorum Theologiæ
Magistrum, ipsius etiam lingvæ Græcæ pe-
a, quem secum idem Cardinalis habebat. Etsi
consultum non erat, rem jam cum ipsis et-
Græcis definitam adhuc exponere disceptatio-
t hanc uni homini committere adversus acer-
m adversarium, ne si huic disputatio minus
successisset, adversariis cresceret audacia,
e infirmi, et minus periti offendiculum pate-
ır; tamen Cardinalis assensum dedit, Bartho-
ıusque rem suscepit, ne si recusata fuisset
ıtatio, hinc Marco aliqua se jactandi adver-
atinos, quasi non ausos secum congredi, oc-
esse posset. Hujus disputationis vero is fuit
s, ut Marcus Ephesinus a Bartholomæo su-
:us, et confusus ita sit, atque hinc tanta ab-
:us tristitia, ut intra paucos dies exspirave-

S. Antonin. 3. *part. tit.* 22. *cap.* 11. Gen-

nadius, idem is, qui adversus Marcum Ephesinum scripsit apologiam pro sacra, et oecumenica Synodo Florentina, ejus mortem comparavit cum morte Arii, ea sola differentia, quod hic per sedem cum visceribus, Marcus cum stercore per os animam egesserit. Attamen tanta fuit ejus obstinatio, taleque odium, ut in extremo adhuc spiritu prohibuerit, ne quis, ejus funeri interesset, aut pro eo Deum precaretur eorum, qui in communionem cum Latinis concessissent. Metrophane Patriarcha mortuo a. 1444. Imperator Gregorium Protosyncellum, communionem cum Latinis sic complexum, ut hanc etiam suis scriptis defenderit, Conciliumque Florentinum adversus maledicentiam Marci Ephesini propugnaverit, sufficiendum curavit. Anno autem subsequente etiam Joannes Palæologus Imperator e vita decessit. Constantinus Palæologus frater ei successit in Imperio.

Hunc Nicolaus V. qui Eugenio IV. a. 1447 successit in Pontificatu, hortatus est, ut negotium communionis sibi curæ haberet, omnemque suam operam ad hanc perficiendam conferret, monitosque voluit dissidentes Græcos, ut caverent, ne in seipsis illud experirentur, quod infructuosa ficulnea in Evangelio est: quæ culta, tamen fructum nullum tulisset, excisa. Paratissimum se præbuit Imperator, petiitque a Nicolao Pontifice, ut legatum mitteret, coram quo ista perficeretur conjunctio. Missus est Isidorus Cardinalis Ruthenorum Archiepiscopus. Fit illic renovatio ab Imperatore, et a quibusdam aliis, verum non multis. Cum autem postea res divina fieret in templo Sophiæ, et ex diptychis lectum esset nomen Romani Pontificis, cum ingenti mul-

ultu populus fugit ex templo, et cursu conten-
t ad Gennadium monachum, degentem Con-
ntinopoli, consulendi causa, quid sentiret de
nione. Is, cum sibi legem indixisset silentium
rpetuum servandi, nullum verbis responsum
dit, sed januæ suæ chartam affixit, in qua scri-
erat, Unionis decretum, quod factum est Flo-
ntiæ, esse impium, simulque omnibus, qui
ic Unioni consensissent, eamque inivisissent,
lamitates horrendas venturas esse. Hinc tota
bs personare tumultu, omnia perstrepere ma-
lictis; et execrationibus in Unionem, atque eos,
i eam amplexi essent, nec tantum a viris, ve-
m etiam a feminis. Nec jam quisquam horum
mplum Sophiæ ingredi voluit, quod illa recita-
ne nominis Romani Pontificis ex diptychis pro-
natum, et contaminatum haberent: omnesque
s, qui non fugerunt ex templo, hos velut ex-
mmunicatos a se repellebant. Gregorius Pa-
archa, quod ab eo, exceptis paucis, omnes
horrerent, ejusque fugerent consortium, tam-
am hæretici, spe omni abjecta de Græcis, re-
uit Constantinopolim, et Romam demigravit.

§. 50.

stantinopolim capiunt Turcæ, et Imperium Græcorum cadit. Sophianum eorumdem Græcorum concilium.

Turcis jam pridem præmeditatum erat, Ori-
e jam fere toto sibi subjugato, ipsam etiam
nstantinopolim, totius Imperii Orientalis se-
n, in suam redigere potestatem. Hoc vidimus
am Amurathem conatum fuisse: sed perficere

 non

non potuisse propter munimenta, quibus cingebatur Urbs. Amurathi cum Mahomet II. successisset, in Bosphori faucibus ex adverso Urbis arcem exstruxerat fortissimam, quam nunc Dardanellas vocant, eum in finem, ut si Turcæ Constantinopolim oppugnantes reprimerentur, tutum locum quo se recipiant, in promptu haberent. Constantinopolitani autem tam sine mente erant, ut Turcas in ædificando etiam juvarent, sibi blandientes, nihil hinc suæ Urbi esse metuendum, utpote munitissimæ, eamque Turcarum arcem, facile se destructuros, quandocumque ipsis libitum esset. Annum integrum Mahomet cum insumsisset in comparando, et instruendo exercitu, anno 1453. terra exercitum tercentorum millium, et mari classem totidem fere navium adduxit Constantinopolim, eique admovit. Græcorum omnes copiæ constiterant in sex millibus suorum militum, et tribus millibus Genuensium, qui jam ad Urbis præsidium prius missi erant. Itaque recurrerunt ad Romanum Pontificem auxilii causa: qui hoc ipsis, quantumvis perfidis, et rebellibus contra Sedem Apostolicam non negavit, fecitque, ut Veneti, Genuenses, Catalauni classem appararent, et properarent auxilium ferre Constantinopoli. Ante vero capta est a Turcis Constantinopolis, quam auxilia hæc potuissent advenire: servataque Urbs fuisset, quod sola etiam fama de adventu istius classis Mahomet desistere ab oppugnatione voluerit, postquam, tam paucis militibus Urbem defendentibus, factisque jam pluribus assultibus nihil profecisset, nec Constantinopolitanos permovere ad deditionem potuisset. Sed cum demum svasu unius suorum ducum oppugnationem iterum fecisset, militibusque, prædam totius Urbis, si eam cepissent, pollicitus esset,

et, die 29. Maji ejusdem anni eam expugnavit. Caesa sunt incolarum quadraginta millia, sexaginta capta: urbs tota in prædam data est militibus. Non ætati, non sexui miles pepercerat, urbemque in cineres vertissent totam, nisi Mahomet, qui hanc suæ sedi destinaverat, militum impetum, et furorem frænasset. Occubuit ipse etiam Constantinus Imperator, dum jam irrumpentibus in urbem Turcis cum gladio in manu adhuc obsistere voluisset: cum eo exstinctum etiam est Græcorum Imperium, quod a Constantino M. fundatum ad hunc Constantinum, qui ultimus Imperator fuit, annis steterat 1123.

Postquam triduum cædes, urbisque direptio durasset, Mahomet promulgari jussit, nihil ulterius pertimescendum habere Græcos, sed qui superessent, et latitarent, aut etiam diffugissent, intrepide ut redirent, inhabitarentque suas domos, omnium etiam rerum, quas possiderent, securitate promissa. Tam magnam urbem, et quam sui Imperii sedem facere decreverat, noluit vacuam incolis habere. Et ut animos sumerent, etiam Patriarcham Constantinopoli Græcis concessit, jussitque eos, hunc sibi eligere. Ab aliquot Episcopis, qui conquisiti erant, propositus est eidem Mahometi Sultano Georgius Scholarius, qui et Gennadius fuit vocatus, firmus in conjunctione cum Latinis, et qui Florentino etiam Concilio interfuit. Videntur etiam hi, a quibus electus est, alieni a schismate fuisse; vix enim nisi tales hunc electuri fuissent. Imitatusque Sultanus morem, qui in electione Patriarchæ sub Christianis Imperatoribus observari solebat, adductum ad se Gennadium honorifice excepit, insignia Patriarchæ suis manibus ei impo-

su-

suit, et Patriarcham declaravit esse, abeuntem etiam usque ad fores palatii honoris causa prosecutus: hinc vero equo albo impositus comitantibus Veziriis, et Bassis, tantumque peditibus, in Ecclesiam ductus est duodecim Apostolorum. Nam Ecclesiam Sophiæ, quæ omnium princeps fuit Constantinopoli, pro Turcis servavit, et in Moschæam convertit. Ex Ecclesia vero Apostolorum, et ædibus sibi ad habitandum assignatis Gennadius concedente Sultano se transtulit ad Ecclesiam Beatæ Virginis, quæ Pammarchista fuit appellata. Huc ad Patriarcham post paucos dies venit ipse Sultanus, idque etiam juxta morem a Christianis Imperatoribus servatum. Eumdem postea jussit sibi exponere Christianæ Religionis mysteria intrepide: nec contentus sola expositione facta verbis, eadem sibi a Patriarcha petiit etiam scriptotenus dari: nec invitus hanc expositionem accepit, factusque Græcis etiam nonnihil propensior. Hæc expositio Fidei a Gennadio facta exstat etiam nunc in Bibliotheca Patrum. Etiam deinde Pius II. ad eumdem Mahometem dederat literas, quibus illum edoceret et veritatem Christianæ Religionis, et falsitatem suæ Mahometanæ. Sed jam tum iterum furebat in Christianos, quemadmodum adhuc infra dicetur. Non destitit Gennadius laborare etiam nunc in Græcis a schismate revocandis: sed cum in hoc quinquennium consumpsisset frusta: quorum nec ista calamitas, quam subierunt per Turcas, poterat emollire obduratum in schismate ingenium, seque ei etiam opposuissent, reliquit illos, et secessit in quoddam Macedoniæ monasterium, ibique reliquum vitæ suæ peregit. In locum Gennadii Patriarcha constitutus est Josephus. Is cum nuptias admittere cuidam noluisset propter impedi-

imentum, quod intercedebat, ab eodem Maho-
iete rasa barba ad ejus ignominiam, ejectus est
x Patriarchali dignitate. Post hunc Marcus datus
st Patriarcha Constantinopolitanis: quem vero
i, utpote sibi invisum, fugere coegerunt. Post
unc Simon, oblatis mille aureis Sultano, obtinuit
atriarchatum. Hinc coepit illud tributi genus,
uod Græci Pescescium vocant, et novus Patriar-
ha Sultano solvere debet, et quod ille pro suo
rbitrio identidem auget, sæpeque hunc ex Pa-
riarchatu dejicit, si alter sit, qui plus pecuniæ
fferat.

Scriptores Græci, sed non coævi, talesque tan-
um, qui multo post tempore scripserunt, et ne hi
uidem omnes, habent aliquod Concilium, quod
ost reditum Græcorum ex Concilio Florentino
. 1450. volunt celebratum esse Constantinopoli
i templo Sophiæ, quodque Sophianum vocant.
n hoc ponunt Concilium Florentinum esse con-
emnatum, Unionem, quæ ibi facta est, istius
ophiani concilii auctoritate rescissam, et dogma
e processione Spiritus sancti eo modo, quo hoc
b ipsis ante Concilium Florentinum creditum
uit, confirmatum, et constabilitum. Excogita-
unt hoc concilium, volentes fulcrum sibi fabri-
are, suo dogmati de processione Spiritus sancti,
ui inniterentur in asserendo hoc adversus aucto-
tatem Florentini Concilii. Dixi hoc Sophianum
oncilium esse excogitatum. Neque enim hoc un-
uam celebratum est: Utpote cujus nullum vesti-
ium exstet apud Scriptores ejus temporis, quorum
ii pro Unione, alii contra scripserunt. Anne hi,
que ipse etiam Marcus Ephesinus, oppugnato-
s, et adversarii Unionis omisissent Græcis,
uos absterrebant ab Unione, istud Sophianum
con-

concilium afferre in argumentum? Annon etiam his qui Unionem propugnabant, ut Josephus Episcopus Methonensis, Gregorius Protosyncellus, Gennadius, et Bessario, respondendum fuisset adversus hocce Sophianum concilium, utpote, quod habitum a Græcis fuisset ad explodendam auctoritatem Concilii Florentini, vi cujus facta Unio erat? Sed neque ii Græci, qui postea scripserunt, etiam data opera de rebus, ad Religionem eorum attinentibus, et quamvis dissidentes a communione Latinorum, istius concilii Sophiani mentionem fecerunt. Malaxus Historiam Patriarcharum Constantinopolitanorum scriperat usque ad annum 1550, ab hoc autem anno hanc continuavit usque ad a. 1639. Philippus Cyprius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Protonotarius in Chronico Ecclesiæ Græcæ, cujus nomen etiam exstat in subscriptionibus Conciliorum, quæ a Græcis contra Cyrillum Lucarim a. 1639. et 1642. sunt celebrata: quorum tamen neuter quidpiam scivit de hoc Sophiano concilio. Figmentum istius Sophiani concilii etiam hinc se manifestum facit. Iidem hi scriptores, habentes hoc Sophianum concilium, ponunt istud sub Athanasio Patriarcha Constantinopolitano esse celebratum. Post reditum Græcorum ex Florentino Concilio, qui a. 1439. contigit, Josepho Patriarchæ Florentiæ mortuo, suffectus est Metrophanes. Huic anno 1444. mortuo successit Gregorius Protosyncellus. Huic vero, cum sponte recessisset a Patriarchatu, anno 1453. jam Mahomete Sultano Constantinopolim tenente, suffectus est Gennadius. Iste igitur etiam Athanasius Patriarcha, a quo celebratum hoc Sophianum Concilium sit, nonnisi confictus est; quem neque Græci scriptores in Catalogis Patriarcharum habent. Philippus Cyprius in Chronico

ha-

bet quidem Athanasium inter Patriarchas Conntinopolitanos, verum sub Imperatore Androni-Seniore, qui a. 1283. factus Imperator est. Et nnino hic debebat confingi. Nam Patriarchæ onstantinopolitani, post Josephum Florentiæ morum ultra annum 1450. erant non tantum in nione cum Latinis, verum etiam hujus defenres, et pro ea pugiles strenui. Anno deinde 150. quo ponitur hoc concilium Sophianum cebratum, fuit Imperator Græcorum Constantinus alæologus. Hic vero Unioni sic deditus erat, ut m inducta per Joannem Palæologum nondum set, is coram Isidoro, quem hac de causa legam suum Constantinopolim miserat Nicolaus V. apa, Unionis professionem præstiterit. Istene ro hoc concilium celebrari passus esset? aut hoc lente, et adversante Imperatore celebrari poisset?

Sed quamvis etiam Græci Concilium hoc instiissent, jamne hujus auctoritas aliqua esse post adversus Concilium Florentinum? quod ex to Oriente, et Occidente congregatum erat, i Romanus Pontifex præsedit, cui affuerunt, sephus Patriarcha Constantinopolitanus, Alendrinus, Antiochenus, Jerosolymitanus, hi tres er suos vicarios, ille ipse. Ne Marcus quidem phesinus, omnia conquirens, ut auctoritatem etraheret Concilio Florentino, inde, quod œcuenicum non fuerit, sibi subsidium aliquod peit, sed tantummodo dicebat, Josephum auro, donis delinitum Latinis succubuisse, et in communionem cum Latinis consensum neque sincere, que ex animo dedisse. Quæ et ipsa a Marco phesino non sunt dicta ex vero, et refutata ab

aliis

aliis Græcis, qui Florentino Concilio affuerant. Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus in Apologia Conc. Florent. *Sacer Patriarcha* inquit, *primus subscripsit, et consensit, quod Sancti* (Patres) *Orientales cum Occidentalibus Sanctis eadem sentiunt, et conveniunt, et post eum divini illi viri omnes consenserunt. Qui Patriarcha, si viveret, nullo pacto hæc tu* (Ad Marcum Ephes. est vera oratio) *diceres, neque faceres, neque auderes dicere, ipsum auro corruptum, si ejus umbram tantum videres: qui neque aliquo timore, neque aliqua gloria, nec quia inde recedere cupiebat, sacram optabat Unionem, sed quia vidit ipse aperte, quod multi ante ipsum Patriarchæ videre optaverunt, et non viderunt. Vidit enim Ecclesiæ pacem, et membra Dominici corporis simul juncta, et exultavit spiritu, et subscripsit secura mente, et alacri animo, confitendo Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, animas quoque purgari, Romanum etiam Pontificem caput esse omnium Sacerdotum. Et ita flectens genua oravit, et manus in cœlum attollens Deo gratias egit, et ita sanctam suam reddidit animam. Tu vero, qui illum impudenter calumniaris, et eos, qui cum ipso fuerunt, non ita, sed una cum stercore animam efflasti.* Leo Allatius *lib.* 3. *de perpetuo Eccl. Occid. et Orient. consensu* censet ex variis Auctorum Græcorum, et ab Ecclesia disjunctorum, scriptis, præsertim Amirutzi, Gemisti, et Gennadii (iste alius ab eo est, cujus modo testimonium allatum est) hoc Sophianum concilium a recentiore quodam Græculo consarcinatum esse. Notitia rerum, quæ actæ sunt in Concilio Florentino, sumitur præcipue ex Actis Concilii ejusdem Florentini, deinde ex Auctoribus, Josepho Methonensi, Gregorio Protosyncello, et ce-

:ris, qui pro defensione Unionis scripserunt, ı quibus etiam ea habentur, quæ post Unioı apud Græcos in Oriente evenerunt. De Con-) Florentino, et Græcis quoad Unionem sunt ptores etiam Latini S. Antoninus in chronico, et interfuit Concilio Florent. Horatius Iusti- ıus, et Augustinus Patricius. Russi, quemaddum supra vidimus, post Florentinum Concin in sua disjunctione ab Ecclesia Romana pererunt. His sub Patriarcha Constantinopolio positis, erat prius tantum Metropolita, qui ipse suæ ordinationis causa Constantinopolim debebat. Quod duravit usque dum Constanɔpolis sub Turcarum potestatem venisset. Ab : tempore Russi inceperunt non jam pendere atriarcha Constantinopolitano. Anno 1587. Czar lor Ivanovicz eum, qui Russorum metropolihactenus erat, etiam Patriarcham voluit esse ito consensu, et obtento a Constantinopolita-, et ceteris Orientis Patriarchis, ita tamên, quod ad ordinem attinet, Jerosolymitanum ueretur. Qui vero, jam Patriarcha cum in peratores magnam sibi auctoritatem sumpsis- ; Petrus I. cognomento Magnus Patriarchalem ɲitatem sustulit, et instituit, ut rectio Ecsiæ Russicæ per Synodum exerceretur. Qui tus regiminis Ecclesiastici etiam nunc ibi obet.

§. 51.

§. 51.

Conjunctio Armeniorum, Jacobitarum, Aethiopum, et Maronitarum cum Romana Ecclesia. De Ruthenis, et Valachis in Hungaria e schismate revocatis.

Perfecta jam Unione, sed dum Græci Florentia nondum discessissent, venerant Florentiam legati a Vagarsabatho, (quidam Scriptores hunc Constantinum vocant) Armeniorum Patriarcha, plena ab hoc instructi potestate faciendæ conjunctionis cum Romana Ecclesia, ipsum etiam Græcorum Imperatorem rogantes, ut suam ipse ad hanc præberet operam. Anno adhuc 1437. dum Græcorum ad faciendam Unionem exspectaretur adventus in Italiam, Eugenius Papa Jacobum Primardiciis Fratrem ex Ordine Minorum miserat, ad Armeniorum Patriarcham, ut hunc exemplo Græcorum etiam invitaret ad reditum in communionem cum Romana Ecclesia. Patriarcha in suis literis ad Eugenium Papam paratum se professus est, ad id omne suscipiendum, quod esset sancitum, per hanc Unionis conficiendæ causa cum Græcis celebrandam Synodum. Iis Eugenius perfecta jam Unione cum Græcis Symbolum tradidit in Synodo Constantinopolitana editum cum additione, *Filioque*, deinde definitionem de duabus naturis in una Christi persona Concilii Chalcedonensis, de duabus Christi voluntatibus, et Operationibus Concilii generalis Constantinopolitani VI. Iisdem dedit et ceteras synodos omnes generales observandas, cum ad hoc tempus tantum tres primas in auctoritate habuissent; eosdem instruxit de numero Sacramentorum, atque de modo hæc administrandi et confici-

iendi, et quos dies festos deberent celebrare; nique his Symbolum quoque, quod S. Athasii dicitur, tradidit. Legati a Patriarcha missi ofessi sunt, se hæc, quæ sibi tradita essent, none sui Patriarchæ, et omnium Armeniorum, scipere, et amplecti, nec non omnia alia, quæ net, et docet sancta Sedes Apolstolica et Roma- Ecclesia cum omni devotione, et obedientia: et idquid Romana Ecclesia reprobat, et damnat, se eque pro reprobatis, et damnatis habere. Anno 39. die 15. Decemb. hæc reconciliatio Armeniorm cum Romana Ecclesia peracta est, ut videre ex ipso decreto Eugenii pro Armeniis facto.

Res cum ita successisset etiam cum Armes, Eugenius Papa idem sibi existimavit cum obinis vel paululum mutato nomine cum Jacois experiendum esse. Hi erant Eutychiani: quos eos, et divisos in multas sectas circa initium uli septimi quidam Jacobus Bardajus, a quo nomen acceperunt, conjunxit: erant per Asi, et Africam vehementer multiplicati. Eorum triarcha Caramitæ in urbe Mesopotamiæ sedem buit, nomine Joannes. Ad hunc igitur Eugeus misit Albertum Sartianensem Fratrem Oris Minorum, ut Græcorum, et Armeniorum emplo eum invitaret ad reditum in communiom cum Romana Ecclesia. Pronissimum se præit. Itaque istius communionis perficiendæ gra- Andream Abbatem natione Syrum cum Alrto misit ad Romanum Pontificem, cum suis eris in hæc verba: *Joannes humilis servus servrum Christi, minister Sedis S. Marci, Magnæ licet Alexandriæ, et totius Aegypti, Libyæ, thiopiæ, Pentapoleos Occidentalis, Africæ, iusque prædicationis Apostoli Marci, humilis*

di-

dico in suis peccatis, petita prius venia ab i
Domino usque ad terræ pavimentum coram
justissime, ac sanctissime Pater inclino, Pa
ctio Sacerdotii, Pastor optime, honestatis,
sanctitatis Princeps, piissime Ductor eorum,
in via hujus peregrinationis incedunt, qui
dio, et sanctitate ceteris viam salutis osten
Domine Eugeni Papa magnæ urbis Romæ, ca
um Ecclesiarum Christianarum Apostolice
stor, Principum Christi sedium unice, vene
de Patrum, ac Sacerdotum Princeps etc.

Florentiam postquam Andreas cum All
pervenisset, literasque a Patriarcha Joanne
genio réddidisset, et is ex eo exquisivisset,
nam Jacobitis essent dogmata, et in quibus
discreparent in fide a Romana Ecclesia, decr
Unionis Pontifex pro iisdem Jacobitis confec
quo exposuit quidnam orthodoxe credere
rent, speciatimque quoad ea, quæ post Euty
tem, et Dioscorum falsa tenebant dogmata. Ii
tradidit Canonem librorum divinorum, et cum
rum Conciliorum omnium œcumenicorum
ritatem observandam dedit, tum ipsius etian
rentini. Dioscorus quondam Patriarcha Al
drinus erat non tantum assecla Eutychetis,
etiam sectæ, cujus Eutyches auctor erat, su
propugnator, cumque Alexandriæ alii Dio
adhæsissent, alii in fide orthodoxa persiti
et pars utraque suum Patriarcham habuisse
que Dioscoriani sibi etiam arrogassent jus
archalis Sedis; hinc factum est, ut etiam J
tarum Patriarcha, quamvis jam alio in loco
deret, tamen adhuc Patriarchæ Alexandri
men usurpaverit. Itaque præter hunc, se
rentem Ministrum Sedis S. Marci, tamen

exandriæ, erat Alexandrinus Patriarcha, qui, supra demonstratum est, per suum vicarium nerat Florentiam ad Unionem faciendam cum tinis, id quod, et factum a Patriarcha Antioeno, et Jerosolymitano est, utpote qui se nes adcommodaverant Patriarchis Constantinolitanis in eorum schismate, postquam hi freti peratorum favore se se supra illos ambitiose exlissent. Patriarcha Alexandrinus Græcorum schiati implicitus id temporis erat Philotheus, cus epistola quoque superest ad Eugenium, (Lab- Tom. 13. Concil. pag. 1174.) qua professus t, se Unionem ratam habere Florentiæ constitam; id, quod jam etiam supra memoratum t. Antiocheno Patriarchæ, qui pariter per virium suum aderat Florentiæ, erat nomen Dotheus, Jerosolymitano Joachimus. Andreas deetum Unionis subscripsit, suique etiam et nnium Jacobitarum nomine spopondit obeditiam Apostolicæ Sedi, quam ei perpetuam sint hibituri. Id factum est a. 1441. Anno autem bsequente Eugenio Papæ literæ venerunt ab thiopum Rege Zara Jacob: quibus significabat, missurum ad eum legatos Unionis cum Aposto- a Sede constituendæ causa.

Ad hoc tempus Eugenius Papa adhuc mobatur Florentiæ, atque negotia continuabat ctare Ecclesiæ considendo cum Episcopis, quom magna pars etiam constiterat Florentiæ. Itae erat hæc quædam continuatio Concilii Flotini. His autem acceptis literis ab Rege Aeopum hocce Concilium transtulit Romam, quo ipse reversus erat. Brevi postea Abdala Archiiscopus Edessæ venit Romam, ab Ignatio Paarcha Syrorum, qui regionem incolebant inter

Eu-

Euphratem, et Tigrim, missus, et Elias Maronitarum Episcopus, ut reconciliarentur, communionemque renovarent cum Romana Ecclesia. *Labb. Tom.* 13. *Conc.* Maronitæ, a quodam Marone sic nominati, sunt populi, qui montem Libanum, ejusque viciniam incolunt, habentes suum proprium Patriarcham, et aliquot Episcopos. Erant dediti erroribus Eutychianorum, Nestorianorum, et Monothelitarum. Dum Latini Palæstinam, et partem Syriæ per expeditiones Cruce signatorum sui juris fecissent, et aliquamdiu tenuissent; per Almaricum Patriarcham Constantinopolitanum revocati sunt a suis erroribus, sed relapsi, postquam Latini amiserunt, quæ in Oriente tenuerant. Per Eugenium vero Papam denuo reducti sunt ad communionem cum Romana Ecclesia. Tam vero hi, quam ceteri, de quibus modo dictum est, quemadmodum exemplo Græcorum permoti se conjunxerant cum Latinis, ita etiam iterum recesserunt a communione, postquam Græci hanc rupissent, concitati a Marco Ephesino, et credulos se præbentes iis, quæ Marcus falsa sparsit adversus Florentinam Synodum, quibus falsis narrationibus post Græcos, etiam ceteri fidem adhibuerant: eoque ad hoc procliviores erant, quemadmodum et ipsi Græci, quod nec unio recenter facta, adhuc firma fuerit: et opiniones, quibus quis innutritus est, admodum difficile sit evellere, in rudi præsertim populo, in qua ruditate non multum distabat, ipse etiam istorum populorum Clerus. Marco tamen Ephesino præcipue imputanda venit tot nationum, postquam reductæ paulo ante ad Ecclesiam erant, in pristinum schisma, erroresque lapsus.

Rus-

Russi, vel alio nomine Rutheni seculo Eccle-
: nono per Episcopum, Constantinopoli a S.
iatio Patriarcha missum, perducti ad Christia-
n Religionem sunt paulo ante schisma Photii.
im igitur hi subessent Patriarchæ Constantino-
litano, facile est intellectu, quomodo in idem
isma etiam Russi inducti sint. Carolus Rober-
Rex Hungariæ a. 1310. cum adversus Tarta-
. in Hungariam denuo tendentes, exercitum
cisset, atque hos ex Russia Rubra expulisset,
:kam Russorum Ducem ita sibi devinxit, ut
a Proceribus suis in Hungariam veniens, in
s etiam fidem, et clientelam se se commen-
'erit. Non multo post Russiam, a se devictam
imirus III. Poloniæ Rex, cognomine Magnus,
loniæ adjunxit a. 1342. eodem cum Polonia
e, pristino tamen Religionis ritu Russis per-
iso. Iidem a Tartaris, aliisque populis etiam
itea multum exagitati erant. Ex quo intelligi
est, quomodo iidem in Poloniam, in Galli-
m, atque ulterius in ipsam etiam Hungariam
ierint, vel tutiora loca ad habitandum quæ-
ites, vel ex ipsis deductis etiam coloniis. In
ngariam sic videntur recepti, ut Episcopis
tini ritus essent subjecti. Nam Innocentius III.
pa, cujus literæ in Hierarchia Georgii Pray
rt. I. pag. 376. habentur, Episcopo Varadi-
nsi, et Abbati de Beel in mandatis dederat,
cœnobia Græcorum monachorum visitarent,
hisque disciplinam, si laxatam deprehendis-
nt, instaurarent: deinde quod ab eodem Inno-
ntio Papa, quemadmodum est apud eumdem
ay, Emericus Rex Hungariæ petierit, ut pro
ithenis seorsim ab Latinis Episcopatum institu-
et. Attamen istos nondum cum Ecclesia Roma-
. conjunctos venisse in Hungariam, intelligitur

ex literis Belæ IV. Regis ad Innocentium IV. Papam, in quibus memorat, quanta sollicitudine ipse, ejusque progenitores elaboraverint in revocatione Ruthenorum ad obedientiam Sedis Apostolicæ. Hæ literæ scriptæ a. 1252. exstant pariter apud Prayum *Annal. Part. I. lib. 4. pag.* 291. Anno autem 1491. ut ex diplomate Uladislai II. cognoscitur, proprium etiam, et sui Græci ritus acceperant Episcopum, cui Sedes Munkacsini data erat, prout et nunc est.

Ex Munkacsiensibus Græci ritus Episcopus Basilius Taraszovics, cum in communione cum Romana Ecclesia firmanda industrium se apud suos valde exhibuisset, Georgius Rákoczy I. eousque ipsum afflixit, donec ab communione hac recessisset: eumdemque deinde facti poenitentem, atque communionem hanc deinde publice iterum professum a. 1640. ab ipsa ara abstraxit, et in carcerem conjecit, ac nonnisi Ferdinando III. Rege Hungariæ agente, libertati restituit. Rakoczius cum omnes in Hungaria cuperet suæ factioni adjungere, rebellis erga Regem, existimabat, se Ruthenos in sua vota habiturum proniores, si hos a Religione Catholica, quocumque aliorsum egisset. Hinc, quid senserit de Fide Catholica ad subditos etiam, in fidelitate tenendos erga Principem suum, obscurum non est. Cum autem exemplo Basilii Taraszovics ad eamdem defectionem plurimi Ruthenorum inducti fuissent, neque tamen illius etiam pœnitentia, et reditus ad Ecclesiam eamdem vim exempli habuisset, anno deinde 1649. opera Georgii Jakussicz Episcopi Agriensis, hi iterum redire cœperunt ad Ecclesiam Catholicam; ad quos revocandos, Joannes Josephus quoque de Camellis, Episcopus Munkacsi-

csiensis, compluribus synodis institutis, singularem industriam adhibuit, multumque profecit. Anno 1816. ejusdem Religionis Catholicæ apud Ruthenos studiosissimus Franciscus I. Rex Hungariæ Apostolicus, alterum etiam pro iisdem Ruthenis Episcopatum Eperjessini fundavit, primusque Episcopus Eperjessiensis factus est Gregorius Tarkovich, qui hodie etiam Episcopale munus gerit maxima erga gregem vigilantia.

Valachi, qui in Transilvania, Hungaria, et Croatia sunt, in has regiones ex ea regione, quæ olim Valachia appellabatur, et a Transilvania usque ad Euxinum tendebatur, immigrarunt, quemadmodum Græci disjuncti communione a nobis erant, prout et hodie ii, qui Valachiam hodiernam incolunt, recentius multo quam Rutheni ad communionem cum Romana Ecclesia reducti sunt. Valachos in Transilvania Theophilus Antistes Valachiæ habita synodo Albæ Juliæ a. 1697. ad communionem hanc adduxit: quo tempore creditur etiam Episcopatus pro iisdem Valachis Fogarassini fundatus esse: cujus sedes retento pristino nomine nunc Balasfalvæ est. Pars autem horum etiam nunc dissidet ad Ecclesia Romana, quos a. 1761. quidam monachus Basilita ex Moscovia profugus a communione abalienavit. Hi quoad sacra Episcopo Valachiæ adhærent. In Hungaria in Valachis ad unitatem Ecclesiæ reducendis Adamus Patachich, Episcopus Varadinensis, deinde factus Archiepiscopus Colocensis egregiam operam navavit, idque perfecit, ut undecim eorum pagi facti Catholici sint, quorum causa Maria Theresia Regina Apostolica Hungariæ a. 1777. Varadini Episcopatum Græci ritus fundavit. Valachi in Croatia opera Petri Dimitrovics Episcopi

Zagrabiensis ad unitatem Ecclesiæ reversi sunt, idque jam sub Ferdinando II. Rege Hungariæ. Sed et hi cum relapsi fuissent in pristinum dissidium, per Simeonem Bulich, Gabrielem Palkovich, et Blasium Bosichkovich viros Apostolicos, reducti sunt: quibus iisdem. Valachis etiam Gabriel idem Palkovich Episcopus datus est a. 1751. qui Crisii Episcopalem sedem accepit. *Pray Hierarch. Part. II pag.* 36. *et* 201. *Kerchelich in Notitia Regnor. Dalmat. et Croat.*

§. 52.

Basileensis Concilii refractariæ reliquiæ exstinguuntur. Eugenio IV. Nicolaus V. in Pontificatu succedit.

Jam finitum erat Concilium Florentinum, jam Græci, jam Armenii, atque tot illi populi, de quibus dictum est, recepti ab Eugenio Papa ad unitatem Ecclesiæ erant: Basileenses tamen adhuc continuabant suum concilium, atque hoc nonnisi a. 1442. die 13. Maji celebrata jam sessione quadragesima quinta abrumpere coacti sunt. Gallia, quæ licet Eugenium semper recognoverit verum, et legitimum Papam, tamen abstinuerat a decretis tam ab Eugenio, quam a Basileensibus recipiendis, imo nec Episcopos Carolus VII. Galliæ Rex siverat ire ad Ferrariense concilium. Moleste tulerat, quod Eugenius Papa ejus consilium non fuerit secutus de Concilio nec Ferrariæ instituendo, nec Basileæ continuando, sed in loco quodam tertio ad hoc deligendo ambarum partium consensu. At nunc eadem Gallia, quæ tam sæpe jam etiam alias protexerat, et perfugium præbuerat, Romanis Pontificibus adversitatem

pas-

passis, etiam exsurrexit in auxilium Eugenii Papæ adversum Basileenses in suis factionibus, atque schismaticis ausis obstinatos. Ludovicus Delphinus, Caroli VII. filius, quem Eugenius Papa Signiferum creaverat Romanæ Ecclesiæ cum stipendio aureorum quindecies millium in annos singulos, exercitum duxit contra Basileenses, qui arma ceperant pro defendendo concilio, et Helvetios, qui etiam omnes armati concurrerent in defensionem Concilii, atque his devictis, disjecit etiam, et in fugam compulit omnes, qui hoc agitabant concilium. Nec tamen adhuc prorsus desiit. Tam enim Felix antipapa, quam alii etiam plures Lausannam, civitatem ejusdem Helvetiæ ad lacum Lemanum, fugitivi se se receperant, et quamvis perpauci, tamen conventicula adhuc instituebant, sub nomine sui Basileensis concilii. Agnoverunt tandem omnes Principes etiam quos deceperat nomen œcumenici concilii, quod Basileenses suo concilio tribuerant, et quos in errore tenebant illa decreta in Synodo Constantiensi Sess. 4. et 5. facta de eminentia Concilii supra Papam, verum se non dispexisse.

Ad hanc autem agnitionem duxit illos eventus iste. Fridericus III. Rex Romanorum Norimbergæ instituerat totius Germaniæ conventum, ut postquam suum Germaniæ obsequium tam erga Eugenium Papam, quam Basileense concilium sex mensibus in suspenso tenuisset, deliberarent, cui parti deberent adhærere. Ad omnem vero dubietatem tollendam existimabant maxime conducens, si Eugenius Basileensibus, atque hi Eugenio reconciliati essent, in concordiamque concessissent. Eugenius paratum ad hoc se præbuit: Basileenses vero istud se facturos negaverunt.

Aene-

Aeneas Sylvius *in Retractat. in Bullar. in Pio II. Constit.* 10. qui nomen deinde Pii II. gessit factus Romanus Pontifex, perhibet, multos tunc in Germania viros doctissimos, et opinione sanctitatis illustres dixisse, Nunc se scire Basileenses non habere Spiritum sanctum ductorem, quando talem conditionem ad schisma componendum tam æquam respuissent. *Quibus consideratis,* sunt verba ejusdem Sylvii, *caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quæ velut aranearum tela verum cernere impediebat; recognovimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileense dogma rejecimus, Eugenio Pontifici Maximo caput submisimus, et reconciliati Ecclesiæ Romanæ doctrinam ejus imbuimus, et illud Hieronymi diximus; Ego nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior: super illam fundatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum Dominicum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.*

Eugenius IV. diem supremum obiit a. 1447. die 23. Febr. Thomas Sarzamensis Cardinalis ei suffectus est, qui se Nicolaum V. in Pontificatu nominavit. Jam Germania sub Eugenii obedientiam, abdicatis Basileensibus, concesserat, professa, se non potuisse laudabiliorem, possibiliorem, ac magis deifficum excogitare modum pro Ecclesiæ Dei unione, quam sanctæ Romanæ Sedi associari, et a communione Christi fidelium minime segregari. Hoc professus est Fridericus Rex Romanorum his ipsis verbis in decreto, quo ex consilio, et consensu omnium Principum Germaniæ omnibus in Germania præcepit, ut desertis Basileensibus, et Felice pseudopapa Nico-

laum

ım verum, et indubitatum Papam, Vicarium
ıristi, et verum successorem S. Petri recogno-
erent, atque ipsi, ejusque mandatis plenarie
edirent, idque sub comminatione non tantum
enarum Apostolicæ Sedis, verum etiam Sacri
ıperii. Decretum hoc Raynaldus in suis Anna-
ıus habet ad a. 1447. num. 17. Hoc decreto
rculsi Basileenses, cunctaque Helvetia, Felicem
eudopapam dereliquerunt, et misso Oratore
ımam ad Nicolaum Papam, ad ejus se obse-
ium, et obedientiam contulerunt, in gratiam-
e recepti sunt, sublato interdicto, aliisque Ec-
siasticis pœnis, quibus Basilea, quod contra
ımanum Pontificem cum factiosis stetisset, erat
ecta. Nec jam quisquam Principum erat, qui
n Felicem rejecisset, quamvis iste fautores sibi
am pecuniis, et auro quæsivisset inhærens ob-
nate suo umbratili pontificatui. Nicolaus Pa-
Carolum VII. Galliæ Regem oravit, ut dum
lla aliter spes esset ejus pertinaciæ vincendæ,
nis illum adigeret ad Pontificatum, quem sibi
rogabat, deponendum, ut sic schismatis omnes
iquiæ auferrentur. Felix antequam eremita
tus esset, habuit conjugem, et ex hac super-
tem filium Ludovicum, ad quem velut hære-
n transitura erat Sabaudia. Non erat Felix is,
i restitere posset viribus Galliæ Regis. Hoc
ıtu, ne sibi eriperetur a Carolo Sabaudia, fra-
ıs est, et antequam ventum esset ad dimicatio-
m, oratoribus a Rege Galliæ ad se missis,
ınia spopondit, et deposuit Pontificatum, quem
atum, atque vacuum gesserat, edicto etiam
to, quo se abdicavit Pontificatu. Etsi vero
ıtiam nullam a Nicolao Papa merebatur, qui
abdicatione sua tamen adhuc jactaverit suum
ntificatum, velut legitimum, atque verum qua-
si

si virtute ejus decreti, quod de Conciliorum eminentia supra Papam factum erat per Concilium Constantiense, et Basileense; tamen hunc Cardinalium collegio inseruit, addita etiam legati dignitate per Sabaudiam, et habitu Pontificali et exteriore relicto, excepta Cruce in calceo, et Eucharistiæ antelatione. Sed et illud accidit ridiculum in hac Felicis abdicatione, quod, postquam hanc Felix fecisset, ii, qui perpauci adhuc cum eo manserant, Lausannæ adhuc ultimum, atque quasi generalis sui Concilii conventum celebrarint, et tamquam per abdicationem Felicis, Sedes Apostolica vacare cœpisset, Romani Pontificis electionem instituerint, huncque suis suffragiis Nicolaum V. renunciaverint. *Apud Nicol. V. l. 18. epist. Secret. pag.* 433.

Ipsi etiam omnes Reges, et Principes agnoverunt, ea, quæ acta in Basileensi concilio contra Eugenium Papam sunt, fuisse ejusmodi, quæ non tetenderint in Ecclesiæ bonum, atque ad illam unitatem, quam Christus esse voluit, servandam, sed potius ad hanc dissipandam, et subvertendam. Unitatis enim hujus conservandæ causa inter ipsos Apostolos unus electus est, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio, quemadmodum ait S. Hieronymus *lib.* 1. *contr. Jovinian.* quod vero caput Basileenses verbo reliquerunt, re sustulerunt, seipsos ponendo supra Romanum Pontificem. Carolus idem VII. Galliæ Rex per suos legatos ad Eugenium IV. cujus allocutionem ex Ms. Vatic. habet Raynaldus ad a. 1441. num. 9. sic locutus est de Basileensibus: *Ad hanc vesaniam devenerunt, quod supremam potestatem in uno supposito consistere denegant, sed eam in multitudine, quæ cito in diversa*

scin-

nditur, collocant: et sic pulcherrimam monar-iam Ecclesiæ, quæ Christianos huc usque te-it in unitate fidei, in una professione Religio- Christianæ, in uno ritu Sacramentorum, in a observantia mandatorum, in eisdem cœri-niis divini cultus, atque pacem, et tranquil-item asseruit, nunc abolere, et supprimere itendunt - - - et sic schisma factum est, ne-m in obedientia capitis, sed et in doctrina angelii: quod omnibus Christicolis est abomi-idum.

Sed et iidem ipsi Principes adverterunt, am id, quod Basileenses attentaverant contra mmum Pontificem, et in quo his præiverant ncilii Constantiensis duæ sessiones, quarta, et inta suis illis decretis de eminentia Concilii ge-ralis supra Papam, nec sibi, suæque potestati giæ conduceret. Siquidem hoc, quod illæ Ses-nes Concilii Constantiensis statuerunt, Basileen- vero etiam in actum deduxerunt, de sua su-a Romanum Pontificem, qui Ecclesiæ univer-is caput est, potestate, facillime transferre li-it ad idem audendum in Reges, et Principes, t etiam magis: cum potestas spiritualis a Christo tituta sit, jurisque proinde divini ex ipso Evan-lio; potestas vero civilis, tametsi et hæc ordi-tione nitatur divina, siquidem potestas non sit si a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinatæ it, *Rom. cap.* 13. *v.* 1. nec tamen sit imme-ate ita a Deo, quemadmodum spiritualis solum ctorem habens Christum. Dum Oratores Con-iiConstantiensis attulissent in Galliam, Joannem XIII. e Pontificatu esse depositum ab eodem oncilio Constantiensi, Ludovicus primogenitus iroli VII. Regis Galliæ, et Delphinus Sorbonicis do-

doctoribus, e quorum prudentia, atque ingenio fluxerant illa decreta Constantiensia de eminentia Conciliorum supra Papam, dixit: *Vellem equidem nosse, unde tantum vobis audaciae, ut Pontificem de Petri solio deturbare veriti nequaquam sitis. Id unum fortasse superest, ut de Regia dignitate genitori meo adimenda, nostrisque occupandis ditionibus cogitetis: sed vestra consilia abrumpemus.* Scriptor anonymus Hist. Caroli VII. Berthier in Hist. Eccl. Gallic. Tom. XV. lib. 48. pag. 528. Num satis hic Princeps, qui deinde Carolo patri in regno successit, undecimus e Ludovicis, dispexit, quaenam consectaria illorum Constantiensium decretornm essent, quibus etiam Basileenses sua ausa seditiosa inaedificarunt, et quam ipsis etiam Principibus formidanda? Quae nostra aetate populorum complurium in Europa excitatae seditiones sunt, et rebellationes ad Reges non solum deturbandos ex throno, verum etiam vita spoliandos, sicut fecerant Galli in Ludovico XVI. Rege suo, ex hoc fonte fluxerunt, ut hoc declarabit postea etiam haec adhuc suo loco historia. Ex iisdem decretis Concilii Constantiensis Juris Ecclesiastici doctores, qui secuti Febronium sunt errantem, sed sequi renuunt errores suos retractantem, jus sibi composuerunt Ecclesiasticum, quo in speciem velint videri favere Principibus, sed reipsa nonnisi adulentur, cum totum tendat ad eorum thronos subvertendos. Hi, iidem quo pacto Jus Ecclesiasticum susque deque vertant, et Romanum Pontificem habeant, totamque Hierarchiam Ecclesiasticam pergant convellere; in Dissertatione mea XV. in Selecta augumenta Historiae Ecclesiasticae videor mihi satis luculenter ostendisse.

§. 53.

§. 53.

*rdata Germaniæ. Nicolaus V. Callistus
I. Horum sollicitudo ad comparanda auxi-
contra Turcas, Christianæ Religioni in-
ısissimos hostes.*

'ostquam Basileenses sibi Felicem antipa-
posuissent, Germania statuerat se sic gere-
: neutrius partis, hoc est, nec Eugenii, nec
; decreta susciperet, neque negotiorum cau-
alterutrum iret. Id, quod jam demonstra-
ıst. Hinc factum est, ut per octo annos,
ppi absque confirmatione Romani Pontificis
t. Anno 1446. cum jam conventus ille Ba-
sis totus fere exaruisset, tamen Theodoricus
persem, et Jacobus Sirik, hic Trevirensis,
oloniensis Archiepiscopus, ut a schismate
s recederent, nullis monitis, et svasionibus
i potuerunt. Itaque Eugenius Papa utrum-
x Archiepiscopatu deposuit. Hoc adeo æ-
animo non tulerunt Principes Germaniæ,
nsilio inito fœdus inter se fecerint, quo sta-
nt Felici Antipapæ adhærere, nisi Eugenius
ırchiepiscopos reposuisset ad suam dignita-
et gravamina Germaniæ sustulisset, aucto-
uque generalium conciliorum amplexus es-
psumque etiam Fridericum III. Regem Ro-
rum, ad hoc fœdus suum pelliciebant. Qui
respondit, se legatos quidem missurum ad
nium de rebus, quas vellent obtinere, im-
ıvit vero fœdus in defectionem ad Amadeum,
si Eugenius in ea, quæ peterentur, non
nsisset. Iniquum enim, atque impium esse,
ro Christi Vicario deficere. Jam supra fuit
nium, quia Basileensium decretis sibi supra
Ro-

Romanum Pontificem potestatem arroga
non se subjecerit, traductum ab iisdem Ba
sibus esse, quasi generaliter omnium concil
oecumenicorum auctoritatem vilipenderet,
glectui haberet. Hoc est, quod Germani int
tera petierint ab Eugenio, ut generalium
liorum auctoritatem recognosceret.

Fridericus misit Aeneam Sylvium sib
cretis Imperii, qui Principum Germaniae se
conjurationem Eugenio aperiret, et postula
ferret. Facilem in sua habuerunt. Archi
pos, de quibus dictum est, promisit se re
rum ad pristinam dignitatem, si et illi s
rent ipsi, velut vero Christi Vicario subject
et obedientiam; declaravit etiam se in auct
et veneratione habere omnia oecumenica c
quae legitime celebrata essent; quod vero
vamina spectaret, missurum se in German
gatum, ad tractandum de his cum Rege,
episcopis, et aliis Praelatis, et Principibu
ipsis satisfiat. Inter postulata etiam illud e
generale Concilium intra menses decem
fieret. Huc respondit facturum se hoc,
etiam Reges, et Principes consensuri essent
rum vero alia mens, et sententia sit. Po
cum hoc nuncio rediit Aeneas in Germ
denuo legatio missa est, cujus princeps fui
Aeneas; qui Eugenio Pontifici nomine totiu
maniae professus est deposita illa priore sua
ne, qua usi sint, ut neutri parti se addic
debitam velut vero Vicario Christi obedie
et subjectionem. Solennes propterea Deo
actae, et celebrata Missa ab uno Cardinali
ceteris omnibus assistentibus Cardinalibus
decreta fuit solemnis supplicatio. Tota Urb

m celebravit summa lætitia: personuitque uni-
sa campanarum, et tubarum clangore, festi-
e ignes fulsere in ea undique. *Gobelinus in Hist.*
II. S. Antonin. 3. *part. tit.* 22. c. 11. §. 17.
genius jam graviter ægrotare cœperat, neque
lto post mortuus est.

Anno 1447. Eugenius vita functus est prius
am tractatus ille institutus fuisset ad tollenda
rmaniæ gravamina. Rem vero perfecit Nicolaus
qui Eugenio in Pontificatu successit, misso
nne de Carvajalis Cardinali legato suo in Ger-
niam istius negotii causa. Per hunc Pontifex
ta pacta iniit cum Friderico III. Rege Germa-
e, et Principibus ejusdem Germaniæ tam Ec-
siasticis, quam secularibus. Pactionis istius pun-
sunt præcipua: Ut Pontifex omnia beneficia
clesiastica in Curia Romana vacantia conferret,
c est, eorum beneficia, quos ex Germania Ro-
m profectos ibidem contingeret ex vita dece-
re. In Metropolitanis, et Cathedralibus Eccle-
s, nec non monasteriis ad dignitates electio ma-
ret, ea tamen conditione, ut electi confirman-
essent a Romano Pontifice, nisi justis ex cau-
s censeret alium digniorem, et utiliorem præfi-
endum; Papae, ut majores post Pontificalem di-
itates in Ecclesiis Cathedralibus, et principales
Collegiatis reservatæ essent, in ceteris vero Ec-
esiarum dignitatibus conferendis, ut alternis
ensibus collatio hæc fieret jam ab Romano Pon-
fice, jam ab Episcopo: mensisque Januarius, et
terni subsequentes obtigerant Romano Pontifici,
teri Episcopo. Annatarum solvendarum definitus
t modus, ne videlicet quintam partem excede-
nt annui proventus juxta æstimationem jam in
uria Romana vigentem, et quæ beneficia tantum

au-

auneis, quatuor, et viginti æstimata essent, (cujusmodi habebantur omnes Canonicatus Germaniæ) legi Annatarum subjecta non essent. Hæc Concordata Germaniæ solent appellari. Nicolaus V. a. 1448. illa per Constitutionem suam: *Ad sacram Petri Sedem* rata habuit.

Dum nondum Constantinopolis expugnata a Turcis fuisset, sed jam in summo discrimine versaretur, Eugenius Papa, quantas potuit, suppetias tulerat, atque etiam postquam capta fuit, omnem sollicitudinem adhibuit ad parandas vires, quibus Turcarum potentia deprimeretur, atque Constantinopolis recuperaretur, eoque magis, quod iidem et jam ante captam Constantinopolim et eo ferocius postea ultra semper progrederentur, jamque ad Hungariam usque pertigissent: unde facile esset prævidere, ne Germaniam quidem, et Italiam, aut ullam Europae regionem futuram tutam, et securam. Mahomet II. idem, qui Constantinopolim sub suam potestatem redegerat, tametsi erga Patriarcham Constantinopolitanum, imo erga ipsam etiam Christianam religionem se placabilem ostendisset (Supra §. 40) non iste tamen sincerus illius affectus erat, aut certe mutatus, qui cum in bellis et ipse aliquas accepisset clades a Christianis: ideo in hos ita efferatus sit, ut eos, quos postea cepit, serra discindendos crudelissime curaverit, communiter quingentos in singulis stationibus exercitus. Quin etiam votum conceperit, Non somnum se visurum oculis, non epulaturum dulcia, non petiturum amoena, non tractaturum speciosa, non ab Oriente in Occidentem suam versurum faciem, donec dejecisset, et conculcasset equi sui ungulis Christicolas tores, et omnium eorum iniquitatem a facie terræ,

e, quantum pertinet ab Oriente in Occidentem
l laudem veri Dei Sabaoth, et magni prophetæ
ahometis exterminasset. *Apud Papiens. Comm.*
7.

Sollicitudinem, quam Eugenius Papa gessit
l comparandas copias, et bellum apparandum ad-
ersus Turcas, continuavit indefesso studio Nico-
us V. et subsequentes Romani Pontifices, ita ut
ta cura, et angore confectus Nicolaus in ægri-
dinem inciderit, et mortuus sit. Alphonsus
orgia Hispanus Cardinalis ei successit a. 1455.
Cardinalibus, cum ad electionem convenissent,
rædixerat, se electum iri. Censebant hoc dixisse,
esipientem senectute. Ille vero a S. Vincentio
errerio Pontificatum habebat sibi prædictum. Cal-
itum III. se in Pontificatu nominavit. Statim-
ue legationibus missis in omnes partes Reges, et
rincipes orabat, et exstimulabat ad arma adver-
s Turcas. Classem sedecim navium omni supel-
ctili Pontificia aurea, et argentea conflata, at-
ie terris etiam pro pecunia mutuo sumpta, op-
gnoratis, comparavit, et in Orientem misit,
que successu, ut Mitylenem cum duabus insu-
in mari Aegeo Turcis eripuerit amisso uno
nnisi e suis milite. Sed quoniam Deus est, qui
n secundum armorum potentiam, sed prout
si placet, dat dignis victoriam 2. *Mach.* 15. *v.*
1. idem Pontifex omnes ubique hortabatur ad
ropitiandum Deum per pœnitentiam, precesque
dixit in meridie, et vesperi, quæ a singulis di-
erentur ad sonum campanæ, trinam videlicet
rationem Dominicam, et salutationem Angelicam,
ropositis etiam Indulgentiis. Altero post anno
um Mahomet II. usque Belgradum cum formida-
ili exercitu venisset, ab Hungaris duce Joanne
de

de Hunyad, et S. Joanne a Capistrano Crucem exercitui præferente victus, et profligatus est amissis quadraginta suorum millibus. Victoria perexiguo numero plebejorum, et subito collectorum a S. Capistrano, perfecta est. Statuerat Calistus Pontifex Joannem de Hunyad, ut est scriptum ab eo in epistola ad Alanum Cardinalem congruis titulis, ac diademate insignire. *Dominus tamen exercituum*, inquit, *in cælestibus immortali diademate decoravit, qui ut felix inter Martyres computari potest, ejusdemque hostes debellavit.* Ex tetro odore cadaverum exercitus Turcici cæsi ægritudinem traxit, qua obiit magna cum pietate. Ubi enim adesse extremum vitæ tempus agnovit, et urgere vim morbi, non est passus Dominicum corpus ad se deferri: neque enim dignum existimavit, servum a Domino visitari. Surrexit e lectulo, quamvis labentibus membris, et cum deficiente virtute suis pedibus ire non posset, in ædem se vehi sacram jussit, ibique de more Christiano, si qua exstabant rerum humanarum vestigia sordium Confessione detersit, et sacrosanctam accipiens Eucharistiam inter Sacerdotum manus terrena fastidientem animam exhalavit. *Aeneas Sylv. Hist. Bohem. cap.* 67. *Ap. Luc. Wading. ad a.* 1456.

§. 54.

§. 53.

Pius II. Conventus Mantuanus. Sanctio pragmatica facta a Carolo VII. Rege Galliæ, ejusque abrogatio. Pii II. constitutio adversum appellantes. Paulus II. Sixtus IV.

Callisto III. Aeneas Sylvius patria Senensis e familia Piccolomineorum oriundus successit, Pii II. in Pontificatu nominatus. Dominicum Capranicam Cardinalem ad concilium Basileense secutus, post scribæ, et abbreviatoris literarum officia illic primum gesta, ad numerum illorum duodecim etiam assumptus deinde erat, quem sibi nisi censorium magistratum Basileenses constituerant ad negotia tractanda. Postquam iidem Basileenses in apertum schisma devoluti fuissent, ausi etiam pseudopapam sibi ponere Felicem V. etsi alii plerique jam conventum illum Basileensem deseruissent, atque in Eugenii IV. partem transiissent, tamen Aeneas manserat in ea parte Basileensium, quæ pergebat præfracte inhærere concilio, istudque continuare: quin et Felici V. a secretis erat. *Nos*, ait ipse in Bulla Retractationis, *cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset*, nullum adhuc tenebat beneficium ecclesiasticum, quo metueret privari ab Eugenio, *perseverandum putavimus, ne partem, quæ verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus.* Brevi postea ad Friderici III. Imp. aulam transiit, rebusque Imperii tractandis adhibitus est. Cumque Imperator constituisset relinquere illud bivium, in quo Germania quamdiu constitit inter Eugenium, et Felicem, Aeneas quoque tendere cœpit in Eugenii partem, atque legationibus etiam fungebatur hoc in ne-

gotio ad Eugenium Papam. Tandem a Thoma S
zano Apostolicæ Sedis in Germania legato,
etiam Eugenio in Pontificatu successerat, ap
latus Nicolaus V. persvasum ei fuit, ut Eugen
et ipse recognosceret legitimum Pontificem,
que ei subjiceret: cujus opera deinde illa e
Concordata Germaniæ perfecta sunt. A Nic
V. deinde Episcopus primum Tergestinus, po
Senensis factus, a Callisto III. autem etiam (
dinalitia dignitate auctus est, cui etiam a. 1
in Pontificatu, quemadmodum jam dictum
successit. Jam tum in illa legatione ad Eugen
Papam, et in obedientiæ sponsione, quam E
nio fecerat nomine totius Germaniæ, suum,
quo hæserit, errorem, adhærendo Basileensi
confessus, et Cathedram Petri professus erat,
se Petram, supra quam ædificata sit Ecclesia
neque sit in Ecclesia, qui Cathedræ Petri c
munione conjunctus non est: (Supra §. 51.)
inde vero Pontifex factus Bullam edidit, in
retractavit ea, quæ in Basileensi concilio e
adversus Eugenium Papam, et anathema in
constituit, si qui auderent a Sede Apostolic
qualecunque concilium appellare. Anno 1
die 24. April. edita hæc Bulla est. Illæ decisi
de eminentia conciliorum generalium supra
pam, factæ Sessione 4. et 5. in concilio Con
tiensi, sicut aliorum perquam multorum, i
Aeneæ fascinaverant oculos. At vero ex ipso
cilio Constantiensi, in quo præscriptum est
ex suspectis de erroribus Wicleffi, et Hussi (
reretur, Utrum credant, quod Papa can
electus, qui pro tempore fuerit, sit success
Petri, habens supremam potestatem in Ec
Dei, et quod Martinus V. in eodem concili
lonis, volentibus appellare a Papa ad gen
co

ncilium, anathema interminatus sit, Nulli enim
s esse a supremo Judice, seu Romano Pontifi-
, Jesu Christi Vicario in terris, appellare, hu-
s falsitas apparet. *Supra* §. 41.

Pii II. omnium prima, et maxima cura erat,
rficere eam, quam adversum Turcas expedi-
nem apparabant Eugenius, Nicolaus, et Calli-
is, ejus in Pontificatu antecessores. Hac de cau-
conventum indixit Mantuam, omnibus Euro-
Principibus, ut ad hunc vel venirent, vel lega-
suos mitterent, rogatis, et invitatis. Conve-
runt partim ipsi Principes, partim eorum le-
ti permulti. Ex Hungaria quoque affuerunt
itthiæ Corvini Regis legati. De sedibus vero
gna orta fuit contentio, nec Reges Regibus,
est scriptum a Gobelino lib. 3. nec Duces Du-
us volebant cedere locum, et quisque primum
i in consessu vindicabat. Quod ne rebus ge-
ndis officeret, Pontifex edictum fecit, ne vel
stpositi detrimentum, vel prælati lucrum hono-
, jurisve aliquod ferrent. Etiam ex Cypro, Rho-
, Lesbo, Macedonia, et quidam ex Asia aderant
ristianorum legati auxilium flagitantium con-
. Turcas, suumque exitum, nisi subveniretur,
ponentium. Idem factum est a Thoma Palæolo-
Hic, et Demetrius fratres erant Constantini Im-
ratoris, qui dum Constantinopolis caperetur a
rcis, occubuerat. Achaja, et Peloponesus su-
erant ex Imperio Constantinopolitano, nondum
cupatæ a Turcis. Demetrius, Mahometi impar
istendo, se se illi subjecit, Peloponesumque ei
didit una cum filia, cujus connubium petierat
m Mahometes. Thomas, Frater Demetrii Tur-
s fere e tota Peloponeso ejecerat: ad Pontifi-

cem vero et ipse legatos miserat auxiliorum petendorum causa, quæ etiam ei missa statim ex Italia sunt, sed exigua. Cum deinde idem Thomas pariter oppressus a Turcis fuisset, Romam confugit, ubi habitavit quoad vixit, sustentatus a Pontifice, et Cardinalibus: quorum ille trecentos, hi ducentos aureos in singulos menses ei tribuerunt. Obstrinxerat sibi Thomas Romanum Pontificem, dum petitis illis auxiliis ipsum jus etiam, quod habebat in Peloponesum, transtulerat in eumdem Pontificem. *Phrantzes lib.* [illegible] *cap,* 24.

Mantuanus iste conventus menses octo duravit. Sperabantur plures adhuc venturi: idcirco protractus tamdiu est. Unanimi omnium consensu decretum est bellum, annis tribus gerendum. Quantæ vires coaluerint, et promissæ sint, ex oratione Pontificis ad conventum, dum is concluderetur, licebit cognoscere. *Dicendum est*, sunt illius verba apud Gobelinum, *quo res deductæ sint, ut sciant omnes, quid adsit spei,* [illegible] *qui Reges, quique populi ad tuendam fidem* [illegible] *prompti fuerint, vel negligentes. Hungari,* [illegible] *adjuventur, summo conatu, et universis viribus suis Turcas invadent, Germani exercitum pollicentur duorum, et quadraginta millium bellatorum, Burgundus sex millium; Itali, exceptis Venetis, ac Genuensibus, Cleri decimas, populi tricesimas annuorum redituum, ac vigesimas Judaicæ substantiæ, ex quibus navales copiæ sustentari queant: idem facit Joannes Rex Aragonum, Ragusei duas triremes offerunt, Rhodii quatuor. Hæc tamquam certa solenni stipulatione per Principes, et legatos promissa sunt.* Attamen de Francis quoque Castellanis, Portugal-

llis, Polonis, et Venetis sperandum esse con-
-mabat, non passuros, ut suis Majoribus dete-
ores esse videantur. Exposuit quoque in ipsa
sia quinam, et quot essent, qui juncturi manus
nt ad idem hoc bellum. Denique indixit etiam
-eces, concessit Indulgentias in forma Jubilæi,
c non Indulgentias plenarias constituit omni-
s pergentibus ad hoc bellum, atque suam huic
eram navantibus per octo menses, sed et iis,
os contingeret prius ex vita decedere. Anglia
vilibus eo tempore vehementer agitabatur moti-
s. Hanc Pontifex in eadem oratione ad con-
ntum, dixit causam esse, cur Angli nihil pos-
nt polliceri. Caroli VII. Regis Franciæ venerant
gati. Quorum vero omnium primum fuit, que-
de injuria, quæ per Pontificem illata sit eo-
m Regi. Erat contentio de regno Siciliæ inter
rdinandum Aragoniensem, et Renatum Ducem
ndegavensem, utroque jus sibi asserente in
m regnum: quod unde sibi formaverint, decla-
um est hujus part. IV. §pho 11. Pius vero II.
rdinando regnum adjudicaverat: cumque duces
ndegavenses e Regum Franciæ regio sangvine
cenderent, hanc suam etiam injuriam Carolus
x dicebat. Excusavit factum Pontifex, expo-
tque necessitatem, qua constrictus facere non
sit, quod peteretur, videlicet, ut regnum Fer-
ando jam attributum, in Renatum transferret.
am per adoptationem Alphonsi Aragonis, a
o descendit Ferdinandus, ab Joanna II. Sici-
Regina, jus suum repetebat idem Ferdinan-
s: Renatus vero, quod ab eadem Joanna al-
a adoptatione hæres Siciliæ constitutus fuisset
dovicus III. Andegavensis. Pontifex autem Ro-
nus neutram agnovit validam adoptationem:
uidem Sicilia feudum esset Sedis Apostolicæ,
at-

atque adeo, possessore illius mortuo absque hærede, eadem Sedes Apostolica jus illius conferendi haberet liberum.

Dum autem hocce modo legati Regis Franciæ adversus Pontificem questi essent, etiam hic memoravit, et objecit injuriam, Sedi suæ Apostolicæ a Carolo Rege Franciæ factam, per eam sanctionem pragmaticam. Dum adhuc Basileenses suum conventum continuassent, ex iis, quæ hi statuta fecerant, Episcopi Galliæ apud Bituricas a. 1438. habito concilio, novum quoddam jus conscripserunt, quod sibi ab iisdem Episcopis Galliæ oblatum Carolus VII. Rex non tantum probavit, verum etiam per sanctionem pragmaticam toti Galliæ servandum dedit. Integram hanc sanctionem exhibet Car. Ludovic. Richardus *Analyseos Concilior. Tom. II. pag.* 735. Quædam ex his excerpam, ut videri possit, hæc sanctio qualis sit: Papa quovis decennio Synodum generalem loco sibi placito congregabit, quem locum sine necessitate non mutabit, alias eum Patres designabunt; Basileensis concilii auctoritas perpetua esto, quam neque Papa tollere potest; electione male facta, (intelligitur electio ad Episcopatus, et Abbatias) et ad Papam delata, alia indicatur, et electus a suo immediato superiore confirmetur; Synodo universali in rebus fidei, et schismatis Papa obediat; Synodus a Spiritu sancto congregata auctoritatem a Christo mox habere credatur. (Hoc eo dirigebatur, ut Conciliorum generalium statuta, et decisiones etiam in rebus fidei, nedum in aliis valida essent, et vim obtinerent, etiamsi Papa ab his dissensisset, nec illa confirmare voluisset. Est autem omnino Synodus oecumenica a Spiritu sancto congregata. Sed oecumenica Synodus

non est, si sejuncta sit ab Ecclesiæ capite,
d Papa est.) In locis quatuor diætis ab Urbe
intibus, (hoc est spatio quatuor dierum) ne-
nisi in majoribus causis Romam in jus voce-
Cardinales viginti quatuor literati, pii, le-
ni, et triginta annorum tantum creentur; de-
ı, Si quis ad Sedem Apostolicam appellasset,
am non esse dijudicandam per ipsam hanc Se-
, sed judicium de ea per rescriptum aliis esse
mittendum in partibus, hoc est, locis, et re-
ibus, ubi causa exorta est, aut vicinis. Non
ınt vero omnia ejusmodi, quæ Sedi Apo-
:æ, ejusque supremæ potestati essent injurio-
sed multa etiam recta, et bona uti hæc sunt:
ici Divinum officium sancte, et distincte ce-
ent, et ad nomen Jesu caput reverenter de-
ant; Consvetudo tollatur, qua quis in aliqua
(officii Divini) solum præsens, omnes distri-
ones lucratur; deambulantes, aut confabu-
s tempore Divini officii distributionibus to-
dici priventur; Cantilenas vulgi in Ecclesia
re laicis prohibeatur; spectacula, ludi, co-
ationes, choreæ, nundinationes, ludibria, et
tæ personæ a locis sacris arceantur: et Cle-
hoc non observantes tribus mensibus suis
entibus careant, laici censura plectantur.

Jam Eugenius IV. sanctionem hanc pragma-
ı, quo Pontifice facta erat, non æquo ani-
ulerat. Carolus VII. a. 1461. e vita excessit.
ei indicatum, esse quosdam ex ipsis ejus
iaribus, qui nisi sibi caveret, venenum ei
propinaturi. Periculum hoc vitaturus ab
prorsus alimento abstinuit in septimum us-
diem: monitus autem mortem hac ratione
psi procurare, cum iterum comedere cœpis-
set,

set, tamen stomacho jam nimiopere contracto, atque cibum non recipiente, mortuus est. Ludovicus XI. ei in regno successit. Adhuc patre vivente ab illa sanctione aliena erat voluntate: eo facilius erat Pio II. permovere ipsum ad eamdem sanctionem revocandam. Pius II. idcirco Ludovicum remuneraturus titulum Regis Christianissimi eidem tribuit. Renitebatur vero Gallicanus Clerus. Quare Leo X. in Concilio generali Lateranensi V. a. 1516. eo fortius adversus eamdem sanctionem instituit per bullam suam, nec non et Bituricensem illum conventum cassavit, abrogavit, velut corruptelam, atque irritavit, annullavit, et damnavit: quæ sunt verba ipsius bullæ. Franciscus I. Rex Galliæ Concordatum, ut vocant, cum eodem Leone Papa fecit. Ita res, quæ offensionem habuit, sublata est. Irrepserat, ait Gobelinus *l. 3. Commentarii Rerum Memorabilium*, jam pridem in Ecclesia Dei exitialis consvetudo adversus Romani Pontificis censuras. Victi enim, damnatique Apostolica sententia ad futurum concilium appellabant: judicem, qui non erat, et superiorem Romano Præsuli dabant, qui non invenitur in terris, et cum ipsi a suis sententiis appellari non sinerent, a Christi Vicario appellandum esse consentiebant. Pius II. in ea re Patres, qui aderant in Conventu Mantuano consuluit, quid censerent. Illi concordi voto responderunt, appellationes hujusmodi cum suis auctoribus damnandas esse, atque ita decretum editum est. Idem annis tribus post fecit Pius II. denuo per suam bullam, cujus jam paulo ante facta mentio est.

Nihil tamen post hunc conventum adversus Mahometem II. et Turcas actum est, quod operæ pretium esset. Fridericus III. Imperator prom-

ptam

am voluntatem gerebat, sed Germaniæ Princi-
es discordabant ab eo. Erat Hungaria in pro-
mo periculo. Matthias Rex Hungariæ non tan-
m nullas suppetias ex Germania, aut aliunde,
uemadmodum exspectabat, acceperat, sed etiam
ellum ei a Friderico Imperatore illatum est, cui
ronam Hungariæ ereptum ibat. A Gallis et An-
s nihil spei erat, qui propter aliquot civita-
, quas utrique suas esse vellent, bellum inter
habebant. Veneti brevi postea etiam pacem
usmodi cum Turcis fecerunt, ut his liberum
ansitum per suas terras, et maria spoponderint,
uin et portus suos se se illis aperturos, et præ-
turos ea, quæ ad victum essent necessaria. Rex
ungariæ Matthias, quo se magis Friderico pos-
t opponere, jam ad inducias ferebatur cum Tur-
s ineundas. Pius II. quadraginta aureorum mil-
a ei misit in subsidium belli, et duodecim mil-
a equitum ei promiserat, tantumne inducias
am Turcis pacisceretur. Jamque Mahomet Va-
chiam quoque, et Bosniam subegerat, atque
Iatthiæ Regi ultro pacem spoponderat, si juri
uo in has provincias renunciasset. Tantum vero
best, ut consenserit, ut etiam, quamvis bello
nplicitus cum Friderico Imp. esset, se e vestigio
erterit ad illas provincias recuperandas: cum-
ue Bosniam recepisset, Mahometem, qui ad
am tuendam protinus accurrerat, adortus eum in
errorem conjecerit, ut relictis impedimentis, et
ellicis tormentis, fugerit usque in Macedoniam.
Bonfinius Decad. 3. *l.* 10. Pius II. autem nulli
arcebat labori, ut dissidentes Principes ad
oncordiam revocaret, permoveretque ad arma
umenda contra Turcas. Satis ad hoc spei vide-
atur esse, eratque ipsi Pio statutum cum clas-
e ire in expeditionem. Vix laborem potuisset
per

perferre non tantum senio fractus, veru
tudine etiam infirma, brevi etiam mort
die 14. Augusti a. 1464. Classis, quæ jam
nerat Anconæ, mortuo Pio, dissoluta es
siariis, qui ex diversis nationibus erant
domum discedentibus.

Pio II. in Pontificatu successit Paulus
Petrus Barbus nominatus, Cardinalis Vene
que ad a. 1471. tenuit Pontificatum. Plesse
naeus Protestans *in suo Mysterio iniquitatis*
Paulum II. in actu venereo a diabolo stran
obiisse per calumniam. Nam de hoc silent
ximum est non tantum apud alios scriptore
etiam apud Platinam, quamvis de eodem l
ejus vita, vindictæ studio, a quo carceris
subierat ob sua vel malefacta, vel saltem e
spicionem; quem deinde Sixtus IV. liberta
tum, etiam bibliothecæ Vaticanæ præfectu
mordacissime scripserit. Franciscus Phile
epistola ad Sixtum IV. Pauli in Pontificatu s
rem, perhibet ex peponum et piscium cu
aquæ frigidæ mala concoctione, obstructi
bus, per quos fit respiratio, nervorumq
tractione consecuta mortuum esse. *Sed i
qui aut hujusmodi causas naturæ ignora
sunt animi livore, atque odio in sancti
Patrem illum exulcerati, alii inscitia, ali
volentia novas fabulas per Italiam disper*

Paulum II. in Pontificatu secutus est
IV. dictus antea Franciscus de Ruvera ex
Minorum, a Paulo II. inter Cardinales coo
Belli negotium contra Turcas post Pium II
nue continuaverat etiam Paulus II. ita ut
ta aureorum millia partim in Hungariæ, par

rum provinciarum subsidium, proque earum
fensione elargitus sit. *Sixtus IV. l. brev. et bull.*
15. *ep.* 11. Hæc eadem prima curarum omni-
erat Sixto. Missis legationibus Principes cona-
est adducere ad consociandas vires adversus
rcas: etiam de Concilio cogendo generali cogita-
at hunc eumdem in finem. Res satis remisse,
ue lente procedebat. Anno 1480. Turcæ adgres-
sunt Rhodum. Pontifex Rhodiensibus subsidia
sit, neque absque his Equites Rhodii sustinere
sidionem potuissent. Eodem anno Venetis vi-
s, et ad illud fœdus, de quo supra dictum
, compulsis, jam Turcæ in Apuliam etiam ir-
erant, et Hydruntem ceperant, totamque Ita-
n terrore compleverant. Hoc tam vicinum pe-
ulum coegit Europæ omnes Principes expergi-
e somno, et torpore. Agente Pontifice in-
tutus est conventus Romæ, in quo Pontifex,
Principes unanimi consensione, bello decreto,
nscripserunt, quis quantum vel militum, vel
cuniæ collaturus esset ad hocce bellum spatio
ennii. Exsurrexit ingens classis, et vis pecu-
rum. Pontifex ad triremes viginti quinque in-
uendas se obligavit, et quinquaginta millia au-
orum Regi Hungariæ conferenda; quadraginta
ro triremes Ferdinandus Rex Siciliæ, et cen-
m aureorum millia in subsidium Hungariæ:
rinde alii secundum vires suas spoponderunt
militem, et naves, et pecunias. Dum autem
llum hocce modo apparatur, Mahomet II. Tur-
rum Imperator, apparans et ipse bellum, id-
ue adversus Italiam, et omnia regna in Occi-
nte, prope Constantinopolim in castris a. 1481.
e tertia Maji repentina morte sublatus est.
xtus Pontifex, qui jam de fuga in Galliam co-
taverat, et quam fugam, relictis omnibus suis
re-

rebus, plures ex Italia in Hispaniam fecerant, solennem per continuum triduum instituit supplicationem ad gratias agendas Deo. Turcae autem, qui Hydruntum tenebant, audita Mahometis morte deditionem fecerunt, sub conditione, ut liberi possent abire: quod quamvis promissum ipsis, tamen servatum non est, dum res suas comportantes ad naves deprehensi essent habere puellulas Appulas, indutas vestibus Turcicis, atque has secum voluisse abducere. Itaque retenti velut captivi sunt. *Naucle in Chronico.*

§. 54.

Innocentius VIII. Alexander VI. Molimina Christianorum contra Turcam. Religionis propagatio in Americam.

Post Mahometis obitum inter ejus filios Bajazethem, et Zizimum de successione in Imperio orta contentio est. Bajazethes erat natu major, sed Zizimus natus e Mahomete, jam Sultano, non vero Bajazethes. Hoc materiam disceptationi dederat, dum neuter factione sua destitueretur: ventumque erat etiam ad arma. Zizimus a Bajazethe superatus Rhodum fugit, et se Petro Albussonio magno Magistro Equitum Rhodiorum tradidit: qui illum in Galliam misit, non dubitans futurum, ut a Bajazethe repeteretur, et nisi tradidisset, Rhodum viribus omnibus adgressurus esset, Zizimumque occisurus. In Gallia mansit, donec Innocentius VIII. a. 1484. Sixto IV. in Pontificatu successisset, qui illum a Carolo VIII. Galliae Rege petiit, et obtinuit. Expeditionem in Turcas eo magis apparabat et ipse, quod huic tem-

mpus opportunissimum illud credebatur, dum
rcæ alii Bajazethi, alii Zizimo addicti, scissi
ter seipsos essent, ipsumque Zizimum volens
ttere cum exercitu, spe illa, ut ipsi Turcæ
iam huic faventes, se consocient adversus Ba-
zethem cum Christianis. Bajazethes autem et Zi-
num, et ipsum Romanum Pontificem voluit ve-
no sufferre. Quidam Christophorus Macrinus
furens, quod a ministro Pontificio sua pos-
sione mulctatus esset, Constantinopolim se con-
lit, promisitque, se eum belli, quod in Occi-
nte adversus eum strueretur, metu liberatu-
m. Magnis donis affectus, et promissis cumu-
us venenum accepit a Bajazethe, ut reversus
omam fontem eo inficeret, ex quo aquam bi-
ret Pontifex, et Zizimus. Dum autem hoc exe-
i instituisset, deprehensus in actu, crimenque
nfessus, affectus supplicio est. Belli contra
rcas apparatio continuabatur etiam sub Ale-
ndro VI. Papa, qui Innocentio VIII. a. 1492.
ccesserat. Dum Carolus VIII. Rex Galliæ ma-
o cum exercitu in Italiam venisset ad regnum
apolitanum mortuo Ferdinando Rege Neapoli-
io sibi vindicandum, ipsumque etiam Alexan-
um pressisset, eo quod Alphonsum Ferdinandi
gis filium per legatum suum Regiis insignibus
ornasset, coronandumque curasset Neapoli, fa-
deinde reconciliatione Zizimum quoque obti-
it, et secum in Galliam reduxit, ut in expedi-
ne, quam Pontifici erat pollicitus adversus Ba-
zethem, eo uteretur adversus eumdem Bajaze-
em. Priusquam vero in Galliam pervenisset,
ortuus est.

Non defuerunt, qui scripserint (Arnulphus
rronius *in Vita Caroli VIII.*) Zizimum obiisse

ex

ex tabo, quod ei ab Alexandro Papa datum sit. Rem refellit Burchardus *in Ms. Vaticanæ Biblioth.* qui perhibet ex esu, sive potu, naturæ suæ non convenienti, vita functum esse. Tam Rex Carolus, quam ipse Pontifex in Zimimo magnam fiduciam collocaverant ad sibi devinciendos Turcas, deterrendumque ab his Bajazethem. Itaque nequidem suspicio hujus rei esse potest. Erat ea ætate satis frequens, cum alios, tum ipsos Pontifices maledicis scriptis appetere. Hinc igitur fluxit ista etiam maledicentia. Ex magnis apparatibus fere omnium Principum in occidente, terra, marique tamen factum nihil est propter dissidia, et bella inter hos ipsos alia, et alia enata, ita ut ipsi Pontifices etiam terras Romanæ Ecclesiæ suis armis litibus tutari coacti sint. Jamque solus etiam apparatus ingentem terrorem Bajazethi, et Turcis incusserat. Burchardus in eodem Ms. Vaticano: *Die*, inquit, 24. *hujus* (Februarii a. 1495.) *e Constantinopoli ex juridicis mercatoribus scriptum fuit, Turcas ibidem Regem Francorum multum timere, et duodecim Turcarum sacerdotes fidem Christi prædicare.* Postquam autem observaverat Bajazethes elanguisse illum tantum ardorem, tum potius audaciam sumpsit invadendi regna Occidentis, ipsamque etiam Hungariam, Poloniam, Croatiam, et Transilvaniam: quin nec defuerunt quidam e Principibus Occidentis (Fridericus Rex Neapolitanus, et Ludovicus Sfortia Dux Mediolanensis nominatim dicuntur fuisse) qui Bajazethem etiam concitaverint ad arma inferenda regnis Occidentis. Matthias vero Rex Hungariæ etiam modo ejecerat Bajazethem et Hungaria, insigni affectum clade: ipse solus etiam domuisset non solum hunc, verum etiam Mahometem ejus patrem, tametsi tantopere bellicosum, nisi ei impe-

edimenta per Fridericum III. Imp. posita fuisent, Matthiam ex ipso Hungariæ regno deturba- conantem. Cujus vero rei eum reportavit fruum, ut, quod moliebatur Matthiæ, id ei eveerit, atque per hunc Austria, suo principatu ito, exutus sit. *Bonfinius decad.* 4. *lib.* 6.

De Innocentio VIII. Papa ferebatur, Norgis concessisse, ut Sacerdotes Missam possent ebrare absque vino. Volaterranus hoc de Incentio habet. Repudiatur vero ista illius merx omnibus Criticis: eo, quod nuspiam istiusmo- rescripti, ab Innocentio dati exstet aliquod tigium, atque de hoc silentium sit apud alios iptores omnes: sed neque stet ratio, ob quam Volaterrano dicitur istud Norvegis concessum e, quod in Norvegia vinum conservari non ssit, quia statim acescat. Hoc enim falsum es- docet experientia etiam hodierna. De eodem nocentio Joannes e Ferieres, Sacerdos, et pabus Ecclesiæ S. Albini in Normannia publicaat, ex ipsa Cathedra in Ecclesia, sibi ab illo cessum esse, ut uxorem habere posset. Id oque falsum erat: quo audito Innocentius Arepiscopo Rothomagensi mandavit, ut parochum nc, qui ista ratione ipsam etiam Sedem Apolicam adspersisset infamia, puniret, neque siet istum ire rumorum. *Apud Raynald. ad a.* 88. *num.* 7.

Alexander VI. antea Rodericus Borgia, gen- Hispanus, a Callisto III. avunculo suo, factus rdinalis, non legitima via pervenit ad Pontifium. Hunc enim Cardinales auro corrupti, et missis illecti, elegerant, nihil minus, quam cerdotio dignum, nedum summo Pontificatu. In

In Cardinalatu consvetudinem habuit cum Vanozia Romana puella, non secus, atque si ejus legima esset conjux, ex qua quatuor filios, Petrum Ludovicum, Cæsarem, Joannem, Gotifredum, et filiam Lucretiam susceperat. De Cardinalibus, qui eum elegerunt, est scriptum ab Raphaele Volaterrano lib. 22. Omnes, inquit, sub eo postea varia calamitate sunt pressi, partim exilio, partim carcere mulctati, ab eo videlicet Alexandro. Cum Julianus Ruvereus Cardinalis, qui cum nonnullis aliis collegis alienus ab illa electione erat, dixisset, oecumenico opus concilio ad Ecclesiam, per Simoniacos conculcatam, erigendam, iram metuens Alexandri, fugit in Galliam. Alexander vero edictum fecit, quo gravissimas poenas decrevit in eos, qui per simoniam Pontificatum vel quæsivissent, vel hunc suis suffragiis tribuissent. Nec Romanis tamen etiam displicuit Alexander Pontifex, cui de more ad Ecclesiam Lateranensem pergenti Stephanus Infissura *in Ms. Vaticanæ biblioth.* et Petrus Delphinus *lib.* 8 *epist.* 38. multos arcus triumphales, atque honores esse factum testantur magis, quam unquam alii Pontifici. Plura etiam sunt in ejus Pontificatu, ob quæ ab historicis non laudetur. Quæstio autem esse posset, utrum Pontificatus, quem Alexander eo modo obtinuit, quo edictum est, legitimus tamen, et non in speciem magis, quam re talis fuerit? Jam enim antea etiam, et sæpius facta decreta sunt contra simoniam, quibus ejusmodi electiones omnes mittuntur in irritum. Julius II idem decrevit speciatim in eligendo etiam Romano Pontifice, biennio post, quam factus est Pontifex, rursumque in Concilio V. Lateranensi. *Bullar. in Julio II. Constitut.* 3. *et* 4.

Sub

Sub Alexandro VI. novus orbis detectus est
er Christophorum Columbum patria Genuensem
. 1492. Non fuisse hunc prorsus ignotum, est
n Prolegomenis demonstratum. Sed intercidit
æc notitia, et sepulta longissimo tempore fuit.
quodam nauta, qui in Canariis insulis diversatus,
einde vi tempestatis actus est in eas partes, et
commentario, quem is de sua navigatione hac
ripserat, et reliquerat, devenerat Columbus in
titiam illarum terrarum. In aula Ferdinandi
egis Legionis, et Castellæ agebat non modico
mpore. Saepius Regi, et Isabellæ ejus conju-
declaraverat suum desiderium eundi ad ex-
randas illas terras, ad ipsius etiam Regis au-
ndam gloriam, et potentiam, Rege, et Regina
entibus ad hæc promissa. Tandem post annos
cto Rex cogitare cœpit, posse tamen non va-
um esse, quod Columbus polliceretur. Itaque
aves ei dedit ad ejusmodi navigationem instru-
as: quibus cum Columbus ex Hispaniæ litoribus
lvisset, et ad Canarias insulas, sic dictas a
ultis canibus, quæ et Fortunatæ appellabantur,
ervenisset, continuata navigatione triginta tri-
s diebus, et noctibus continuis, demum con-
icatus est insulas sex. Ad quas cum applicuis-
t, incolas sine lege, sine Deo vitam agentes,
i forte solem, et sidera pro deo coluissent,
nis, et munusculis ad se alliciebat, homines
agna morum simplicitate, et candore præditos.
mque deinde triumphale Crucis signum in ter-
defixisset Columbus, Christumque coram hoc
neraturus in genua cum suis procubuisset, et
eces obtulisset, etiam incolæ illarum insularum,
nua flexerunt, nec dubiam spem præbuerunt,
turos dociles, ubi in Christiana Religione coe-
issent institui. Columbus reversus in Hispaniam,

deinde iterum, et sæpius remeavit ad easdem insulas. Missus quoque est Bernardus Boil ex Ordine Minorum natione Catalaunus, ab Alexandro VI. potestate instructus Vicarii Apostolici cum duodecim sociis ad illarum regionum homines Christi Religionem edocendos. Post annos quinque per Americum Vespucium Florentinum ab Emanuele Lusitaniæ Rege missum, ulteriores regiones repertæ sunt, quæ omnes simul ab hoc Americo, America dicuntur. Ferdinando Regi Alexander VI. non tantum jus in illas insulas confirmavit, quas Columbus repererat, verum etiam Regis Catholici titulum, et ejus successoribus tribuit ob studium Religionis propagandæ in illis a Columbo inventis insulis, nec non propter Granatam e Saracenorum manibus ereptam, et Religionem illic Christianam in libertatem assertam, et ob expeditionem, quam apparabat, ad Africam quoque similiter liberandam, attributoque ei etiam Regis Africæ titulo, si rem hanc in Africa perfecisset. *Navigatio Regis Hispaniæ ex Hispanico in Latinum versa ab Archangelo Madrignano. Raph. Volater. l.* 12. *Mariana l.* 26. *c.* 12.

Alexander VI. Pontificatum gessit usque ad a. 1503. Hujus mortem Volaterranus l. 22. Panvinus in Alexand. VI. Guicciardinus lib 5. tradunt admodum tristem, et Petrus Bembus Cardinalis *lib.* 6. *Hist. Venetæ* non dubitat affirmare, Dei ultricem dextram se in ea exhibuisse. Cæsarem Borgiam Alexandri nothum in defectu pecuniæ quam ei Alexander posset dare, cujus erat insatiabilis, venenum parasse, quod sub epulo, quod Pontifex daturus erat, in potione præberetur Hadriano Cardinali Cornetano, et quibusdam aliis, quod eo tempore res vita functorum Cardinalium

Pon-

ntifici cederent, ut sic pecuniæ Alexandro supterent, quas Borgiæ posset dare. Servum, cui gotium erat commissum secreto, missum esse quo ab Alexandro: quo nondum reverso cum m Alexander, et Cæsar potum postulassent; alio servo, rei ignaro, utrique nunc ex illa ena, toxicum habente, esse datum. Alexanum inter maximas viscerum convulsiones, et rvorum contractiones post aliquot horas esse blatum, Cæsarem, quia vinum illud, mixtum ico, cum multa aqua propter æstum biberit, rvatum quidem, cura adhibita, fuisse, sed noni post decem mensium gravem infirmitatem valuisse, cui etiam capilli, ungves, et ipsa tis exaruerint, atque decesserint. Neque tan hæc narratio certa est. Raynaldus ad a. 1503. m 11. hoc Alexandro solummodo afflictum esad ejus memoriam invidia onerandam docet ex ribus manuscriptis diariis, quæ fide dignissima cat, unumque horum speciatim profert archiVaticani, in quo per septem dies, qui Alexandri ortem antecesserunt, quomodo se habuerit, quæ rationes adhibitæ sint, distincte dicitur et morn non ex veneno, sed e febri, ab aeris impuritate ntracta accidisse, et postquam peccata consus esset, Sacramentaque omnia moribundom suscepisset, decessisse septima, postquam firmatus esset die cum designatione non tanm dierum, verum etiam horarum, quid actum ejus infirmitate sit. Idem diarium testificatur, sarem quoque tunc morbo implicitum fuisse, pote qui insalubrem aerem et ipse hausisset, nultamen ejusmodi gravitate, qualem illi scriptos, qui memorati sunt, in eo posuerunt; sed i auctore etiam ipso Volaterrano, eodem loco ato, ærarium Pontificium expilaverit, Vatica-

num duodecim millibus armatorum cinxerit, Hadriani molem munierit per suos emissarios, volens Cardinales cogere ad eligendum Pontificem, quem ipse volebat. Quæ profecto etiam non cadunt in hominem cum tali valetudine conflictantem, in qua iidem, qui Alexandrum dicunt veneno necatum, ponunt etiam Cæsarem Borgiam fuisse.

NOTITIA

SANCTORUM PATRUM,

ET

CRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

NOTITIA

SANCTORUM PATRUM,

ET

:RIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

S. Epiphanius.

Epiphanius testimonio Sozomeni *lib.* 6. *Hist.*
:l. cap. 32. in Palæstina juxta Besanducam vi-
n in territorio Eleutheropolitano circa a. 310.
em primam adspexit: utpote quem S. Hierony-
s *in libro de Viris Illustribus* scripsit extre-
m attigisse senectutem a. 392. quo librum hunc
nposuerat. A prima adolescentia monasticum
ait institutum, magistro usus S. Hilarione, sa-
que literis ab infantia institutus, lingvarum
m peritiam habuit, Græcæ, Syræ, Hebrææ,
;yptiacæ, et ex parte Latinæ. Quamobrem a
lieronymo *Apolog.* 1. *cont. Rufinum* Πεντάγλωττος
dictus. In Syria, et Aegypto plures annos habi-
t in monachorum contubernio, quorum cele-
:as erat major. In Aegypto dum esset, a fe-
iis sectæ Gnosticorum magnopere tentatus, au-
ɔ ejus, qui et sanctissimo Joseph adstitit, cu-
jus

jus in illo periculo opem imploraverat, se se evasisse insidias, ipse scripsit *lib.* 1. *de Hæres.* hæresi sexta. Cujus sectæ mores, et instituta cum ipsi prodita fuissent, eadem Episcopis manifestavit, una cum iis, qui illa nefanda sectæ istius exercebant. Ex Aegypto in Palæstinam reversus prope natalem locum suum monasterium exstruxit, *Ad* dictum. Vox est Hebraica, significans quidpiam stabile, atque ipsam etiam æternitatem. Eo igitur videtur voluisse exprimere suum desiderium, ut semper monasterium hoc perstet. Eidem monasterio etiam ipse præerat, sacerdotio initiatus ab Eutychio Episcopo Eleutheropolitano.

Percrebuit fama de Epiphanii virtutibus, et doctrina in partes omnes. Quare Episcopus Salaminæ, Cypri insulæ metropolis, quæ postea dicta Constantia est, ab ejusdem insulæ Episcopis electus est: sed vivendi rationem, quam observaverat in monasterio, etiam in Episcopatu retinuit. Anno 382. a Damaso Papa Romæ habitum est Concilium cum aliis de causis, et maxime ad errorem Apollinaris damnandum, tum etiam ad cognoscendam causam Maximi Cynici: qui cum se intrusisset ad Episcopatum Constantinopolitanum, ab hoc autem remotus fuisset per Concilium Constantinopolitanum II. ad Damasum recurrerat. *Supra Institut. Part. I. pag.* 520. Ad hoc concilium Romam ivit Epiphanius, cum Paulino Episcopo Antiocheno, secum assumpto etiam S. Hieronymo, cum ipse, et Paulinus fuissent acciti literis Imperatoris. Causam eidem concilio præbuerat etiam Ecclesiæ Antiochenæ scissio inter duos Episcopos Catholicos, Paulinum, et Flavianum. *Supra Part. I. pag.* 486. 521. Quamvis vero Pau-

i-

o causa adjudicata fuisset, tamen scissio hæc
huc perstitit usque annum 416. Ephiphanius cum
Palæstinam anno 393. venisset, solebat enim
ebro monasterium invisere, quod ipse exstru-
rat, rogatus a monachis monasterii Bethlehem,
dinavit Paulinianum fratrem S. Hieronymi,
imo Diaconum, ac postea etiam Presbyterum,
amvis valde reluctantem, ita ut monacho-
m manibus capi, et deduci ad ordinatio-
m debuerit. Erat eo tempore Joannes Episco-
s Jerosolymæ. Sed quia suspectus erat super
iginismo, monachi sibi Presbyterum ab eo or-
nari noluerunt. Accidit, ut Jerosolymæ ipso
anne præsente, et Clero sermonem in Ecclesia
iphanius adversus Origenistas haberet, Joan-
s vero, ejusque Clerici *Canino rictu*, *naribus-*
e contractis, sunt verba S. Hieronymi Epist.
. *scalpentes capita delirum senem signabant,*
demum per Archidiaconum etiam idem Joan-
s jussit Epiphanium a sermone cessare. Alia
ce cum invitatus populus, *spe sola, quod audi-*
rus Epiphanium esset (quæ pariter ejusdem
ieronymi verba sunt cit. loc.) *Joannes Episco-*
s contra Anthropomorphitas concionabatur,
ulos, et manus, et totius corporis truncum in
nem dirigens, volens illum suspectum facere stul-
ssimæ hæreseos. Ubi vero Joannes finiverat ser-
onem surrexit Epiphanius, et voce, atque ma-
u salutata Ecclesia, *Quæ locutus est,* inquit,
ollegio frater, ætate filius meus contra Anthro-
omorphitarum hæresim, bene, et fideliter locu-
us est, quæ mea quoque damnatur voce. Sed
quum est, ut quomodo hanc hæresim condemna-
us, etiam Origenis perversa dogmata condemne-
us. Quæ verba risus omnium, et acclamatio
onsecuta est.

Dum

Dum monachi regionem Aegypti, quæ Nitria appellabatur, a Theophilo Episcopo Alexandrino vexati, et e suis monasteriis pulsi Constantinopolim confugissent, et ab Joanne Episcopo Constantinopolitano, cognomine Chrysostomo non quidem ad communionem recepti, attamen humane, et benigne suscepti fuissent, et idcirco Theophilus factiosorum Episcoporum conventum Constantinopoli instituisset, ad Chrysostomum e Sede etiam Episcopali exturbandum, ad hunc conventum ab eodem Theophilo invitatus erat etiam Epiphanius, credens Theophilo, ipsum etiam Chrysostomum esse Origenistam, quo nomine a Theophilo traducebatur, quod benignitatem illam monachis exhibuisset, quærentes, inique secum actum esse a Theophilo. Res hæc quomodo se habuerit, narratum est supra Part. II. §. 1. Dum fine non exspectato istius rei, quam observaverat nimis turbidam, Constantinopoli discessisset, Socrates refert *lib.* 6. *cap.* 12. 14. si tamen fides habenda est huic ipsius narratiunculæ, Epiphanium his verbis Chrysostomo valedixisse: *Spero, te non moriturum esse Episcopum*, Chrysostomum autem reposuisse: *Spero, te non perventurum esse in patriam.* Atque hoc evenit. Nam antequam pervenisset in Cyprum, mortuus in via est. De eo S. Hieronymus Epist. 38. *Pater omnium pœne Episcoporum, antiquæ reliquias sanctitatis audiebat*, et S. Augustinus Epist. 222. *In doctrina Catholicæ fidei laudabiliter diffamatus.* Anno 402. e vita decessit post annos 36. in Episcopatu exactos.

Opera Epiphanii sunt, *Anchoratus* Græce Ἀγκυρωτός, *anchoris firmatus*, in quem scopum videlicet hunc librum Epiphanius composuerit ad or-

hodoxum populum in fide firmandum adversus
s corruptores, et hæreticos. Tarsino, et Mati-
Presbyteris Ecclesiæ, quæ erat in oppido
dris in Pamphylia eumdem Epiphanius inscri-
, utpote, qui Opus illud ab eo petierant. Fit
eo hæresium recensio, et dogmatum, quæ il-
erant, quasi ad indicandos scopulos, a quibus
endum sit. Hanc recensionem, cum nonnisi
viter, et succincte Epiphanius fecisset; plures,
inprimis Paulus, et Acacius Archimandritæ,
nium monachorum nomine Epiphanium roga-
it, ut ea, quæ in Anchorato docuisset, fusius,
ue distinctius exponeret. Quibus obsecutus al-
um librum confecit, in quo non tantum ple-
is hæreses descripsit, atque harum dogmata,
errores exposuit, verum etiam hos refutavit:
em *Panarium* vocavit, quasi arculam omnium
tidotorum genera continentem. De octoginta
resibus in eo tractat, a sectis, quæ jam ethni-
, et Judæis erant, earumque erroribus initium
cens, in ea vero, quæ hæresis Massalianorum
at, et sub Constantio Imperatore eruperat, con-
tens. Hujus vero Panarii rursus epitomen fe-
, quam Anacephalæosin appellavit. Est ejus-
m Epiphanii liber præterea *de Ponderibus, et*
ensuris. Ponderum in eo, et mensurarum, qua-
m mentio in Bibliis fit, notionem dat, adjun-
a etiam historica narratione Versionis Interpre-
m septaginta, et reliquarum Græcarum, ab
quila, Symmacho, et Theodotione factarum, nec
n Tetraplorum, Hexaplorum, et Octaplorum
rigenis. In descriptione autem Versionis Septva-
nta Aristeam secutus est.

Ex ejus epistolis, quas nemo dubitat plures
isse, solummodo duæ supersunt, atque hæ ipsæ
in-

inter Opera S. Hieronymi: quarum altera inscripta est eidem Hieronymo, altera Joanni Episcopo Jerosolymitano. In hac, ut cetera prætermittam, scribit si tamen ipse Epiphanius est, qui hoc scribit, se in Palæstina observasse in foribus cujusdam Ecclesiæ velum appensum, habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cujusdam, istudque scidisse, eo, quod hoc contra Scripturarum auctoritatem esset, nec probabat, imagines servari in Ecclesiis. S. Epiphanius profecto non ignoravit etiam jubente Deo supra arcam fuisse constitutos duos Cherubinos, formatos ex auro. Aliud igitur quidpiam cavebat in hac imaginum amotione quod esset contra Scripturarum auctoritatem. Idem *Hæres.* 79. eos ait esse hæreticos, qui imaginem Beatissimæ Virginis circumferrent et colerent. Locutus vero est de Collyridianis, qui Deiparam, tanquam deam colebant. Itaque quidpiam esse debebat aliud Epiphanio, cur in Ecclesia nollet servari, et exponi imagines, istudque haberet contrarium Scripturarum auctoritati, vel quod in earum cultu observasset quidpiam vitiosum, vel metuerit ne res eo vergeret, dum seculo Ecclesiæ quarto multi superessent adhuc ethnici, qui ad Religionem Christianam accedentes possent credere a nobis simulacra pro Deo coli, et ne etiam Judæi istud de Christianis opinantes a Religione absterrerentur. Nam si in retinendis imaginibus, et in earum tali cultu, qualis exhibetur ipsis in Ecclesia Catholica, et quem Concilium Nicænum II. definivit, esse licitum et pium, labem aliquam, Scripturæ contrariam, Epiphanius existimasset esse, dixisset simpliciter, imagines non esse retinendas. Nam dum hoc cum exceptione dixit, quoad Ecclesias, intelligitur, nihil habuisse contra imaginum re-

ten-

tionem alibi, et in privatis domibus. Dixi, ra, si tamen hæc epistola ipsius Epiphanii est. n S. Damascenus in Apologeticis suis Sermous de Imaginibus *num.* 3 *pag.* 319. ad hanc ectionem respondit, hunc Epiphanii libellum um, supposititiumque esse: et quod etiamsi um esset, tamen Epiphanium non ejus sentenfuisse, ut illas penitus auferret, cujus rei tesit ipsamet Epiphanii Ecclesia, quæ ad hanc ram usque ætatem, inquit, imaginibus undidecoratur.

Sunt Opera S. Epiphanii plura adhuc, vel ia, vel etiam manifeste suppositia: et fortasse ent in latebris, et producentur, ut plura um Scriptorum Ecclesiasticorum sic protrain lucem sunt, atque ipsius etiam EpiphaCommentarium in Cantica Canticorum a PeFrancisco Foggino ex codice bibliothecæ Vaæ a. 1750.

Dabo quædam excerpta ex S. Epiphanio. In horato num. 9. sic loquitur: *Si Deus Pater et Filius utique erit, et spiritus sanctus, genitus, aut creatus, non Filii frater, aut is nepos; sed a Patre procedens, et acci- a Filio; a Patre, Filioque non alienus, m eadem ex substantia, eademque divinita- Patre, et Filio, et cum Patre, et Filio, istens. Deus propterea est a Patre, Filio- procedens.* Anne satis luculenter docuit, et uit processionem Spiritus sancti a Patre, que? De Traditione: *Traditione opus est. ue enim ex Scriptura peti possunt omnia. rco alia scripto, traditione alia Sanctissimi stoli reliquerunt.* Hæres. 60. num. 6. De Eccle-

clesia: *Est regia quædam via, nimirum Ecclesia, Dei ac veritatis iter. Una quæque vero hæresum, regia derelicta via, ad dextram, sinistramve deflectens, deinceps in immensum errorem se se committens abripitur. - - - Agite itaque Servi Dei, ac Sanctæ Dei Ecclesiæ filii, qui certam Fidei regulam agnoscitis, ac viam veritatis incedltis, ne vos contrariæ voces abstrahant, aut cujuslibet ementitæ sectæ sermones decipiant.* Hær. 59. num. 12. De Primatu S. Petri: *Princeps Apostolorum Petrus, qui Dominum aliquando negavit, ille est, qui quidem solidæ Petræ instar nobis exstitit, cui veluti fundamento Domini fides innititur, supra quam Ecclesia modis omnibus exstructa est, adversus quam portæ inferi, id est, hæreses, et hæretici numquam prævalebunt.* Hær. ead. 59. num. 7. De mortuis Fidelibus: *Quod ad mortuos spectat, nominatim ipsorum mentio fit, ac preces, et sacrificia, mysteriaque frequentantur.* In Anchorato num. 33. Hæresi autem 75. num. 7. Dogma vocat religiosissimum, quo qui pro fratribus precantur, bene de illis sperare constet, quasi peregre profectis, atque preces, quæ pro mortuis concipiuntur, iisdem mortuis utiles esse dicit. De gradibus virtutum in Ecclesia, et cælibatu Clericorum in majoribus Ordinibus: *Fundamentum*, ait, *ac veluti crepido quædam in Ecclesia virginitas est, quæ a plerisque colitur, et observatur, et in illustri quadam gloria, ac prædicatione versatur, secundum hanc continentia, deinde viduitas, post suum quoque locum obtinent honestæ nuptiæ, præsertim singulares, ac minime repetitæ. Quod si quis mortua uxore, vel mulier mortuo marito id voluerit, alterum maritum, uxoremve, sibi adscisce-*

re licet. Horum omnium veluti fastigium, i Sacerdotium vendicat, quod ex virginum line præcipue constat, aut si minus ex virgibus, certe ex monachis, aut ex iis, qui a is se uxoribus continent, aut secundum unas ptias in viduitate versantur: secundis vero ptiis implicitus in Ecclesia ad Sacerdotium n admittitur, tametsi ab uxore aut se se conueat, aut sit viduus. Ejusmodi, inquam, ab iscopi, Presbyteri, Diaconi, et Subdiaconi adu rejicitur. In Anchorato num. 21.

S. Hieronymus.

· Hieronymus Stridone, quod in Dalmatiæ, et nnoniæ confinio situm erat oppidum, a Gothis stea eversum, natus est a. 329. parentibus ristianis, ut ipse *Apolog.* 2. *contr. Rufin.* tetur. Ab Eusebio patre, homine locuplete, Rom studiorum causa missus, Donatum in Grammatica, Victorinum in Rhetorica præceptores buit. Flagrabat ingenti scientiarum, et librom comparandorum desiderio, quos alios pecui sibi comparaverat, alios manu sua descripset. Viros quoque adiit, et coluit eruditionis fai illustres. Hoc cum primum in Italia fecisset, præsertim Aquilejæ, ubi eo tempore Valerias illius urbis Episcopus, Chromatius Presbyter ctrinæ laude florebant, atque etiam in Rufini niliaritatem venisset, sed quæ deinde discissa , iter arripuit in Gallias, omnesque fere illius is perlustravit, ut viros doctos inviseret, notimque librorum perlustratis bibliothecis acquiet. In Orientem postea transfretavit, et Anchiam venit: atque Syria quoque peragrata, in-

inspectaque monachorum, deserta incolentium, disciplina, et moribus, ad quod vitæ genus animo rapiebatur, in eam eremi partem se contulit, quæ juxta Syriam Saracenis jungebatur, magno gaudio susceptus a Theodosio ejus monasterii Abbate. Hic quamvis tempus omne partim Deum precando, partim legendo, et codices describendo impendisset, tamen non vacabat carnis molestiis, et tentationibus. Sic enim de se ipse scribit: *Pallebant ora jejuniis, et mens æstuabat in frigido corpore, et ante hominem sicca jam carne præmortuum sola libidinum incendia bulliebant. Putabam me Romanis interesse deliciis. - - - Itaque omni auxilio destitutus ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, et repugnantem carnem hebdomadarum inedia subjugabam. Memini me clamantem diem crebro junxisse cum nocte.* Epist. 22. ad Eustoch. Hanc ob causam *Epist.* 115. *ad Rusticum*, testatur, semet posuisse ad lingvam Hebræam, quam difficillimam vocat, discendam, gavisus postea, quod de amaro semine literarum dulces fructus carperit, videlicet in eo labore, quem postea impendit vertendæ ex Hebræo in Latinum, interpretandæque Scripturæ sacræ.

A Paulino Episcopo Antiocheno Presbyter ordinatur, cum eodem Paulino, et Epiphanio Romam ad Concilium, de quo jam in Epiphanio dictum est, ivit; ubi triennium mansit, et Damaso Papæ operam navavit in scribendis Ecclesiasticis epistolis. Quo mortuo insectationes perpessus a quibusdam e Clero Romano, quibus molestum accidit, quod ob pietatem, et eruditionem suspiceretur Romæ, rursus navigavit in Orientem, et Jerosolymam venit. Unde in Aegyptum

m contendit, et monasteria Nitriæ lustravit. quibus, ut ipse testatur *lib. 2. cont. Rufin.* in Sanctorum choros aspides latere perspexerat, aspides intelligens monachos, erroribus Oriis infectos. Alexandriæ Didymum adiit, ut iret docentem, de quo deinde in epist. 84. ad amachium: *Vidi*, inquit, *Didymum et in mulei gratias ago: quod nescivi, didici; quod bam, illo docente, non perdidi.* Erat Didymus ituto monachus, et scholæ præfectus Alexanıæ Cathecheticæ. In pueritia, dum prima elenta literarum disceret, ex morbo in caecitatem derat, omnemque facultatem videndi amiserat. ı eo minus in omni fere genere scientiarum profecerat, ut excelleret, nec tantum Gramticam, rhetoricam, dialecticam, arithmeticam, sicam didicerit, sed etiam in literis sacris, et ım quæstionibus explicandis exercitatissimus ɜt. Quamobrem eum admirabantur omnes, et ɜre cupiebant. Antonius quoque monachorum er ad eum cum venisset, eidem dixisse fertur: *iil te moveat ô Didyme, jactura corporalium lorum. Ejusmodi enim oculis orbatus es, qui et muscæ, et culices videre possunt: gaude ius, quod illos habeas, quibus Angeli vident, bus Deus cernitur, et lux ejus comprehendi-*. Quamvis vero vehementer insectatus esset a alios hæreticos, tum præsertim Arianos; tan ipse Origenis quibusdam erroribus captus est. e est, quod S. Hieronymus dixerat, Quod scie, se illo docente, non perdidisse. Hanc ob sam is etiam in Synodo Constantinopolitana erali V. damnatus fuit. *Socrat. l.* 5. *c.* 5. *Theoret. l.* 4. *c.* 27. *Sozom. l.* 7. *c.* 14. Hieronymus o jam ante etiam Apollinario Laodiceno Antioæ usus est magistro in intelligendis Sacris li-

teris, sed perinde etiam de isto in epist. ad Pammachium scripserat, se illius dogma contentiosum non suscepisse. Erat quippe conditor hæreseos, quæ ab eo Apollinaristarum dicta est. Dum S. Gregorius Naz. Episcopatum Constantinopolitanum administrasset, Hieronymus etiam ad hunc venerat Sacras easdem literas discendi causa, nec diffitebatur postea, se hoc doctore et magistro eas addidicisse.

Ex Aegypto autem reversus, in monasterio in Bethlehem, quod a Paula Romana, quæ se monasticæ vitæ causa in Orientem contulerat, erat exstructum, locum suæ habitationi fixit, cujus monasterii etiam præfecturam gesserat. Dum ab Alarico Rege Gothorum a. 410. Roma fuit capta, et direpta, multique Roma, et ex Italia in Orientem fugissent, *Quotidie*, scribit ipse Hieronymus, Epist. 126. *sancta Bethlehem nobiles utriusque sexus, divitiis affluentes, suscipit mendicantes. Quibus quoniam opem ferre non possumus, condolemus, et lacrymas lacrymis jungimus: occupati sancti operis sarcina, pœne omne studium omisimus, Scripturarumque cupimus verba in opera vertere, et non dicere sancta.* Inciderat adhuc gravior calamitas. Nam subitus barbarorum impetus a. 411. sic Aegypti limitem, Palæstinæ, Phoenicis, Syriæ percurrit instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix Dei misericordia illorum manus se potuisse evadere idem de se testetur *cit. loc.* Hieronymus. Etiam a Pelagianis, ideo, quod contra Pelagium, ejusque errores scripserit, gravissimam adversitatem perpessus est tam ipse, quam totum ejus monasterium. Rem refert S. Augustinus lib. de Gestis Pelagii: *Adscio*, inquit, *quo cuneo perditorum, qui valde in per-*

rversum perhibentur Pelagio suffragari, in.
bili audacia perpetrata dicuntur tanta mala,
Dei servi, et ancillæ, ad curam S. Hierony-
i pertinentes sceleratissima cæde afficerentur,
iaconus occideretur, ædificia monasteriorum in-
nderentur, vixque ipsum Hieronymum ab hoc
petu, atque incursu impiorum in Dei miseri-
rdia turris munitior tueretur. Nec jam postea
u vixit anno a Natali Christi 420. ætatis 91. mor-
us, et in sui monasterii Bethlehem spelunca se-
ltus est.

Multa sunt, quæ scripsit, ejusque eruditio-
s tam celebris fama erat, ut in Scripturæ quæ-
onibus ad eum undique concursus fierent, at-
ie in his etiam a S. Augustino consuleretur. In
ïptura autem sacra, ejusque versione Latina
imum a mendis, quæ per ejus transcriptionem,
t etiam imperitos correctores irrepserant, re-
rganda, deinde in ejus versione, quod ad li-
os Vet. Test. attinet, directe ex archetypa lin-
a Hebræa, nec non in Commentariis confici-
dis labor S. Hieronymi excelluit maxime. Psal-
ium omnium primo emendaverat, deinde ce-
os Veteris testamenti libros. Psalterium iterum
leriter per crebram transcriptionem recidit in
nda librariorum: ceteros Veteris testamenti li-
os jam emendatos, exceptis aliquot paucis,
idam ei sustulit. Hinc in cogitationem deve-
rat, jam non emendandi, verum ex Hebræo
us testamentum directe in Latinum transferen-
Versio Interpretum LXX. ex qua etiam ver-
in latinam lingvam facta erat, non semper
urate respondet textui Hebræo. Hinc Judæi
n contra eos disputassent Christiani, istos ri-
e solebant, quasi qui e sua versione testimonia

 as-

afferrent, non bene facta, adeoque nec idonea ad id probandum, quod vellent asserere. Itaque cum jam a juventute sua, quemadmodum supra dictum est, lingvam Hebræam addidicisset, posuit se ad ipsam etiam versionem faciendam, idque etiam conductis pecunia doctis Hebræorum, quorum auxilio vocum, et dictionum Hebræorum sensum magis assequi posset, Judæisque præcideretur sui receptio ad exceptionem, quam solebant facere adversus priorem versionem. In novo autem Testamento ad petitionem Damasi Papæ primum quatuor Evangelia, deinde reliquos etiam omnes libros Græcæ fidei reddidit. Commentarios Hieronymus composuit in Prophetas omnes, et in Ecclesiastem, quod attinet ad libros Vet. Test. quod vero Novi testamenti, interpretatus est Evangelium Matthæi, Epistolas Pauli ad Galatas, Ephesios, Titum, et Philemonem. Commentarius in omnes Epistolas S. Pauli præter eam, quæ est ad Hebræos, positus inter Opera S. Hieronymi, non ipsius est, verum Pelagii hæresiarchæ. Est ea ratio interpretandi S. Hieronymi, ut dum profert sententias interpretum aliorum, non satis distincte dicat, quid illorum, quid suæ sententiæ sit in sensu Scripturæ.

Præter ista scripsit adversus Montanum, Helvidium, Jovinianum, Vigilantium, Pelagium, Luciferianos, eorumque errores: inter quos Rufinus etiam si positus fuerit, non cum ejus injuria fiet. Origenista enim erat, et Pelagii quoque infectus errore: et qui antea amicitiam inierat cum Hieronymo, summus deinde factus est illius adversarius, et obtrectator. Non placet Hieronymus Protestantibus ubique, tametsi ejus eruditionem, et Studium, ardoremque Religionis non diffiteantur,

r, eo quod nimis doceat, et propugnet ea, quæ
ınc etiam vigent in Ecclesia, ipsi vero purita-
m Religionis præseferentes, ad quam se repo-
ıerint, a se abjecerunt, ut est cultus Sanctorum,
eorum Reliquiarum, eorumdemque invocatio,
rginitas, cælibatus: quæ ab Joviniano, Helvi-
io, et Vigilantio impetebantur, et indignissime
roscindebantur. Cumque adversus hominum isto-
ım summam maledicentiam ipse quoque Hiero-
ymus acuisset stilum, eum arguere solent immo-
erationis in scribendo, et asperitatis nimiæ. Fuit
nnino vehemens, et asper in eos Hierony-
ıus, qui serebant errores; neque hoc ipse dif-
tebatur, sic scribens ad Riparium Presbyterum
pist. 109. de Vigilantio: *Tacita me forsitan co-
itatione reprehendes, cur in absentem invehar.
'atebor tibi dolorem meum. Sacrilegium tantum
ıtienter audire non possum.* Et in Præfat. Dia-
gor. adv. Pelagium: *adversus eos autem, qui
e dicunt, hoc opus inflammatum invidiæ faci-
ıs scribere, breviter respondebo, numquam me
æreticis pepercisse, et omni egisse studio, ut
ɔstes Ecclesiæ mei quoque hostes fierent.* Nihil
ero egerat Hieronymus, verbis acrioribus per-
ringens eos, quibus satis non esset, quod ipsi
esciverint a veritate, verum alios etiam cona-
ntur pervertere, et mittere in exitium, quod
on factum etiam esset ab Apostolo, qui sic in-
ectus erat in Elymam: *O plene omni dolo, et
nni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ,
on desinis subvertere vias Domini rectas?* Act.
. v. 10. imo ab ipso etiam Christo: qui pari-
r Judæos, veritati repugnantes, et insectatores
os appellavit serpentes, genimina viperarum, et
se dixit ex patre diabolo. *Matth.* 23. *v.* 33.
ann. 8. *v.* 44.

Sunt

Sunt deinde ejusdem Hieronymi libri plures alterius etiam argumenti, videlicet De Nominibus Hebraicis, quorum explicat significationem; de Situ, et nominibus locorum Hebraicorum; Hebraicarum Quæstionum in Genesim, de optimo interpretandi genere, et de Scriptoribus Ecclesiasticis, item epistolæ permultæ, quarum aliæ sunt Criticæ, quæ versantur circa aliquam quæstionem de re in Scriptura sacra; aliæ alius argumenti. Vitam quoque scripsit SS. Pauli I. Eremitæ, Hilarionis, et Malchi monachorum. Hæc genuina. Sunt vero plura etiam ejus nomini supposita, aut etiam interpolata. Talem esse Dialogum contra Luciferianos ostendi Dissertatione mea V. in Selecta argumenta Hist. Eccl. Tom. I pag. 184.

Dabo nonnulla etiam excerpta ex S. Hieronymo. De Ecclesia: *In hac igitur Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata usque in hanc diem durat* (Adv. Luciferian. pag. 201. Tom. 2. Edit. Parm.) *Cum successore Piscatoris* (in epist. ad Damasum Pap.) *et Crucis discipulo loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri communione consocior. Supra illam Petrum ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.* Idem rursus: *Supra Petrum*, ait lib. 1. adv. Jovinian. *fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, et cuncti Claves regni cælorum accipiant - - - tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio.* De Sanctorum Reliquiis, invocatione, et cultu. *Nos*, inquit, *non Martyrum Reli-*

zias, ne solem quidem, nec lunam, non Ange-, non Archangelos, non Cherubim, non Sera-m, et omne nomen, quod nominatur et in præ-ti seculo, et in futuro, colimus, et adoramus, serviamus creaturæ potius, quam Creatori, est benedictus in secula. Honoramus autem liquias Martyrum, ut eum, cujus sunt Mar-es, honoremus. Honoramus servos, ut honor vorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui suscipit, me suscipit. Epist. 109. ad Ripari-. Adversus Vigilantium ista scripsit Hierony-s, qui cultum Sanctorum et eorum Reliqui-m traduxerat, tanquam idololatriam, quasi ictos, et eorum Reliquias eodem adorationis tu prosequeremur, in Ecclesia Catholica, quo ım Deum. Propter hunc cultum Sanctis, et um Reliquiis exhibitum etiam nunc Præcones therani et Calviniani nos solent Catholicos de-gere coram plebe sua, velut idololatras. Ve-n non dicunt, falluntque illos, si sciunt, quo-do colamus Sanctos, et eorum Reliquias, si o nesciunt, quomodo id audent dicere, et af-ıare, quod ignorant? Aliamne vero ob cau-ı istud factitant, quam ut plebeculæ suæ illu-t, eamque in errore detineant? Eamdem calu-iam de adoratione Martyrum jam Vigilantium ıxisse Ecclesiis Christi, objecerat S. Hierony-s eidem Vigilantio in libro, quem contra illum psit.

At vero ex ipso Hieronymo iidem petunt au-itatem adversus venerationem Sanctorum, qui robaverit lumina accensa, et adhibita in hono-Martyrum. Adversus hoc jam etiam a Vigi-io objectum, respondit Hieronymus: *Cereos clara luce accendimus, sicut frustra calu-mnia-*

mniaris, sed ut noctis tenebras temperemus, et vigilemus ad lumen. Quod si aliqui per imperitiam, et simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum feminarum hoc pro honore Martyrum faciunt, quid inde perdis? Hujusmodi secundum fidem suam habent mercedem. Lumina accendimus etiam nunc de die, idque lætitiæ, vel etiam honoris testandi causa. Quid inde perdis: dicebat Hieronymus Vigilantio; quid malæ rei habet ista etiam colendi Martyrem ratio? At vero istud Hieronymus ad imperitiam, et simplicitatem secularium hominum retulit. Non penitus? qui religiosas feminas ideo secundum fidem suam dixit habituras mercedem. Nempe ista, in se indifferentia, juxta intentionem agentis sunt bona, vel mala. Diriguntur vero ad honorandos Sanctos, ut honor servorum redundet ad Dominum, ut paulo ante vidimus, esse dictum ab ipso etiam Hieronymo. Dum vero Hieronymus dixit, non clara luce accendi cereos, sed ad tenebras noctis temperandas, causam expressit, quæ sit præcipua, cur cerei accendantur, qui eodem loco testatur, per totas Orientis Ecclesias, sole rutilante, dum legitur Evangelium, accendi luminaria. Neque igitur istud, non clara luce accendi a nobis cereos, sibi ipsi Hieronymus constanter dixit, et imperitia, atque simplicitas eorum erat, aut nunc erit, si quis solius luminis præbendi causa putaverit lumina accendi coram Sanctorum Reliquiis. Sed si quoad cereos, qui accendi non debeant coram Reliquiis Sanctorum, tantum deferunt Hieronymo, in quo ad omnem accurationem, locutus non est, cur igitur non deferant eidem in honorandis, etiamsi sine cereis accensis Sanctis, et eorum Reliquiis, quem honorem S. Hieronymus in Ecclesia viguisse erga Sanctos, do-

cet, et ob quem negatum Sanctis Vigilantium roris arguit? Ex S. Hieronymo contra Vigilanm est jam aliquid etiam Supra Part. I. pag. 1. productum, et contra Basnagium Sanctorum ltum cavillantem.

Hieronymus, dum Romam cum Epiphanio, Paulino, ut jam memoratum est, venisset, adrsus Helvidium Tractatum ediderat, virginitaque meritum defenderat. Id Hieronymi scrium sic a pluribus Romanorum acceptum est, ut tarent matrimonium ab eo reprobari, veluti m illicitam: ejusdem virginitatis defensionem em susceperat adversus Jovinianum. Dum autem vertisset, quonam id, quod pro virginitate scrierat, traheretur, non omisit declarare, se dum rginitatem laudasset, nihil voluisse detractum atrimonio. *Non ignoramus*, ait, *honorabiles nuias, et cubile immaculatum. Legimus primam ei sententiam: Crescite, et multiplicamini, et plete terram. Sed ita nuptias recipimus, ut rginitatem, quæ de nuptiis nascitur, præferaus. - - - Nos secundas nuptias non tam appenus, quam concedimus, Paulo jubente, ut viæ adolescentulæ nubant.* (Epist. 48. ad Pamach. et Epist. 41. ad Marcellam.) *Non est detrare nuptiis* (Epist. ad Eustochium filiam S. Pau-) *cum illis virginitas antefertur. Nemo malum no comparat.* Alioquin et Paulus reprehendens esset dicens: Qui matrimonio jungit virgim suam, bene facit; et qui non jungit, melius cit. 1. Cor. 7. v. 38. *Aperiant, quæso aures,* rgit idem Hieronymus in epistola ad Pammach. *trectatores mei, et videant me secundas, et teras nuptias concessisse in Domino. Qui secuns, et tertias non damnavi, primum damnare* po-

potui matrimonium? Ejusdem quoque Hieronymi Epist. 50. sunt verba hæc: *Non damno bigamos, imo nec trigamos, et si dici potest, octogamos.* Illis Romanis, qui per errorem, et non rectam intelligentiam verborum Hieronymi putarunt matrimonio esse ab eo derogatum, debet ignosci. At vero illisne etiam ignoscendum est, qui eundem Hieronymum, postquam quid sentiret de matrimonio, declaravit, tamen non verentur traducere, quasi virginitatem immodicis laudibus efferens de nuptiis minus honeste, ac verecunde sentire visus esset? Hoc fit a Protestantibus, factumque est a Caveo in Hist. Liter. de Hieronymo. *Certe*, inquit, *bigamos tanquam scortis solummodo meliores facit, cum immundis arcæ Noe animalibus, et serpentibus confert, mulieremque secundas nuptias repetentem cani ad vomitum, atque lotæ ad volutabrum revertenti comparare non erubescit. Sed quisque suos patitur manes.* Erubuitne Caveus tanta cum vanitate istud, quod modo allatum est, scribendo de Hieronymo? et suos non est passus manes, a quibus concitatus ad Patres Ecclesiæ maledico dente carpendos, detraxit indigne etiam S. Hieronymo.

S. Paulinus Nolanus.

S. Paulinus Burdigalæ in Gallia natus est parentibus senatoriæ dignitatis a. 353. Scientiis domi excultus Romam se contulit, ubi causas in foro egit ea cum laude, ut a. 378. consulatum adeptus sit. Urbes, deinde, et provincias plures peragravit. Mundanas vero res pertæsus Barcinone in Hispania solitudinem petiit, veste etiam mutata, et facultatibus in pauperes erogatis. Uxorem

m habuit Therasiam, quæ et ipsa maritum seta est in amplectendo vitæ severioris instituto. e Natali Domini dum Sacris Barcinone interest, pia plebs, quæ illius virtutes suspexerat, sum apprehendit, et Episcopo obtulit, ut Presterum ordinaret, idque impetravit, postquam ulinus etiam, sed nonnisi aegre consensisset. olam deinde, quod jam multo ante destinaverat imo, perrexit, ubi in Ecclesia, supra tumum S. Felicis Martyris ædificata, se totum minierio ejusdem Ecclesiæ manciparet. Electus autem inde est etiam Nolanus Episcopus. Anno 410. m Nola capta a Gothis fuisset, et vastata, sic eum precabatur: *Domine non excrucier propter rum, et argentum. Ubi enim omnia mea sint, scis.* Gregorius Turonensis refert insuper de ulino, Campania postea a Vandalis iterum vaata, cum Paulinus omnia quæ habebat, jam imndisset in redimendos captivos, scipsum tradisse, ad filium cujusdam viduæ redimendum, duumque in Africam, Regis Vandalorum genero rvivisse in ejus horto excolendo: postquam ve agnitus fuisset, liberum dimissum esse, dono datis cunctis suæ civitatis captivis. Paulinus ero, de quo nunc loquimur, mortuus est a. 431. nte quem annum Vandali nondum irruperant Italiam. De hoc nulla etiam fit mentio a S. Auustino, quamvis Paulini, ejusque actorum creram commemorationem soleat facere, sed neque ranius Presbyter, et discipulus Paulini, qui us elogium composuit, hac de re tam insignis isericordiæ, et pietatis quidquam meminit. Fuit oc eodem nomine Paulinus alter etiam Episcous Nolanus a. 442. vita functus. Iste videtur es, qui a Vandalis in Africam sit ductus captivus, quod hujus est, alteri Paulino datum. Paulinum de

de quo modo egimus SS. Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, ut plures alios prætercam, non mediocribus laudibus celebrarunt

Opera S. Paulini sunt epistolæ quinquaginta, sermo unus de Eleemosyna, Martyrium S. Genesii, poemata quinque, et triginta. Hæc plena sunt documentis ad informandos pietate mores, nec tantum verbis, sed etiam ipsius Paulini exemplis. In epistola ad Severum agit de victus frugalitate servanda non solum a monachis, sed etiam Clericis, et de modestia in vestitu, et compositione totius corporis ea, quæ nihil habent vanum, solutum, et affectatum. In epistola altera ad eundem Severum (is est, qui cognomento Sulpicius S. Hieronymo etiam, et S. Martino Episcopo Turonensi, cujus etiam vitam literarum monumentis tradidit, erat perquam familiaris) describit, quomodo ab Helena Constantini M. matre Crux, in qua Christus pependit, mortuusque est, quæsita, atque reperta sit: quam inventionem Basnagius, pluresque ex hoc Criticorum genere, qui etiam venerationem, quam huic Cruci exhibemus, invident, inficiantur. *Quæ quidem Crux*, sunt verba Paulini, *in materia insensata vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pæne quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat, et quasi intacta permaneat quotidie dividua sumentibus, et semper tota venerantibus.*

S. Joannes Chrysostomus.

S. Joannes, ab oris facundia, atque eloquentia cognomen Chrysostomi, quod significat os aureum

m habentem, adeptus, natus est patre Secun-
, Magistro militum, et matre Anthusa Antio-
æ circa a. 347. A matre, quæ maritum amise-
perquam cito, suæ ætatis anno vicesimo, nec
undas nuptias, jam postea iniverat, pie educa-
, et solerter Libanio, qui eo tempore in elo-
entia excellebat maxime, aliisque præstantissi-
magistris traditus in adolescentia est, a qui-
scientiis excoleretur. In foro deinde causas
rat magna cum laude eloquentiæ: verum non
, omne suum studium ad Sacras literas trans-
ens in Ecclesiis frequens, et a mundi vanitati-
abhorrens. Meletius Episcopus Antiochenus
s illius virtutibus, et ingenio, Lectorem or-
avit. Cum Basilio, qui deinde factus Episco-
est Raphaneæ in Syria, arctissimam iniit fa-
iaritatem, statuerantque ambo una vivere in do-
quidem, sed quæ instar solitudinis ipsis esset.
nnem vero mater ad se, et in domum suam
ltis lacrymis non sustinens filii, quem tenerri-
diligebat, absentiam, revocavit. Convenerant
scopi Antiochiæ ad consultandum de eligendis
iscopis Ecclesiarum quarum sedes Episcopales
abant, quarum una etiam erat Raphaneæ.
nt oculi Episcoporum conversi tam in Joan-
n, quam in Basilium. Hi vero deliberabant,
um suscipere Episcopatum deberent. Basilio
nnes svasor fuit, ne, si eligeretur, refragare-
. Dum autem Basilius suum consensum ad Epi-
patum dat, Joannes se subduxit, et in solitu-
em Antiochiæ vicinam abdidit. Cum postea
silius idcirco questus esset, quod ipsum astute
Episcopatum suscipiendum induxisset, quem
e fugerit, respondit: *Astutiam non semper no-*
am esse, sed pro eorum, qui utuntur, animo,
l bonam, vel malam effici: nec ullum lucrum
ma-

majus esse, quam si ea agamus, quæ dilec argumenta erga se Christus dixerit esse, s trum allocutus: *Petre amas me? et illo tente*, *subjungens: Si amas me, pasce oves* ne, si disvasisset, illum Christo subtrahere illius ovium bonus pastor futurus esset. Cu tem Basilius Joanni objecisset: *Ergo tu Ch non amas*: siquidem Episcopatum fugisset spondit Chrysostomus: *Et amo, et amandi non faciam: at vereor, ne quem amo, in ne si gregem Christi accepissem, hunc i perderem*: exposuitque deinde onera, et Episcopi, eorumque difficultates, ob quæ Episcopalem dignitatem. Res hæc eadem C stomo occasionem dedit scribendi libros Sacerdotio, in quibus hæc ipsa etiam, quæ narrata sunt, exposuit.

In eremo, ad quam confugerat, in quemdam eremicolam incidit, et cum hoc driennium habitavit, deinde autem se in s cam solitarium recondidit: in qua bienniu rat, coactus ad urbem redire propter infi tem, in quam ex immoderata abstinentia c vitæ austeritate inciderat, conflictatus etia stea persæpe adversa valetudine. Recrea præsenti morbo, Meletius Episcopus ex l ad Diaconatum promovit; a Flaviano autem Meletio in Episcopatu successerat, etiam P ter est ordinatus imposito sibi munere conci di, quod annis duodecim gessit. Nectariu scopus Constantinopolitanus erat mortuus. que Arcadius Imperator Chrysostomum, cuj des totum Orientem impleverant, fecit, ut cum Nectarii eligeretur, eique succederet gno plausu Cleri, et totius Urbis erat exc

dum vitia Clericorum evellere adgreditur,
hi illum odisse cœperunt. Nec apud omnes
eres, et divites retinuit gratiam eamdem ob
am. Non eo minus charus fuit toti Urbi, tan-
ue fiebat confluxus ad ejus conciones, quas
quater, imo aliquando singulis etiam hebdo-
æ diebus habebat, ut Ecclesia auditores non
ret, tempusque præoccuparent, ut locum ad
audiendum commodiorem obtinerent, et ipse
ta sua Episcopali Sede in eum, in quo lector
ret stare, transiret. Itaque alia urbis facies fa-
erat, pietasque magis, atque magis efflore-
at, relictisque theatralibus spectaculis, aliis-
vanæ oblectationis atque moribus etiam no-
conventiculis, quibus antea Urbs immodice
batur, diu, noctuque populi supplicantis mul-
line refertæ erant omnes Ecclesiæ. Hæretici
que, imo et Judæi permoti Chrysostomi con-
ibus, et Fidelium pietate, frequentissimi con-
ebantur. Vim habebat ejus sermo, quia ver-
congruebat etiam sanctissima Chrysostomi vi-
Neque nunc tantum re ostensum est, sed etiam
alias, quantum unius etiam hominis, solertia
on tantum verbo, verum etiam exemplo do-
t, efficere possit in pravis Fidelium moribus
ndandis, et in infidelibus ad fidem Christia-
adducendis. Solo tantum imperio, et man-
rum promulgatione non solet multum profi-
Pravitas tollitur iisdem rebus in contrarium,
us effecta est. *Causa ruinæ populi mali sa-*
otes, ait S. Hieronymus lib. 2. in Lamentat.
m. Attamen Chrysostomus a. 398. jam anno
to post jactatus ingentibus tempestatibus,
e ab iis, quibus minime decebat, videlicet
dversariis Episcopis, et ille tantus profectus
gionis, qui fiebat sub eo, interceptus est.
Quæ

Quæ ista fuerint, illiusque iniquissima exturba-tio ab Episcopatu iterata, deportatio in exilium, ærumnæ multiplices usque ad ejus obitum, qui a. 407. contigit, dum annum ætatis circiter sex-gesimum ageret, enarratum est supra Part. §. 2.

Inter Opera, quæ sunt elucubrata a S. Chry-sostomo, sunt primo ejus homiliæ, et serm in Pentateuchum, in libros Regum, Psalm Prophetas, in Evangelia S. Matthæi, et S. Joan-nis, in Acta Apostolorum, in Epistolas S. Pa ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, Philip-penses, Ephesios, Colossenses, Thessalonicens ad Timotheum, ad Titum, Philemonem, et He-bræos. Erat mos Chrysostomo, qui etiam ab al servabatur, Scripturam sacram exponere pop in Ecclesia. Idque sic faciebat, ut quem assu-psisset exponendum librum, atque inchoasset ex-ponere homilia sua prima, hanc expositio continuaret aliis, atque aliis homiliis, donec to-tum librum absolvisset, et quo finito transi ad exponendum alium. Dum tribus, vel quatuo aut etiam singulis hebdomadæ diebus homili haberet; facile potest intelligi, quomodo tot a solvere libros potuerit. Lector in altiore lo stans librum legebat, et ubi completus aliq sensus erat, subsistebat. Ac deinde expositio ejus sequebatur a Chrysostomo: eumque sens omnium primo declarabat, quem facerent i verba. Hac interpretatione facta, si locus do-gmaticus esset, exhibebat dogma Catholic quod illis verbis contineretur tam ad Fideles i orthodoxa fide confirmandos, quam ad hæretic redarguendos, et erroris convincendos circa quod Scriptura eo in loco, qui explanabatur ha-

bebat. Hæreses autem exagitabat eas maxime, æe eo tempore vigebant. Si vero Scripturæ lo- ɩ ad pietatem ac probitatem, quæ in moribus e debet, spectaret; offerebat auditoribus enu- ate, quid cuique faciendum, et unde abstinen- m esset: suas autem cohortationes dirigebat xime adversum illa, quæ in populo observave- curatione indigere. Quæ cum faceret maxima s facundia, atque ardore dicendi, vim etiam bebant ejus conciones. *Nisi ardeat minister edicans, non accendit eum, cui prædicat,* ait Augustinus *Enarrat. in Psal.* 103.

Sunt aliæ etiam S. Chrysostomi homiliæ in gularia quædam loca librorum Sacræ Scriptu- , præterea de mysteriis Navitatis, Baptismatis, sionis, Resurrectionis, Ascensionis Christi, et ntecostes, utpote his festis habitæ, item de ctorum laudibus, nec non etiam tractantes de gulari quodam argumento morali. Ejusdem rysostomi sunt libri sex de Sacerdotio, quorum ɩ facta mentio est. Dignitatem Sacerdotii in his onit, una vero etiam quæ vitæ puritas debeat e in Sacerdotibus, ad conficiendum corpus Chri- , et dispensanda Sacramenta, et quantum sibi eat adnexum, quamque periculosum onus officii. neris Pastoralis officia multo magis, atque pleni- et ad instruendos animarum Pastores efficacius nentur ex his S. Chrysostomi de Sacerdotio libris, nque ex Patrum aliorum Operibus, in quibus ex proposito de hoc argumento tractarunt, ut Gregorius M. in Regula Pastorali, S. Isidorus duobus libris de Ecclesiasticis Officiis, vel in ɔ argumento versantes per occasionem de Offi- ɩ muneris Pastoralis egerunt: idem etiam præ- tum est a S. Hieronymo, S. Ambrosio, pluri- bus-

busque aliis, multoque melius, et accuratius, quam præstetur his Pastoralis Theologiæ libri, quos nostra ætas nobis parturivit. Etiam Tractatus composuit S. Chrysostomus adversus hostes Religionis, Anomæos, Judæos, et Gentiles, præter ingentem numerum Epistolarum.

Ad specimen dandum eloquentiæ, cujus summam laudem Chrysostomus habet, paucula ex proferam. De inferorum poenis ita loquitur: *Cum ignem audis, cave putes esse huic igni simile. Hic enim, quidquid corripit, devorat, et absumit; ille vero, quos semel apprehendit, perpetuo comburit, nec unquam desistit, ideoque inextinguibilis dicitur. Siquidem etiam peccatores oportet induere immortalitatem non ad honorem, sed ut perpetuum sit illius supplicii viaticum* (fomentum) *Id vero, quam sit horrendum, nullo unquam potest sermone declarari. Si balneum nimium effervescens, et febris nos adeo cruciat, cum in fluvium illum ignis inciderimus, quo animo futuri sumus? Quis enarrabit terrores ab illis tenebris injectos animis nostris? Hic non potest utrumque simul contingere, vehementia nempe supplicii, et diuturnitas, nam alterum cum altero pugnat, eo, quod corporis natura corruptioni obnoxia earum concursum non ferat: immortalitate autem succedente solvitur hæc pugna, et magna cum violentia in æternum nos utraque mala tenebunt. Neque enim corpus tunc consumi poterit, sed cum anima æternum in suppliciis manebit, nec finis ullus erit. Quantas igitur delicias, et quantum temporis vis cum illis suppliciis comparari? Visne centum annos, aut duplo amplius? Quid hoc erit, si comparetur cum seculis infinitis?* Paraenesi 1. ad Theodorum. Ho-

mi-

lia vero 13. in Matth. de iisdem inferorum
pliciis, ad quæstionem, quam etiam solent
vere, qui illa inter inania terriculamenta vo-
t referre, *Ecquis inde veniens illa nuncia-
? Homo quidem nullus. Nam si homo esset,
illi creditum sæpe fuisset, utpote, qui res
ggeraret, amplificaretque. Sed quid opus est
nine, cum is, qui poenas a nobis exacturus
, quotidie clamet, se gehennam parasse, et
num concessurum esse?* Idem Chrysostomus
in loco ignis in inferno æternitatem vi Divi-
potentiæ declaravit per illum etiam ignem,
rubus ardebat, in quo Deus Moysi apparue-
, *Exod.* 3. *v.* 2. quin combureretur. Homilia
ad Antiochenos, quam Chrysostomus habue-
Quadragesima ad finem vergente, hortans
s, ut eo magis emendationi darent operam,
pura conscientia suscipere in Paschate possint
pus Domini *Ob hoc enim*, inquit, *jejunium,
uadragesima, et tot dierum synaxes, audi-
es, preces, et doctrinæ susceptæ sunt, ut ab-
sis sceleribus, quæ nobis hoc anno quocum-
modo inhæserunt, cum spirituali fiducia il-
incruenti sacrificii participes efficeremur. Fas
eum, qui non jejunavit, veniam consequi, ex-
ata corporis imbecillitate. Sed dic mihi, cur
nicis tuis reconciliatus non es? An hic habes,
le prætendas corporis infirmitatem? Rursum,
dium, invidiamque retines, quid poteris ex-
ationis allegare? Quomodo Deum orabis, ut
mitis, et benignus fiat, cum tu conservo tuo
durus sis, et inexorabilis? Quomodo pote-
manus ad cælum tendere? Si voluerit tibi
us peccata condonare, tu id non permittis,
n adversus conservum iratum animum reti-
etc.*

Quomodo idem Chrysostomus in homi
loca Scripturæ sacræ dogmatica tractet, e
nat, quandoquidem in Opere meo, quo S
ram sacram, per omnes ejus libros interp
sum, illius secutus ductum, persæpe illius
pretationem protuli, supersedeo nunc ista
ratione, ne actum denuo agam. Etiam qui
rem præseferunt religionem, quam sibi L
et Calvino signiferis, formaverint, habent
de in eodem S. Chrysostomo, unde ad
possint, dogmata, quæ sibi assumpserunt
clesia Catholica dissona, aliter se habere,
ea sint, quæ in Ecclesia credebantur, e
bantur ætate Chrysostomi. Opus ne est, t
probem? De vera Christi, ejusque Corpor
sentia in Eucharistia: *Quoniam ille dixit*
est corpus meum, *obtemperemus, credan*
spiritualibus oculis ipsum respiciamus.
enim sensibile nobis Christus dedit, sec
etiam sensibilibus omnia sunt spiritualia.
cto si Christus in Eucharistia nihil nobis
le dedit, illumque in hac spiritualibus
oculis respicere debemus, non remanet pc
secrationem panis. Si enim is remaneret,
sensibile nobis Christus in Eucharistia d
neque hunc spiritualibus tantum oculis in ill
cere deberemus, sed oculis corporeis par
deremus, solummodo figurantem, atque
aliquam imaginem habentem Christi. Etia
ba, quæ proxime antecesserunt, nullam d
tionem relinquunt, Chrysostomum credidi
docuisse Christi veri corporis præsentiam
charistia: *Quid ergo? Sangvinemne bibim*
carnem manducamus? Ab Apostolis sic C
stomus ponit interrogatum esse Christum.
turbarentur, primus ipse hoc facit, ut i

ysteriorum participationem tranquillo animo
beundam induceret. Ideo suum ipse sangvinem
bit. Deo igitur ubique obsequamur, nec contra-
camus ei, etiamsi id, quod dicit, rationi, et
telligentiæ nostræ contrarium videatur, sed
ævaleat ejus sermo rationi, et intelligentiæ no-
ræ. Et ista subsequentia, aliterne possunt in-
lligi? *Non parvum imminet supplicium iis, qui*
digne communicant. Neque enim satis habuit
minem fieri, alapis cædi, immolari, sed sei-
um commiscet nobiscum, non fide tantum, sed
ipsa nos corpus suum constituit Homil. 82.
Matth. Et de transsubstantiatione: *Non sunt,*
quit, *humanæ virtutis hæc opera: Is, qui*
nc in illa cœna hæc confecit, et nunc etiam
eratur. Nos ministrorum habemus ordinem:
i vero illa sanctificat, et transmutat, ipse est.
ucharistiam esse etiam sacrificium idem docuit
rysostomus. Postquam enim dixisset, per sa-
ificia veteris testamenti non esse curata, et
olita peccata, sed hoc factum esse per Chri-
um, semel oblatum, sic ulterius deinde ivit:
uid vero? annon nos quotidie offerimus? Offe-
mus quidem, sed ejus mortem revocamus in me-
oriam, et ipsa una est, non multæ (hostiæ.)
umdem semper offerimus, non nunc aliam, cras
iam ovem, sed semper eamdem. Quoniam mul-
in locis offertur, multine sunt Christi? Ne-
aquam, sed unus ubique Christus: qui et hic
plenus, et illic plenus; unum corpus. Si tan-
m figura, tantum vacua imago Christi esset in
ucharistia, fuissetne locus quæstioni, dum plu-
bus in locis, celebratur Eucharistia, quomodo
hilominus unus sit Christus? Quis enim, nisi
mens, si videat ejusdem hominis in pluribus lo-
imagines, hinc eo veniet, ut quæstionem ali-
quam,

quam, et difficultatem moveat, quomodo idem homo uno, eodemque tempore pluribus in locis esse possit? aut Chrysostomusne quaestionem sibi, et difficultatem objecit, quae nulla esse poterat?

Idem Chrysostomus de peccatorum confessione in Poenitentiae Sacramento: *Qui vero, ait, crimen commisit, si voluerit, ut decet, uti conscientiae adjumento, et ad confessionem facinorum festinare, et ulcus ostendere medico, qui curet et non exprobret, atque ab illo remedia accipere, ac soli ei loqui, nullo alio conscio, et omnia dicere cum diligentia; facile emendabit peccata. Confessio enim peccatorum est abolitio delictorum.* Homil. 20. in Genes. De Primatu Petri: *Nullum*, inquit, *negationi par malum: sed tamen post tantum malum iterum eum ad priorem locum revehit, Ecclesiae praefecturam ipsi per universum orbem tradidit.* Homil. 5. de Poenitentia. Eumdem Petrum Homilia de decem millium talentorum debito vocat *chori Apostolici Principem, os discipulorum, columnam Ecclesiae, firmamentum fidei, confessionis fundamentum.* De veneratione Reliquiarum Sanctorum, *Nam si*, ait, *in Elisaeo id contigit, ut defunctus, sepul[illegible]orum ejus attingens, mortis vincula dissolverit, et ad vitam rursus redierit; multo magis hoc tempore, quo gratia uberior Spiritus, major est vis, ut si cum fide quis arcam attingat, magnam inde virtutem hauriat.* Arcam eam intelligit, quae Reliquias continet. Homil. de S. Ignatio Mart. et Homil. de S. Meletio de precibus quae ad Martyrum sepulchra, et quarum precum socios apud Deum ii, qui Martyribus supplicarent, et patronos nanciscerentur. *Oremus omnes si-*

ıl tam mulieres, quam viri, tam senes, quam ıes, tam servi, quam liberi, Sanctos ha- precum socios recipientes.

. Cyrillus Alexandrinus.

S. Cyrillus Theophili, qui S. Chrysostomum ːtabatur (Supra Part. II. §. 2.) ex sorore ne- fuit, a quo ad illud etiam conciliabulum, uo iniquissimam Chrysostomus damnationem ːrat, perductus fuit. Eidem Theophilo a. 412. tuo in Episcopatu successerat. Statim ut erat ıs Episcopus, omnes Ecclesias, quas Nova- Alexandriæ habebant, claudi jussit, vasa- sacra, et ornamenta earum auferri, Theo- pum quoque illorum Episcopum omnibus facultatibus spoliavit. Judæos etiam omnes andria expulit, plebi concessa facultate eos ædandi. Causa ea erat, quod Judæi adver- ːhristianos seditiose insurrexant, atque eorum es etiam occiderant. Socrates *lib.* 7. *cap.* 7. memorans, narrationi suæ hanc adnotatio- adjecit, hoc tempore Episcopos Alexandri- ordinis Sacerdotalis gradum supergressos, ndam principatum obtinuisse, et cuncta pro ːrio agere cœpisse. Mortuo Sisinnio Epi- ɔ Constantinopolitano, opera Theodosii Ju- ıs, Arcadii Imperat. filii Nestorius mona- , et Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ ad Epi- atum Constantinopolitanum evectus erat. Qui errores suos, quibus in Christo duas pone- personas, divinam, et humanam, ejusque em negabat, Deiparam esse, in suis Concio- s, habitis publice in Ecclesia, disseminare sset, atque hæ in Aegyptum perlatæ, atque ut

ut novitatis fert studium, a multis lectæ essent, præsertim a monachis, Cyrillus epistolam ad eosdem monachos miserat, docens quid orthodoxe credendum esset, ut obstaculum poneret erroribus, a Nestorio proseminatis. Hæc epistola etiam Constantinopolim pervenerat, multumque contulerat ad Constantinopolitanos in recta fide confirmandos. At vero eadem res Nestorium momorderat. Quid hinc ulterius secutum sit inter eundem Nestorium, et Cyrillum, atque actum in hac causa, quoniam ista, jam enarrata sunt supra Part. II. §. 7. non sunt hic denuo repetenda. Egerat autem in hac causa et ad tuendam orthodoxam fidem, adversus Nestorium, ejusque errores, quibus subvertebatur mysterium Incarnationis, utpote juxta quem Nestorium æternus Dei filius non fuisset factus homo, egerat, inquam, hac in causa Cyrillus principalem personam. Et Cælestinus Papa in epistola ad Clerum Constantinopolitanum eas laudes Cyrillo tribuit, quibus nihil ultra addi possit, quem virum appellabat Apostolicum, fidei, et Ecclesiæ strenuum defensorem, Doctorem Catholicum, et qui omnia Episcopi munia, quæ Apostolus Paulus postulat, perfectissime impleverit. Episcopatum gessit annis uno, et triginta, anno a Natali Christi 444 mortuus.

Opera S. Cyrilli sunt multa magno ingenio et subtili confecta tam ad ea, quæ docet, demonstranda, quam ad refellenda contraria, videlicet, libri 17. *de adoratione et cultu in Spiritu, et veritate*. Est opus hocce totum compositum in formam dialogorum, in quibus ipse Cyrillus, et quidam Palladius personæ sunt colloquentes. Dum umbram lex vetus habebat futurorum bonorum, in

his libris Cyrilli scopus fuit, arcanas significa-
ones, quæ legis veteris umbris tegebantur, ex-
icare, et evolvere: plerumque autem istos sen-
s, et significationes dirigit ad mores pietate
ıristiana instruendos. Qui nostra ætate prore-
erunt novæ literaturæ ut se vocant, interpretes
cripturæ sacra, despiciunt, et derident hancce
terpretationem Cyrilli, et sicubi similem vident
oud alios etiam Patres, et veteres Interpretes.
ım vero ejusmodi interpretationem fecerat etiam
postolus Paulus, cum sæpe in aliis, epistolis,
m maxime in ea, quam scripsit ad Hebræos.
lterum Cyrilli Opus est *Glaphyrorum* libris con-
ans tredecim. Τὸ γλαφυρὸν significat opus elegans,
maxime in arte sculpendi. In his narrationes
storicas, quas in superiore Opere exponere omi-
rat, eadem ratione qua illic usus est, tractat,
explicat cum applicatione ad mores. Idem scri-
sit *Commentarium in Isaiam, in Prophetas*
uodecim minores, et in Evangelium secundum
oannem. Jam in his literalem etiam sensum ex-
onit, ac nonnisi postea ad sensum etiam mysti-
ım, vel moralem explicandum transit. In Com-
ıentario vero in Joannem pugnat etiam ad-
ersus hæreticos, Evangelii verba, et testimonia
ı illos torquens.

Alius rursus Cyrilli liber est, qui *Thesau-*
us inscribitur, tractans de *Sancta, et Consub-*
tantiali Trinitate, in Titulos 35 divisus; qui di-
igitur adversus Arianam, et Eunomianam hære-
m. Idem argumentum tractat in alio suo Ope-
e Dialogorum septem. Cujus præterea Dialogus
t de *Incarnatione Unigeniti*, nec non Scholia
e eodem Incarnationis mysterio. Idem elucubra-
it libros 5. contra Nestorium, librum unum ad-
ver-

versus Anthropomorphitas, libros 10. contra Julianum Apostatam, illius cavillationes adversus Religionem retundens. Idem habet Homilias Paschales 30, et alias 14. diversi argumenti: Tractatum quoque de recta Fide ad Theodosium Imp. ea de causa scriptum, ut ei caveret adversus Nestorii fallacias, et errores, adhuc demum Epistolas unam, et sexaginta. Harum una est ad Cælestinum Papam, qua causam Nestorii ad eum detulit, duæ ad Reginas, Pulcheriam, Arcadiam, et Mariam Theodosii Imp. sorores, quibus eas instruit æque, et munit adversus ejusdem Nestorii errores, qui etiam Tractatus solent appellari, quod longiores sint: denique epistola ad Nestorium, quam ad eum misit post celebratam Alexandriæ synodum, monens ipsum de erroribus, adnexis duodecim anathematismis, quibus eosdem errores execrabatur.

Selecta quædam testimonia etiam ex S. Cyrillo daturus sum. De Virgine Beatissima, de qua quæstio, utrum Deipara dicenda esset, tunc agitabatur, et disputabatur, *Miror*, inquit, *majorem in modum, esse aliquos, qui utrum Sacra Virgo Deipara appellanda sit, plane addubitent. Etenim si Dominus noster Jesus Christus Deus est, quo tandem modo Sacra Virgo, quæ illum edidit, Deipara non dicatur? Hanc fidem divini Discipuli nobis tradiderunt. Ad hunc modum a Sanctis Patribus instituti sumus. Enim vero percelebris memoriæ Pater noster Athanasius Sacram Virginem passim Deiparam nominat.* Epist. ad Monachos Aegypti Itaque hanc homilia, quam habuit Ephesi (Concilior. Tom. III. pag. 586) ipse quoque sic celebraverat: *Salve Deipara Maria, venerandus totius orbis thesaurus, lampas inex-*

xtinguibilis, corona virginitatis, sceptrum ctæ doctrinæ, templum indissolubile ejus, qui o capi non potest, Mater, et Virgo! Salve, æ Sanctum, immensum, Incomprehensumque sancto virgineo utero comprehendisti! per am Sancta Trinitas adoratur, et glorificatur, r quam pretiosa Crux celebratur, et in univer- orbe adoratur, per quam cælum exultat! etc.

De processione Spiritus sancti a Patre, et lio multa jam Patrum testimonia prolata sunt, rumque Græcorum, ut mirandum sit, quomo- nihilominus Græci, communione sejuncta a omana Ecclesia, possint sibi persvadere, hanc ocessionem Spiritus sancti a Patre, et Filio Græ- s Patres non credidisse, nec docuisse. Nam oad Latinos Patres hoc ipsi ultra dant, et con- entur. Aequum ne vero etiam est, Latinorum trum despicere auctoritatem, quando nos, qui tum observamus Latinum, Græcos Patres eadem neratione prosequimur, qua Latinos? Eamdem ro processionem luculentissime docuit, et pro- ssus est etiam S. Cyrillus Alexandrinus. Hæc nt illius verba: *Esto Spiritus in propria perso- subsistat, eatenusque in seipso consideretur, atenus Spiritus est, et non Filius; non est men ab eo alienus, quandoquidem Spiritus Ve- tatis adpellatur. Christus autem Veritas est, d et perinde quoque ab illo, atque a Deo Pa- procedit.* Epist. ad Nestorium. Et rursus The- uri pag. 345. *Cum procedit vero Spiritus san- us a Patre, et Filio, manifestum est ex divina entia ipsum esse.* Idem Cyrillus de signo, et ltu Crucis, *Nihil prius*, inquit, *aut antiquius apud Christianos, quam ut frontes, ac do- s signo pretiosæ Crucis informent. Omnium be-*

beneficiorum Dei memoriam salutare lignum excitat, ac in eam cogitationem eos inducit, Unum, ut sapientissimus Paulus ait, pro omnibus mortuum esse. Apud eumdem Cyrillum *lib.* 6. *cont. Julian.* legitur etiam ab hoc esse Christianis objectum, quod Crucis lignum adorarent, ejusque signum in fronte formarent, et vestibulis ædium insculperent, et non potius Ancile ab Jove coelo demissum, et ad Numam missum colerent, et adorarent. Dum Lutheri, et Calvini sectatores, se se reformantes, cultum sacrarum Reliquiarum, atque Imaginum, velut superstitionem idololatricam studio, ut præseferebant, purioris Religionis, apud se eliminassent, destiterunt se ipsos etiam Cruce signare, quod, ut jam sæpius vidimus, usitatissimum erat Christi fidelibus, facere in primæva Ecclesia, atque ipse etiam Apostolus Paulus dicat, *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi.* Gal. 6. v. 14. *Sanctos porro Martyres, neque deos esse dicimus,* ait idem Cyrillus loc. eod. contra Julianum, *neque divino cultu adorare solemus, sed affectu, et honoris: quin summis etiam honoribus illos ornamus, quod pro veritate strenue certaverint, sinceritatemque Fidei eo usque servaverint, ut animam ipsam contempserint.*

S. Augustinus Hipponensis Episcopus.

S. Augustinus Tagaste in Numidia, quæ regio Africæ est, et nunc ad regnum Algeriæ pertinet, natus est a. 354. patre Patricio ethnico, matre Monica Christiana, quæ etiam maritum jam in senecta illius ætate, ad Religionem perduxit.

t. Aurelii prænomen ei fuit. Mater femina san-
issima infantem inter Catechumenos mox refe-
ndum curaverat, dilato nihilominus Baptismo
hoc a multis eo tempore fiebat. Primis litera-
m elementis domi instructus, Madaurum vici-
m oppidum, ac deinde Carthaginem ad Gram-
aticam, et Rhetoricam discendam missus est.
ed ad Græcam addiscendam lingvam minus pro-
us erat, quamvis etiam verberibus urgeretur,
uemadmodum ipse tam hoc, quam omnem vi-
e suæ rationem in libris Confessionum aperuit,
am in finem, ut Deo laudem, et gratiarum actio-
em persolveret, qui eum ex vitiis, quibus erat
retitus, sua gratia, et benignitate eduxerit. Nam
dolescens annos natus sedecim dum in feriis, et
termissione scholarum domi otio torperet, in
oluptatis laqueos incidit, et cum femina consve-
dinem habuit usque ad annum ætatis primum,
tricesimum, quo errores exuit, statuitque de-
ceps, pie secundum normam Christianæ Reli-
onis vitam instituere, biennio autem post ba-
izatus est: ex qua femina, et vago concubitu
ium etiam Adeodatum susceperat. Studiorum
rriculum emensus mox ipse, in patria primum
rammaticam, deinde Carthagine Rhetoricam
cuit, simulque causas in foro defensitabat: ubi
sum Manichæi ad suam sectam pertraxerunt, in
ta annos novem hæsit. Hoc matrem Monicam,
llicitam de filii æterna salute, summopere con-
ernaverat: cumque nihil monitis, nihil lacry-
is ipsa apud Augustinum profecisset, quemdam
piscopum adiit luctu, atque lacrymis confecta,
oravit, ut in filio ab errore revocando curam,
que operam poneret, neque destitit ad eum
nire, atque iteratis precibus ab eo petere: tan-
em Episcopus importunitate affectus: *Vade*, in-
quit,

quit, *a me: ita vivas. Fieri enim non potest, ut filius istarum lacrymarum pereat.*

Pertæsus scholam Carthaginensem ob discipulorum incompositos mores, Romam se contulit, quantumvis dehortante matre, ibique eamdem Rhetoricam docere cœpit. Expertus autem discipulorum perfidiam, qui solerent professorem relinquere, ad aliumque transire, antequam solvissent professori mercedem, relicta Roma Mediolanum se contulit, Cathedramque obtinuit ejusdem docendæ Rhetoricæ. Huc mater ipsum etiam secuta est, urgebatque filium, ut ad conciones Episcopi Ambrosii iret: quod non invitus fecerat, sed magis, ut ejus eloquentiam qualis esset experiretur, quam discendæ ab eo veritatis gratia. Etiam ipsum ad eumdem Ambrosium identidem duxerat, et ad privata ejus colloquia. Hac ratione sensim ventum est, ut Augustinus oculos ad lucem veritatis attolleret. Itaque cœpit libros Scripturæ sacræ avide legere; dumque jam animo etiam cœpisset fluctuare, quid agere deberet, adiverat etiam Simplicianum Presbyterum Mediolanensem, quo ipse S. Ambrosius, quia factus repente e laico Episcopus, doctore in Sacris literis usus erat, et qui Ambrosio etiam postea in Episcopatu successerat, atque huic sua dubia, atque anxietates animi aperiebat. Quodam die ad Augustinum, Alypium unum e discipulis habentem apud se, venerat Pontitianus civis Afer invisendi causa. Hic cum reperisset Augustinum, Scripturarum lectioni esse deditum, mentionem fecerat de S. Antonio monachorum in Aegypto Patre, cujus adhuc nullam famam Augustinus perceperat, et de Monachorum instituto. Itaque magno ejus amore incensus est, et exclamans ad

Aly-

ypium, *Quid patimur?* inquit, *Quid est hoc? id audisti? Surgunt indocti, et cælum rapiunt, nos cum doctrinis nostris ecce, ubi volutamur carne, et sangvine? An quia præcesserunt, det sequi? et non pudet nec saltem sequi?* Surit deinde seque proripuit ad vicinum hortum, que cum Alypio, qui eum secutus erat, conit. *Ubi vero a fundo arcano*, sunt iterum ius Augustini verba, *alta consideratio conxit, et congessit totam miseriam meam in conctu cordis mei, oborta est procella ingens, fes ingentem imbrem lacrymarum. Et ut totum nderem cum vocibus suis, surrexi ab Alypio. itudo enim mihi ad negotium flendi aptior sugebatur. Et secessi remotius, quam ut posset hi onerosa esse etiam ejus præsentia. Mansit o ille, ubi sedebamus, nimie stupens. Ego sub dam fici arbore stravi me, nescio quomodo, et isi habenas lacrymis, et proruperunt flumina lorum meorum, acceptabile sacrificium tuum.* Deum sunt versa hæc ejus verba, sicut et subuentia: *Et non quidem his verbis, sed in hac tentia multa dixi tibi: Et tu Domine usque ? Usque quo Domine irasceris in finem? Ne mor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum. tiebam enim me eis teneri. Jactabam enim vo- miserabiles. Quamdiu, quamdiu,* cras, cras? *are non modo, quare non hac hora finis turudinis meæ? Dicebam hæc, et flebam amarisa contritione cordis mei. Et ecce audio von de vicina domo cum cantu dicentis et crebro etentis quasi pueri, an puellæ, nescio: Tolle, e: tolle, lege. Statimque mutato vultu intenimus cogitare cœpi, utrumne solerent pueri aliquo genere ludendi cantare tale aliquid: occurebat omnino audivisse me uspiam. De-*

pe-

positoque impetu lacrymarum surrexi, nihil aliud interpretans, nisi divinitus mihi juberi, ut aperirem codicem, et legerem, quod primum capitulum invenissem. - - - Itaque concitus redii ad eum locum, ubi sedebat Alypius. Ibi enim posueram codicem Apostoli, cum inde surrexeram. Arripui, aperui, et legi in silentio capitulum, quo primum conjecti sunt oculi mei: Non in comessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudicitiis, non in contentione, et æmulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis vestris. (Rom. 13. v. 14.) *Nec ultra legere potui, nec opus erat. Statim quippe cum fine hujus sententiæ, quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnes dubitationis meæ tenebræ diffugerunt.* Statuit ab hoc tempore Augustinus non tantum Catholicus fieri, sed etiam rebus omnibus mundanis abdicatis soli Deo vivere, ipsa etiam Cathedra dimissa professoria Rhetoricæ. Deinde ad Alypium primum regressus, et cum hoc ad matrem pergens cum exposuisset quid, et quomodo actum sit, exultabat hæc, et triumphabat, et benedicebat Deo.

Solutus munere docendi ad villam Cassiciacum dictam, sibi a Verecundo cive, et Grammatico Mediolanensi oblatam cum matre, filio Adeodato, aliisque familiaribus concessit, cumque tempus venisset, quo qui Baptismum petebant, sua nomina offerrent, dicti Competentes, hoc Augustinus quoque præstitit et a. 387. in vigilia Paschatis a S. Ambrosio cum filio Adeodato, et Alypio baptizatus est. Cum matre ceterisque suis in Africam constituit reverti. Pervenerant usque Ostiam. Ubi in hospitio ad fenestram conclavis consi-

ntes, dum Augustinus cum matre colloquitur
uturæ vitæ beatitate, *Fili mi*, inquit, *quan-*
ad me attinet, nulla jam re delector in hac
. Quid hic faciam adhuc, et cur hic sim,
io, jam consumpta spe hujus seculi. Unum
, propter quod in hac vita aliquantum immo-
cupiebam, ut te Christianum Catholicum vi-
m, priusquam morerer. Cumulatius hoc mi-
Deus præstitit, ut etiam te, contempta felici-
terrena, servum ejus videam. Fixum enim
Augustino more Ascetarum soli Deo vivere.
nto post hunc sermonem die Monica in febrim
dit, et mortua est, paulo ante, et extremum
ocuta Augustino, et alteri filio Navigio: *Po-*
s hic matrem vestram. Ponite hoc corpus
umque. Nihil vos ejus cura conturbet. Tan-
illud vos rogo, ut ad altare Domini memi-
tis mei. Confession. lib. 8. et 9.

In Africam reversus Augustinus prædium
rnum vendidit, ejusque pretium pauperi-
distribuit, aliqua solummodo illius parte re-
a, unde posset vivere. Hic triennium ege-
jejuniis, aliisque piis operibus deditus, nec
lectioni, atque scriptioni in contubernio
rumdam, qui se ei associaverant in hæc asce-
vivendi ratione. Erat Augustino fixum,
em suam vitam hic traducere. Quidam in
tio Hipponem cum venisset bonus Christianus,
ustinum desiderabat, fama ejus audita, vide-
declarans, sibi etiam esse in animo rebus
danis nuncium remittere, si ex ore Augusti-
erbum veritatis posset audire. Propter hunc
ae Augustinus venit Hipponem. Valerius Epi-
us Hipponensis indigebat Presbytero, istius-
ordinandi propositum suum declaraverat in

Ecclesia coram Fidelibus congregatis. Venerat in Ecclesiam etiam Augustinus, nihil ejusmodi, quod deinde evenerat, suspicatus. Populus vero uno consensu rapuit Augustinum, et Episcopo obtulit ordinandum. Ministerium periculosissimum existimans, vimque lacrymarum profundens, deprecabatur munus. Tamen deinde cessit, et Presbyter ordinatus est a. 391. Nec tamen asceticae vitæ genus dimisit, sed Hippone monasterium construxit tam virorum sibi, atque sociis, quam feminarum: cui alteri Augustini soror praeerat. Annos fere quinque Presbyterium gesserat. Cavebat, ne ad locum accederet, cujus Episcopatus vacaret; timens ne Episcopus eligeretur; attamen acciderat, ut ægre impediri potuerit, ne etiam Hippone invitus ad Episcopatum abriperetur. Hoc ne fieret, volensque Hipponensi Ecclesiæ prospicere, Valerius secretis literis apud Aurelium Carthaginensem Episcopum egit, et obtinuit, et Augustinus Episcopus ordinaretur, neque tantum ut postea sibi succederet, sed ut ipso viventis adhuc collega, et Coepiscopus fieret. Itaque a Megalio Calamensi Episcopo, Numidiæ Primate, consecratus Episcopus est. Quo facto habitationem suam ad domum Episcopi transtulit, ne si in monasterio mansisset, istius quies, et solitudo turbaretur per eos, qui ad Episcopum in suis negotiis venirent. Attamen etiam in domo Episcopali Clericos ad Ecclesiæ ministerium, ipsos etiam Presbyteros, et Diaconos instituit ex monachis, atque cum his in uno contubernio vixit.

Augustinum fuisse acerrimum hæreticorum oppugnatorem, orthodoxæ autem Fidei summum defensorem, notius est, quam ut dici a me debeat.

. Quæ egerit adversum Manichæos, Donati-
, Pelagianos, Semipelagianos, aliosque hære-
; exposita sunt *Part. I.* §. 49. 54. *Part. II.* §.
. Anno 428. Gensericus Vandalorum Rex in-
rat Africam, omnique crudelitate depopula-
ɜst, ferro, atque igne omnia vastans. Consul-
ɜrat ab Episcopo Quodvultdeo, an Episcopis
ɹm esset, fugam populo permittere, atque
n seipsos subducere. Primum affirmavit, al-
m negavit. Non enim fas Episcopis esse mi-
ɜrii sui sacra vincula, quibus a Christo alliga-
nt suis Ecclesiis, rumpere. Itaque quamdiu
rum præsentia plebi esset necessaria, non
l iisdem relinqui, quam ut se totos Divinæ
ntati committerent, suamque spem in Dei ad-
rio collocarent. Dum jam etiam Hipponem
dali obsedissent, Augustinus Deum orabat, ut
atem ab hostibus liberaret; si vero aliter ei
retur, servis suis ad perferendam ejus volun-
n fortitudinem tribueret, aut certe se ex hoc
lo acciperet. Non irritas sui famuli preces
s sivit esse. Tertio obsidionis mense febri cor-
us, post paucos dies a. 430 ætatis 76. Epi-
ıatus 35. e vita decessit. In infirmitate Psalmos
pœnitentia descriptos, et appensos coram se
ɜbat, et legebat, et lacrymas ubertim pro-
lebat.

Opera S. Augustini sunt permulta, decem
nis tomis in folio comprehensa. Nonnullæ
iones etiam habent undecimum: sed qui vi-
S. Augustini cum tribus indicibus, et quibus-
aliis Opusculis aliorum circa argumenta, quæ
Augustinus tractavit, continet, ideoque nec
ɔrie ad Opera S. Augustini pertinet. Eundo
.ndum hos tomos in Operibus S. Augustini,

tomus primus continet libros Retractationum duos in quibus jam prope ad finem vitæ suæ limat ea, quæ observaverat non accurate a se scripta, præsertim in libris, quos primos elucubraverat, et libros Confessionum tredecim. In his describit vitam suam, et exponit qualis ante Baptismum fuerit, et post hunc, quo ipsum Dei gratia perduxerit, ut Deo gratiarum actionem persolvat: cumque laudaretur, et suspiceretur ab omnibus, quærebat pro modestia sua sui existimationem imminuere. Quamobrem hos libros Confessionum Dario Comiti mittens, scribebat: *Ibi me inspice, ne me laudes, ultra, quam sim: ibi non aliis de me crede, sed mihi. Ibi me attende, et vide, quid fuerim in meipso, et per meipsum: et siquid in me tibi placuerit, lauda ibi mecum, quem laudari volui de me. Cum autem ibi me inveneris, ora pro me, ne deficiam, sed perficiar.* Epist. 231. Eo autem magis sui admirationem excitavit apud omnes. Tomus Operum Augustini alter continet illius epistolas 270. Tertius Tractatus ad Sacram Scripturam pertinentes videlicet de Doctrina Christiana libri 4. de Genesi ad literam, de Consensu Evangelistarum, de Sermone Domini in monte, Tractatus in Joannem, et Expositiones aliorum vel librorum, vel locorum Scripturæ. Quartus continet Enarrationes in Psalmos. Tomus quintus Sermones ad populum. Sextus Opuscula varii argumenti partim dogmatica, partim moralia. Septimus libros de Civitate Dei duos, et viginti. Dum sub Honorio Imp. Roma, et Italia a Gothis vastata esset, ethnici, qui multi adhuc eo tempore supererant, horum malorum causam omnem in Religionem Christianam contulerunt, ut jam antea etiam dum Imperium Romanum in calamitatem aliquam in-

ci-

isset, idem fecerant; Augustinus ad hoc refudum composuit istos de Civitate Dei libros. suit in his duas classes hominum inde a prirdio mundi, bonorum, et malorum: illam ciatem Dei, hanc mundi appellavit. Tomus octa- continet libros contra Manichæos, Arianos, igenistas, Priscillianistas, et Judæos. Tomus nus libros contra Donatistas, Decimus advern Pelagianos. Multa vero etiam falso adscripta it S. Augustino; quæ per editores Operum Austini criticos ad appendices habentur rejecta.

Superest de S. Augustino, ut quædam etiam cerpta dem. Is de Evangelio: *Inter omnes*, ait, *inas auctoritates, quæ Sanctis literis contitur, Evangelium merito excellit. Quod enim r, et Prophetæ futurum prænunciaverunt, hoc ditum, atque completum in Evangelio demonatur.* Lib. 1. de Consens. Evangel. cap. 1. *In teri Testamento est occultatio Novi, in Novo tamento est manifestatio Veteris.* Lib. De canizandis rudibus cap. 4. *Titutabit Fides, si vinarum Scripturarum vacillabit auctoritas.* . 1. de Doct. Christian. cap. 37. *Neque non nes hæretici Scripturas Catholicas legunt; nec aliud sunt hæretici, nisi quod eas non recte elligentes, suas falsas opiniones contra earum itatem pervicaciter asserunt.* De Genesi ad ram lib. 7. cap. 9. *Multa ad Fidem Catholicam tinentia, dum hæreticorum callida inquietue exagitantur; ut adversus eos defendi possint, onsiderantur diligentius, et intelliguntur cla-, et instantius prædicantur, et ab adversamota quæstio discendi existit occasio.* Lib. 16. Civ. Dei cap. 2.

De

De Traditione: *Quod universa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est; nonnisi auctoritate Apostolica traditum, rectissime creditur.* Lib. 4. de Baptismo cap. 24. *Proposuimus hic* (in re quam adversus Julianum Pelagianum tractabat,) *auctoritatis mole Sanctorum, qui Episcopi ante nos, non solum sermone, cum hic viverent, verum etiam scriptis, quæ posteritati relinquerent, fidem Catholicam strenue defenderunt, vestra argumenta confringere. Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Lib. 2. cont. Julian. cap. 9.

De Ecclesia: *Tenenda est*, inquit, *nobis Christiana Religio, et ejus Ecclesiæ communicatio, quæ Catholica est, et Catholica nominatur.* Lib. de Vera Relig. cap. 7. *Tenet me*, (in hac Ecclesia) *consensio populorum, atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Petri Apostoli usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum; tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit; ut cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Lib. cont. Epist. Fundamenti cap. 4. *Ecclesia Catholica corpus est Christi, cujus ille caput est Salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus.* Epist. 185. *Intra istam aream* (Ecclesiam) *boni, et mali esse possunt; extra eam boni esse non possunt.*

t. Lib. de unico Baptism. cap. 16. Et de Ro-
na Ecclesia loquens Epist. 43. *In qua semper,*
uit, Apostolicæ Cathedræ viguit principatus.
alem autem principatum intellexerit, docuit
s verbis: *Jam enim de hac causa* (Pelagii)
o concilia (Carthaginense, et Milevitanum, ha-
a in Africa) *missa sunt ad Sedem Apostoli-*
n: inde etiam rescripta venerunt. Causa fini-
est: utinam aliquando finiatur error. Serm.
2.

Faustus Manichæus Catholicæ Ecclesiæ, ob
ltum, quem Martyribus exhibebat, quemad-
dum etiam nunc, calumniam imposuerat, ab
idola esse mutata in Martyres, cui S. Augu-
nus sic respondit: *Populus Christianus memo-*
s Martyrum religiosa solennitate concelebrat
ad excitandam imitationem, et ut meritis
rum consocietur, atque orationibus adjuvetur:
tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo
artyrum sacrificemus, quamvis in Memoriis
artyrum constituamus altaria. Quis enim An-
titum in locis sanctorum corporum assistens
ari aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut
ule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur
o, qui Martyres coronavit, apud Memorias
um, quos coronavit, ut ex ipsorum locorum
nonitione major affectus exsurgat. Lib. 20.
t. Faust. cap. 21.

De Originali peccato in Enarrat. in Psalmum
: *Suscepit personam generis humani David,*
attendit omnium vincula, propaginem mortis
sideravit, originem iniquitatis advertit, et
: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.
mquid David de adulterio natus erat, de Jes-
se

se viro justo, et conjuge ipsius? Quid est, quod se dicit, in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? Etiam ipsum vinculum mortis cum ipsa iniquitate concretum est. Nemo nascitur, nisi trahens pœnam, trahens meritum poenæ. Dicit et in alio loco Propheta: Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans, cujus est unius diei vita super terram. Job. 14. v. 5. sed juxta versionem Vulgatæ veteris. Et alibi: *Homo natus ex muliere, brevis vitæ, et plenus iracundiæ.* Job. 14. v. 1. Pariter juxta eamdem Vers. Vulg. *Unde igitur ira Dei super innocentiam parvuli, nisi originalis sorte, et sorde peccati?* Istud: *Plenus iracundiæ* in ea, quæ nobis nunc est Latina vulgata versio, sic est: *Repletur multis miseriis.* In Hebræo est: רֹגֶז cujus vocabuli etymologica significatio est *Commotio:* per hypallagen autem, figuram Syntaxeos, cum verba per adversum intelliguntur, significat etiam iram: quo pacto idem Hebraicum etiam Psal. 4. v. 5. in Vulgata versione latine redditum habemus. Peccatum originale confitentur etiam Confessiones, Augustana, et Helvetica, non tamen ex his Confessionibus ii, qui Nova literatura, ut eam vocant, ad interpretandam Scripturam sacram initiati sunt. Plures hi, et diversos modos excogitarunt ad illud S. Pauli: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Rom. 5. v. 13. solummodo de morte corporis intelligendum, quæ ab Adamo transierit in omnes homines, non vero etiam de peccato, quod trahatur ab Adamo, et cui vinculum, etiam mortis, hoc est, debitum moriendi congenitum sit,

et

quod peccatum jam etiam infantes, filii iræ
Eph. 2. *v.* 3. E reliquis autem modis ille
mis arridet, quo in fructu, quem Adamus
rsus prohibitionem Divinam comedit, ponunt,
e naturale venenum ejusmodi, ut non tantum
m, et Eva ex hoc mortem traxerint, verum et-
hanc, velut hæreditarium morbum, in omnes
posteros transmiserint, at vero citra pec-
m, cujus se solos protoparentes nostri reos
rint, non eodem inquinare etiam posteros
potuerint. His namque promptum est, Scri-
æ verbis dare sensum, quem volunt suo ar-
o, et qui idcirco etiam per peccatum, quod
stolus docet intrasse in mundum, nonnisi pœ-
peccati, quæque mors sit, descendens ab
mo, volunt intelligendam esse. In hanc lite-
ram, quæ auctores habet Protestantes in Ger-
ia, et de qua adhuc postea plura dicentur,
es concesserunt etiam ex nobis, novitatis stu-
ductis, atque laudem eruditionis in novitate
entibus. Dum autem hi adversum illud, quod
esia habet definitum, cujus est judicare de
Scripturarum sanctarum sensu, nollent vi-
aperte effrænes esse, quæ Ecclesiæ auctoritas
um sentiendi impedimentum affert Protestan-
s, verum autem peccatum docet esse, quod
sfluat ab Adamo in ejus posteros, utpote quod
iram promeritum sit, et condemnationem,
catum verbo confitentur, attamen re negant.
unt enim peccatum in propensione ad illud,
d Dei voluntati contrarium est, hoc est, in
cupiscentia, et ob quam concupiscentiam,
m Deus tantum adhuc futuram in infantibus
at, istis etiam irascatur, et dignos damna-
e habeat. Quod autem tantum prævisum est
fante, necdumque perfecit, si moriatur, an-

e-

tequam ad usum rationis pervenisset, neque etiam peccatum adhuc est, nec excludendus esset ex regno cælorum, nec meruisset damnari, nec in remissionem peccatorum posset dici baptizari, quemadmodum definitum est a Concilio Trident. Sess. 5. *can.* 2. utpote, qui peccati expers esset. Quod Pelagius asserebat simpliciter, Gratiam secundum merita dari; hi assertionem istam tuentes affirmant, gratiam tribui a Deo secundum prævisa merita, denegari vero propter prævisa peccata. Illud contra Semipelagianos docuit S. Augustinus falsum esse, siquidem, qui placens Deo factus est dilectus (Sapientiæ cap. 4. v. 10.) raptus dicitur ne malitia mutaret intellectum ejus (Lib. de Prædestinat. Sanctor. cap. 14.) Aestimet unusquisque, quid intersit inter Semipelagianorum, et hanc Neotericorum sententiam. Deinde, qui dicunt, Deum infantem odisse solummodo ob prævisum ejus peccatum, negant præsens aliquod ejus peccatum: igitur etiam negant jam affectum peccato; adeoque nec credunt Originale peccatum. Et hæc estne doctrina Catholica, vel potius illa quæ damnata in Pelagio est? *Alia sunt*, ait S. Augustinus lib. 1. advers. Julian. cap. 3. *in quibus inter se etiam doctissimi, atque optimi regulæ Catholicæ defensores, salva fidei compage, non consonant, et alius alio de una re melius aliquid dicit, et verius. Hoc autem, unde nunc agimus* (de peccato Originali) *ad ipsa Fidei pertinet fundamenta.* Dicit S. Paulus 2. Cor. 5. v. 14. *Quoniam si unus pro omnibus mortuus est* (Christus) *ergo omnes mortui sunt.* Hoc autem verum non esset, si infantes peccati Originalis immunes essent, qui ante rationis usum nullum aliud peccatum committere potuerunt, ac proinde peccato mortui non essent, neque Christus, qui pro mortuis

est mortuus, pro his mortuus fuisset. Quo :o neque maneret, Christum esse Salvatorem ıium hominum. 1. *Timoth.* 4. *v.* 10. De illa licatione peccati originalis per venenatum fru-n, egi in Institutionibus meis Hermenevticis er. test. Tomulo 3. pag. 48. et Novi test. Tom. ıag. 83.

S. Prosper Aquitanus.

S. Prosper in Aquitania, unde etiam Aqui-ıs dictus, natus est ineunte seculo quinto. : librorum et doctrinæ S. Augustini studiosis-ıs, et defensor acerrimus. Ex mala intelli-tia librorum S. Augustini de Gratia, quos scri- contra Pelagianos, omnium primo in mona-io Adrumetino in Africa motus factus est ad-ıus S. Augustinum, quod hujus monasterii mo-his videretur sic locutus esse de Gratia, ut ne-:t liberum hominis arbitrium. Quamobrem S. ;ustinus *Propter eos,* inquit lib. 2. Retract. . 66. *qui cum defenditur Dei gratia, putantes ari liberum arbitrium, sic ipsi defendunt li-ım arbitrium, ut negent Dei gratiam, as-ıntes, eam secundum merita nostra dari, scri- librum, cui titulus est, de Gratia, et libe-arbitrio. Ad eos autem scripsi monachos A-ımetinos, in quorum monasterio de hac re cœ-at esse contentio.* Nec tamen isto Augustini 'o sedata est, contentio. Nam cum asseruisset ıtiæ necessitatem, utpote qui nihil sine Chri- possimus facere, *Joan.* 15. *v.* 5. dumque Deus , qui operatur in nobis et velle, et perficere *lip.* 2. *v.* 13. iidem rursus hinc conclusionem :rant, neminem, omittentem bene agere,

cor-

correptionem mereri, quasi qui bonum omiserit facere, quia gratia ei data non sit, S. Augustinus ad istud quoque refutandum librum composuerat de Correptione, et Gratia. Quod factum ab Adrumentinis est, idem brevi fecerant et Massilienses monachi in Gallia. Contigit, ut Prosper Massiliam veniret, remque expertus, de ea per literas Augustinum certiorem fecit. Ad compescendos monachos, meliusque instruendos, etiam a Prospero rogatus, Augustinus libros denuo confecit alterum de Perseverantia, alterum de Prædestinatione Sanctorum, non multo ante obitum suum.

Non cesserunt Monachi istis etiam libris imo eo magis insurrexerunt in Augustinum, ejusque doctrinam carpebant velut a recta Ecclesiæ docrina dissonam. Interea mortuus erat Augustinus. Prosper una cum Hilario familiari suo, et studiorum socio ivit Romam, atque rem ad Cælestinum I. Papam detulit. Qui literas ad Episcopos Galliæ misit, eosque culpavit, quod siverint famam S. Augustini lacerari, et hanc monachis permisissent licentiam tacendo. *Augustinum*, ait, *sanctæ recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor adspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote, qui ubique cunctis et amori fuerit, et honori. Unde et resistendum talibus, quos male crescere videmus. Ergo corripiantur hujusmodi, non sit liberum his pro voluntate habere sermonem. - - - Timeo, ne connivere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur, qui permit-*

ittunt illis taliter loqui. In talibus causis non ret suspicione taciturnitas, quia occurreret ritas, si falsitas displiceret. Merito causa nos spicit, si silentio foveamus errorem. Huic epilæ adnexa erant decem Capitula, quibus derabatur, quid orthodoxe in iis tenendum, ate sequendum esset, de quibus Massilienses mochi disputationes excitaverant. Hi vero, tametprædicassent, velle se totos figere in eo, quod ostolica Sedes de eorum controversiis statuis-, tamen postea adversus hæc Capitula effugia æsiverunt, et doctrinam S. Augustini impetenon destiterunt, atque libros contra se ab ilscriptos impugnare, dicendo a Cælestino Papa ros Augistini non esse indicatos suo nomine, tantummodo generaliter laudatos, ac proinnon omnia in his approbata. Homines, qui ciem haberent pietatis, et quorum nec ingedespicienda viderentur, aliorum etiam corda iturbarunt, atque plures etiam alios in suam tentiam pertraxerunt. Joannes Cassianus Presbye monachis Massiliensibus errores, qui deinde nipelagianorum dicti sunt, et qui ipsorum etiam ssiliensium erant, in libro suo cui nomen *Colionum Patrum* indiderat Collatione 13. (Collatio ·us 24. totus liber constat) vulgavit. Prosper aun librum sub hoc titulo: *Contra Collatorem* Casno opposuit, ipsiusque, et ceterorum monachon Massiliensium errores refutavit.

Dum sub Valentiniano III. Imp. Aetius, et binus duces exercitus inter se dissensissent, tusque esset, ne civile hinc bellum exoriretur, o, qui tunc Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus t, in Galliam missus est, ad duces hos inter se conciliandos, quod etiam feliciter perfecit. Romam

mam autem revertens cum jam absens, Sixto III.
mortuo, electus in ejus locum Pontifex esset,
cum ex Gallia etiam Prosperum duxit Rom
procul dubio, ut ejus officiis uteretur in nego
Ecclesiæ. Ab hoc deinde idem Prosper in Cam
niam erat missus ad tuendam orthodoxam fid
adversus Julianum Episcopum Ecclanensem,
unus omnium maxime patrocinabatur hæresi Pe-
lagianæ. Præter librum adversus Collatorem
hæc insuper ejus Opera. *Carmen de Ingrat*
Contra Semipelagianos istud direxit, istos
designavit hoc Ingratorum nomine, qui gra
quam a Deo acceperant, ut in Christum cre
rent, et salvi per eum fierent, non Deo,
que gratuito dono in acceptis referrent, ve
sibi suæque bonæ voluntati adscriberent, q
concipiendo erga Deum, hanc sibi demeru
ad tribuendam gratiam. Summam totius doct
næ S. Augustini contra Pelagianos Prosper com
plexus est hoc Carmine. *Responsiones ad Cap*
tula Gallorum. Adversum eos Gallos Prosper
Responsiones concinnaverat, qui nec S. Cal
stini literis, de quibus jam dictum est, nec C
mine de Ingratis ipsius Prosperi compositi p
gebant doctrinam S. Augustini denigrare, et
cessere conviciis, eos, quos dictitabant Aug
ni contra fidem orthodoxam errores capitulis q
decim complexi. Nec dubium est ullum, quin
Galli iidem fuerint, qui Massilienses. Ad istor
hæc quindecim Capitula postquam Prosper re
spondit, declarando, quomodo ea, quæ ipsi
Augustino carperent, sint recte, et orthod
ab eo asserta, totidem et ipse Capitula suæ
sponsioni adjunxit, in his eorumdem Gallor
exponens contrarios doctrinæ S. Augustini err
res, et cuique Capitulo semper affigens,

qui

i hoc diceret, quod in Capitulo est, non esse Calicum *Responsiones ad Capitula objectionum ncencianarum.* Sitne harum objectionum aur Vicentius Lirinensis, a quo elucubratus est er sub nomine Commonitorii adversus hæreti-, quamvis multi putent, tamen certum non Tricaletius de hoc ita in Biblioth. Patrum Tom. pag. 17. scribit: *Vincentium Lirinensem aurem esse objectionum, quibus respondet S. osper nonnulli arbitrantur, non alia validiore moti ratione, quam nominis similitudine, et od proximus esset Cassiano, aliisque Massiliibus Presbyteris, qui per ea tempora doctrinam gustini criminabantur, ceu violentam nimis, ex consectariis, quæ inde deducebant, pernitam.* Sedecim propositionibus constabant hæ obtiones, maxime obmotæ contra Prædestinationem Sanctorum, et reprobationem damnatorum.

Camillus, et Theodorus Presbyteri Genuen: non animo, et voluntate repugnandi S. Autino, sed edocendi causa in sententiis S. Autini, in quibus difficultatem sentiebant, Proro quædam proposuerant. Rem.is, quam peant, libenter præstitit. Idem Prosper librum m edidit Sententiarum S. Augustini. Sunt numero 390., ex variis ejus libris collectæ. m habet Psalmorum expositionem S. Augustiin compendium redactam, in Obtrectatorem Augustini Epigrammata duo; Epitaphium Neianæ, et Pelagianæ hæresis, Epistolas duas, ram ad S. Augustinum, alteram ad Rufinum, m eumdem, cujus jam facta mentio est in graphia S. Augustini, et Chronicon a mundi rdio usque ad a. 455. a. Christi natali perdum. Eusebium in hoc est secutus: de suo autem ad-

adjecit, quod in suo habet Chronico ultra Eu-
bii chronicon. Est nonnulla etiam quæstio, Pro-
sper quem gradum tenuerit Ordinis Ecclesiasti-
nec desunt, qui putent tantum fuisse laicum, i-
que ex eo, quod de Clericali ejus dignitate n-
mo veterum scriptorum mentionem aliquam f-
cerit, tantumque Honorius Presbyter Augusto-
dunensis circa a. 1130. scribens, ejus memini-
velut Episcopi. Norunt omnes argumentum e si-
lentio ductum, cujus sit soliditatis. Vix vide-
etiam ad negotia Ecclesiastica tractanda assum-
dus fuisse a Leone Papa, nisi jam fuisset in g-
du aliquo clericali constitutus, aut deinde i-
Leo ad hunc Prosperum provexisset. In Mar-
rologio autem Romano Episcopus fuisse prædic-
tur, cujus ibi ad diem 25. Junii hoc est præ-
nium: *Apud Rhegium S. Prosperi Aquita-
ejusdem urbis Episcopi, eruditione, ac piet-
insignis, qui adversus Pelagianos pro fide Ca-
tholica strenue decertavit.*

S. Leo I. Magnus.

Leo hujus nominis inter Romanos Pontifi-
primus, cognomine Magnus ob vere magna, q-
pari animi magnitudine nec tantum pro Eccle-
verum etiam pro Imperio Romano gessit. Ro-
natus est patre Quintino, quemadmodum ipse t-
statur Epistola 27. ad Pulcheriam Augustam, i-
mirum videri debeat quomodo tamen aliqui
Thuscia oriundum scribere potuerint. Sub Cœ-
lestino I. Papa, qui a. 423. ad Pontificatum e-
ctus erat, Leo munere fungebatur Archidiaco-
Sub Sisto III. in Galliam erat missus ad pacand-
inter se duces exercitus, Aetium, et Albinu-

præ-

epediendumque civilis belli incendium, qua in
ıtione, Sixto mortuo, absens summa totius
ri, et populi consensione in ejus locum ele-
s, Romanus Pontifex, et post suum redi-
ı a. 440. die 29. Septemb. consecratus est.

Habuit agendum multum contra hæreticos,
ïdem orthodoxam tueretur. Nestoriani, quam-
jam damnati in Ephesina I. œcumenica syno-
essent, tamen tumultuabantur adhuc, quorum
nunc quidem adhuc in Oriente exstinctæ re-
ıiæ sunt. Per Eutychetem dum vellet Nesto-
m refutare, et incidisset in contrarium Nesto-
errorem, atque in hoc fuisset pervicacissi-
s, gravior adhuc, quam per Nestorianos
ıflata procella est, quæ Ecclesiam exagitaret.
æ isto statu rerum acta sint a Leone, enarra-
sunt Part. II. harum Institutionum §. 8. et 9.
ipso Concilio Chalcedonensi, contra Eutychia-
celebrato, Episcopi Orientales conspiraverant
Primatum Romani Pontificis subvertendum,
ue illam Petram adgressi erant, supra quam
ristus suam ædificavit Ecclesiam; Manichæi in
a etiam urbe Roma se conabantur dissemina-
perindeque Pelagiani virus suum nitebantur
fundere per ipsam Italiam. Etiam Priscilliani-
in Hispania se se erigere nitebantur. Quibus
nibus Leo, fortitudine leonina, et invicte ob-
it. Etiam Attilium, qui terror erat omnium
pulorum, infestissime contendentem ad depopu-
dam etiam Romam, vastatis provinciis aliis,
objecit jam in ea vicinia, ubi Mincius influit
Padum, atque sua oratione ejus fregit furo-
n. Pariter Gensericum Regem Vandalorum,
ratum ad ferro, atque igne vastandam Romam,
xit eo, ut sola prædatione contentus a cædi-
bus,

bus, et incensione Urbis abstineret. Gessit Pon-
tificatum annis 21. mortuus est a. 461.

Opera Leonis constant ex Sermonibus 96, et Epistolis 141. quæ supersunt. Permulta enim desiderantur etiam alterius generis opuscula. Sermones tractant de mysteriis Christi, utpote in ejus solennitatibus habiti, nec non in festis Apostolorum Petri, et Pauli, S. Laurentii, et Machabæorum, in anniversario suæ Assumptionis ad Pontificatum, item de Jejunio, et eleemosyna, et quibusdam aliis. Epistolæ illius multam lucem præbent ad disciplinam Canonum Ecclesiæ noscendam. In ejus vero omnibus scriptis lucet quidam eloquentiæ nitor singularis, Leonique proprius. Inter ejus opera ponuntur etiam libri duo de Vocatione gentium, et epistola ad Demetriadem de humilitate Christiana. Quæ tamen potiore parte suffragiorum Leoni abjudicantur a Criticis, et vel Prospero Aquitano utraque, vel quod ad libros attinet de Vocatione gentium hi S. Ambrosio, aut Eucherio Lugdunensi, aut Hilario, socio Prosperi, vel aliis tribuuntur.

Reliquum est, ut quædam etiam excerpta ex Leone proponam. De Fide sic loquitur: *Fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab ullo quidquam, nec minui potest: quia nisi una est, fides non est, dicente Apostolo: Unus Dominus, una fides, unum Baptisma.* (Eph. 4. v. 5.) Serm. 24. *Hanc fidem hæreticis opponimus, quam instruente nos Spiritu Dei, per Sanctos Patres et Beatis Apostolis didicimus, et docemus.* Epist. 89. *Hæc fides diabolum vincit, et captivorum ejus vincula dissolvit. Hæc erutos mundo inserit cœlo, et portæ inferi adversus eam prævalere*

non possunt. Tanta enim divinitus soliditate nita est, ut eam neque hæretica unquam rumpere pravitas, nec pagana potuerit superare perfidia. Soliditas enim illius fidei, quæ Apostolorum Principe est laudata, perpetua. Et sicut permanet, quod in Christo Petrus didit; ita permanet, quod in Petro Christus tituit. Serm. 3. Idem Serm. 91. de Euchari-. *Tunc et sacrificii munda est oblatio, et ericordiæ sancta largitio, quando ii, qui dependunt, quod operentur, intelligunt: dicente Domino, Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sangvinem, habebitis vitam in vobis* (Joan. 6. v. 54.) *sic eræ mensæ communicare debetis, ut nihil rsus de veritate Corporis Christi, et Sangvi- ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide ditur: et frustra ab illis Amen respondetur, a ibus contra id, quod accipitur, disputatur.* mpe Sacerdos Eucharistiam distribuens, sole- illis temporibus dicere: *Corpus Christi*, eam ro accipiens respondebat: *Amen*, quod signi- at *Vere*, confitens verum esse Corpus Christi: quo etiam apud Auctorem libri de Sacramen- inter Opera S. Ambrosii sic est: *Dicit tibi cerdos: Corpus Christi, et tu dicis, Amen: hoc verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.*

De Primatu Rom. Pont. et regimine Ecclesiæ. *agnum*, inquit Serm. 3. de Assumptione sua, *mirabile huic vero* (Petro) *consortium potentiæ tribuit Divina dignatio: et si cum eo commune ceteris voluit esse Principibus, nunquam i peripsum dedit, quidquid aliis non negavit.* em Epist. 89. ad Episcopos Provinc. Viennens. *ujus muneris*, ait, munusque intelligitur Aposto-

 li-

licum, positum in prædicando Evangelio, et Ecclesia regenda, *sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaverit, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua, velut in corpus omne diffunderet, ut exortem se mysterii intelligeret esse Divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere.* Rursus in eodem Serm. 3. sic facit Christum loquentum ad Petrum. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inviolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, ego fundamentum, praeter quod nemo potest aliud ponere; tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.* Plura quoad hoc argumentum sunt a me ex eodem Leone, itemque aliis Patribus producta testimonia Dissert. II. §. 6. Dissert. VIII. §. 8. Dissert. XV. §. 8. et 9. in Selecta argumenta Hist. Eccl.

S. Petrus Chrysologus.

S. Petrus apud Forum Cornelii, quæ et Imola vocatur, natus in Aemilia, in limite territorii Bononiensis, adolescens pietatem et scientiam a Cornelio ejusdem Corneliensis civitatis Episcopo hausit, a quo etiam Diaconus creatus est. Ravennates, dum mortuo Archiepiscopo suo quendam a se electum ad Sixtum III. Pontificem misissent consecrationis causa, atque inter eos, qui missi erant, etiam Cornelius fuisset, Forum enim Cornelii sub Archiepiscopo Ravannate est, isque secum etiam Petrum habuisset, hunc Sixtus Ponti-

ex, non illum, quem præsentarunt Archiepi-
pum consecravit in somnis admonitus a S. Pe-
Apostolo, et Martyre Apollinari, a. 433. Ab
quentia, et oris facundia Chrysologi cognomen
eptus est. Quæ autem illius fuerit eruditio, et
ctrina, inde potest æstimari, quod Leo M. Pon-
ex ipsi negotium dederit scribendi adversus
tychetis errorem, atque ad ipsum etiam Chal-
donense Concilium, quod œcumenicum contra
ndem Eutychetem erat congregatum, sed et
tyches sibi in auctoritate Chrysologi quæsierit
trocinium, et per literas ad eum confugerit:
od si nactus fuisset, talis viri, tam eruditi
ntentiam opponere voluisset adversus judicium
ntra se aliorum omnium, ipsamque Leonis Pon-
icis epistolam, quæ contra ipsius assertiones
at jam scripta, et ad Flavianum Episcopum Con-
ntinopolitanum missa.

Sed non is erat Chrysologus, quem circum-
nire posset, et qui ejus patrocinaretur errori.
escripsit Eutycheti cum admiratione, quod ad-
rsus Christi generationem, tot seculis creditam
surrexisset disputatione temeraria ventilandam.
c lapsum esse Origenem, sic Nestorium. Ac
inde: *In omnibus autem hortamur*, inquit, *te,
his, quæ a Beatissimo Papa Romanæ civi-
tis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam
atus Petrus, qui in propria Sede vivit, et
æsidet, præstat quærentibus Fidei veritatem.
s enim pro studio pacis, et Fidei extra con-
sum Romanæ civitatis Episcopi causas Fidei
dire non possumus.* Inter Epistolas Leonis po-
t est post Leonis epistolam 23. Anno circiter 450.
iit. Præter ea quæ jam memorata sunt, in
usa Eutychetis ab eo scripta supersunt illius
Ho-

S. Caesarius Episcopus Arel

S. Cæsarius natione Gallus in provin
nensi a. 469. natus, ingens decus suo æv
solum Gallicanæ, verum etiam univers
Vix adolescentiam egressus, perfectior
siderio, invitis etiam parentibus confug
nense monasterium, quod erat in eac
Inibi cæpit esse in vigiliis promptu
servatione sollicitus, in obauditione f
labore devotus, in humilitate præci
ut quem instituendum susceperant, in
regularis initiis perfectum se inveni
rent monachi. In ejus Vita sic scriptun
stat hæc libris duobus, quorum prim
cit S. Cyprianus Tolonensis, alterum
et Viventius, qui Cæsarii familiares er
a Cypriano, ut descriptioni suæ adjic
sibi ignota omisissent, ipsis vero nota
infirmitatem monasterium relinquere c
relatem venit, quem Eonius Episcopus
sis suscepit magno affectu, utpote sang
sibi conjunctum, eumque Diaconum p
inde Presbyterum ordinavit, moritu

steria, alterum virorum, alterum feminarum, i S. Cæsaria soror ipsius præfuit.

Obsederant Arelatem Burgundiones, et Fran- Clericus cognatus Cæsarii, timens, si capta bs esset, sui comprehensionem, et abductionem captivitatem, noctu per funem se demisit ex ıro, et transfugit ad hostes. Arelatum Theorico suberat Gothorum Regi, Italiam habenti sua ditione. Quamobrem a Gothis, qui erant elati, quod ipsius consilio crediderint, Clerim illum transfugisse, ut urbem proderet hobus, positus est ad custodiam: dimissus autem t, cum detecta fuisset ipsius innocentia. Deto autem proditionis accusatus, Ravennam ad ıeodoricum ductus est. Quo cum venisset, *Adiit llatium*, sunt verba libri de ejus Vita, *Regem heodoricum, Christo duce, salutaturus adgretur. Ut vero Rex Dei hominem intrepidum, nerandumque conspexit, ad salutandum reventer adsurgit, et deposito ornatu de capite clementer resalutavit, primum interrogans de labo- ipsius, atque itinere, dehinc de Gothis suis, de Arelatensibus affectuose requirens. Egresso itur viro sancto a conspectu Regis, suos allotitur Rex dicens: Non parcat illis Deus, qui ejus innocentiæ virum, atque sanctitatis frura fecerunt itinere tam longo vexari. Qualis t ille, hinc probatur, quia ingresso eo ad satandum me, totus contremui. Video Angelicum ıltum, video Apostolicum virum. Post hæc repto in diversorio, mittit Theodoricus muneris co pransuro argenteum discum, cujus pensa ad xaginta libras circiter jungebatur solidis terntis, rogante pariter, et dicente: Accipe sane Episcope, rogat filius vester Rex, ut vasculum*

lum istud muneris loco dignanter Beatitudo vestra percipiat, et in usum pro memoria sui habeat. Ille vero, qui in usum mensæ suæ argentum numquam habuit præter cochlearia, die tertia per ministros suos apprehensum discum fecit publice venumdari, ejusque pretio captivorum cœpit plurimos liberare. Quod ubi factum hujusmodi comperit Theodoricus, tanta laude, et admiratione prætulit, ut observantes ejus palatio, senatores, ac Proceres certatim omnes oblationis suæ mercedem per beati viri dexteram cuperent dispensari.

Ravenna Romam diverterat, quo jam illius fama præcurrerat. A Symmacho Papa honorifice non tantum susceptus, sed privilegiis etiam exornatus, ejusque curæ tota Gallia commendata est. Postquam domum rediit, plures Synodi ejus opera celebratæ in Gallia sunt, quarum omnium præcipua Arausicana II. est, adversus Semipelagianorum errores a. 529. habita, cui, quemadmodum Hincmarus perhibet *lib. de Prædestinat. cap.* 12. tanquam Sedis Apostolicæ legatus, præsederat. Obiit a. 542. ætatis 73. maximo sui desiderio apud omnes relicto.

Opera S. Cæsarii potissimam partem constant ex homiliis. Diu edi solebant cum Operibus S. Augustini, cujus librorum, et doctrinæ studiosissimus erat. Quo factum est, ut multa ex S. Augustino habeat: quod fecit, sed parcius etiam ex S. Hieronymo, et aliis anterioribus Patribus etiam Græcis. Erat enim non minus Græcæ, quam Latinæ lingvæ peritus. Seorsim hæ editæ habentur Venetiis a. 1731. aliisque in locis numero duæ, et centum. Sunt tamen quædam admixtæ non ipsi-

ıs Cæsarii propriæ. Nam in homilia 42. cita- S. Gregorius M. et S. Isidorus Hispalensis, ætatis posterioris sunt. Tam doctrinam Fidei tat, quam morum in his homiliis. Ex ejus monibus de Litaniis Rogationum elucet, has arii ævo obtinuisse in tota Ecclesia Latina. m hi dies tres observabantur veluti spiritua- hoc est iis vacando operibus, quibus mens, nimi fidelium diligentius excolerentur ad se- dam Christianam pietatem: iisdem diebus n observabatur jejunium. Præter homilias et S. Cæsarius Regulam pro Monialibus, qui- præerat S. Cæsaria ejus soror, et cujus mo- erii conditor ipse erat, quod cum exstructum set, numerosissimæ virgines, et matronæ a l confluxerunt. Etiam pro monachis regulam posuit, et servandam iis dedit. Sunt ejus n aliquot epistolæ, et Testamentum. In hoc nasterium, a se ædificatum, transcribit ad n in Archiepiscopatu Arelatensi successorem, estes suas sacras legat partim huic, partim Clericis, atque his etiam vestes suas ceteras, de rebus aliis suis disposuit, quas habebat. rum quoque de Gratia, et libero arbitrio elu- raverat Cæsarius adversus Faustum, primo nachum Lirinensem, deinde Episcopum Regi- em Semipelagianismi errore tinctum. Qui ve- liber intercidit. S. Cæsarii homil. 7. de Pa- te insignis locus est, de Eucharistia, quem præterınittere. *Qui corpus assumptum,* ait, *turus erat ex oculis nostris, et sideribus il- rus, necessarium erat, ut nobis in hac die ramentum Corporis, et sangvinis sui conse- ret, ut coleretur jugiter per mysterium, quod el offerebatur in pretium. Recedat omne infi- atis ambiguum: quandoquidem, qui auctor*

est

est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam Corporis, et Sangvinis sui, verbi sui secreta potestate convertit, ita dicens: Accipite, et comedite: Hoc est corpus meum, et sanctificatione repetita: Accipite, et bibite: Hic est sangvis meus. Ergo ex nutu præcipientis Domini repente ex nihilo substiterunt excelsa cælorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritualibus Sacramentis verbi præcipit virtus, et rei servit effectus. Quid autem mirum est, si ea, quæ verbo potuit creare, possit verbo creata convertere?

S. Fulgentius Episcopus Ruspensis.

S. Fulgentius, natione Afer, patre Claudio Senatoriæ dignitatis, matre Mariana a. 467. natus est. Adolescens Latinis, et Græcis literis egregie excultus, mundana fastidiens monasticam vitæ genus amplexus est. Genserico Vandalorum Rege dominatum exercente in Africa et insectante Catholicos, ex alio in aliud monasterium migrare coactus est. Quadam vice, dum iter faceret, a Felice Presbytero Ariano captus, flagellis et fustibus dirissime caesus est. Anno 507. ad Vintorum Episcopatum quæsitus fuga, et in latebras se abdendo dignitatem evitavit. Mox autem cum ex latebris prodiisset, tentus, et ad Episcopatum Ruspensem suscipiendum adactus est. Inter Episcopos ducentos, et viginti, qui a Trasamundo Vandalorum Rege ex Africa in Sardiniam relegati erant, ipse quoque fuit. Quomodo eo tempore, et qua dexteritate rem Catholicam tuitus sit contra Vandalos Arianos, et Trasamundum

dum supra Institutionum harum Part. II. pag. 142. enarratum est. Admirationi fuit ipsi Trasamundo Fulgentii ingenium, atque eruditio: atque inter Catholicos doctores exsplenduit maxime, Augustinus sui seculi appellatus, cujus etiam libris volvendis erat deditus summopere. Post mortem Trasamundi, cum Hildericus, qui ei successerat in regno, ab insectandis Catholicis illico destitisset, Fulgentius una cum omnibus exilio mulctatis, revocatus est, et ad suum Episcopatum rediit, eumdemque usque ad mortem pacate tenuit, vita functus a. 533. ætatis suæ 65. S. Isidorus Hispalensis lib. de Scriptorib. Ecclesiast. hoc illum præconio ornavit: *In confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiose eruditus, in loquendo dulcis, in docendo, ac disserendo subtilis.*

Opera illius diriguntur præcipue adversus Arianos, cujus videlicet sectæ erant Vandali, contra quos ei dimicandum fuit, et contra Pelagianos, quæ secta non multo ante enata, infecerat Africam. Sunt autem ista, quæ elucubravit opera: *Ad Monimum libri tres*, unus de duplici prædestinatione, altera bonorum ad gloriam, altera malorum ad pœnam, duo de Sacrificii oblatione et Spiritus S. missione, tres de expositione verborum: *Et Verbum erat apud Deum.* Liber unus adversus Arianos. Hi scriptum emiserant, decem objectiones continens adversum Catholicos. Itaque ad has refellendas Fulgentius suum opposuerat librum. *Ad Trasamundum Regem libri Fulgentii sunt tres.* Primus de mysterio mediatoris Christi, duas naturas in una persona retinentis, alter de immensitate divinitatis Filii Dei, tertius de Sacramento Dominicæ passionis. *Ad Donatum* li-

liber de fide Orthodoxa. *Ad Petrum Diaconum* liber de Fide. In quibusdam editionibus S. Augustino tribuitur, haud recte: Ad eumdem Petrum de Incarnatione, et Gratia D. N. J. C. *Ad Felicem Notarium* liber de Trinitate. *Ad Victorem* liber contra sermonem Ariani fastidiosi. *De veritate prædestinationis, et gratiæ Dei* libri tres. Ejusdem Fulgentii sunt præterea plures homiliæ, et sermones diversi argumenti, nec non et epistolæ.

Speciminis gratia, et ut cerni possit, quomodo Fulgentius Scripturam tractet, atque argumentationes ex ea instituat, et quanta vis sit ejus argumentationum, unum, alterumve locum ex ejus libro ad Donatum de Fide Ortodoxa exhibiturus sum. De mysterio SS. Trinitatis sic loquitur: *Tres personæ sunt Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, ideo Trinitas dicitur: sed una substantia est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; ideo ipsa Trinitas unus Deus veraciter a fidelibus prædicatur. Tres itaque personas esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, ostendunt ipsius eloquia Veritatis. Unde Salvator noster ait: Non sum solus, sed ego, et qui misit me Pater.* Joan. 8. v. 16. *De Spiritu sancto quoque dicit: Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis Spiritum veritatis.* Joan. 16. v. 16. *Præcepit etiam baptizari gentes in nomine Patris, et Filii, et Spriritus sancti.* Matth. 28. v. 19.

De Christo: *Unus Christus est, qui in principio erat verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, qui etiam Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Hinc Sabel-*

lianus vincitur, quia in eo, quod Verbum erat ad Deum, ostenditur alia Patris, alia Filii e persona. Hinc etiam Arianus superatur: a in eo, quod Deus erat verbum, ostenditur t esse Patris, Filiique natura. Ad ostenden-n quippe proprietatem personæ valet, quod us Filius Verbum dicatur: ad ostendendam o unius naturæ communionem pertinet, quod ut Pater dicitur Deus, sic etiam Filius Deus ncupetur. Hinc etiam Manichæus simul con-ditur, et Photinus in eo, quod dicitur: Et rbum caro factum est. In nomine quippe Ver-divinitas vera cognoscitur, et in nomine car-vera humanitas invenitur, ut Christus Fili-Dei et verus Deus, et verus homo in utrius-e nominis naturali veritate cognoscatur, ac sic Manichæus in eo falsam prædicare audeat nem, nec Photinus ei naturalem valeat adi-re Deitatem.

Dei Filius cum in forma Dei esset, non pinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, ia in illa forma Dei Filius æqualis est Pa-: quod si minor esset, in eadem Dei forma n esset. Sed in forma Dei Filium esse Apo-lica testatur auctoritas. Ideo ergo æqua-n Deo esse, non illi rapina fuerat, sed na-ra: quia in forma veri Dei nonnisi verus e potuit Deus, et Divinæ formæ unitas ipsa Deitatis unius naturalis æqualitas. Ubi ergo rmæ unitas in natura erat, æqualitas rapina n erat. Naturalis autem Divinitatis æquali-s, quæ in forma Dei erat, auferri vero Deo n poterat. Inde est, quod retinens veritatem ivinitatis, et veritatem accipiens carnis, unus, emque Dei, et hominis filius et Patre factus est mi-

minor, et Patri permansit æqualis. Ideo utrumque veraciter. ipsa Veritas dixit: Pater major me est. Ioann. 14. v. 28. et, *Ego et Pater unum sumus.* Joan. 10. v. 30. Libri jam citati ad Donatum Cap. 7. 18. 19.

S. Gregorius Magnus.

S. Gregorius, cognomine Magnus, patre Gordiano, et matre Silvia natus est circa a. 540. Ambo tales erant, ut Gordianus abdicata Senatoria dignitate statum clericalem amplexus sit, Silvia in secretum locum juxta portam Basilicæ S. Pauli se abdiderit Deo soli servitura post obitum Sanctorum fastis inscripta. Gregorius et ipse cito non tantum Senatoria, verum etiam præfecti Urbis dignitate auctus, inter has ipsas curas sex monasteria in Sicilia, et septimum Romæ in propriis ædibus, exstruxit, simul atque ei licuit, se se expediens negotiorum civilium administratione, in eodem monasterio Romano vitam arctiorem, et monasticam, colere cœpit, facultatibus, quas hæreditaverat amplissimas, insumptis non tantum ad exstruenda, verum etiam dotanda eadem monasteria. In hoc autem vitæ genere tanta perfectionis gratia cœpit conversari, sunt verba Pauli Diaconi in S. Gregorii vita, ut jam tunc in ipsis initiis perfectorum numero posset deputari. Ex crebris autem jejuniis, et immoderata ciborum abstinentia in morbum incidit, quem medici Syncopen appellant: quo qui affecti sunt, ob stomachi debilitatem frequentes viscerum dolores, et deliquia patiuntur. Qui morbus Gregorium, quoad vixit, afflixerat.

A

. Pelagio II. Pontifice Gregorius e monaste-
ocatus, et Diaconus ordinatus, Constan-
lim missus est, ubi in aula Tiberii Impe-
; apocrisiarium ejusdem Pelagii egit. Post
ium reversus, Pelagio mortuo, unanimi
m consensione electus est Summus Ponti-
Gothorum Reges, dum tenuissent Italiam,
iverunt, ne absque eorum consensione con-
entur Romani Pontifices. Idem continua-
aliquamdin ab Imperatoribus, postquam re-
assent Italiam. Gregorius miserat literas ad
tium, qui Tiberio successerat in Imperio,
ıusque precibus obtestabatur, ne electioni
ıtiret, sua sponte autem favebat Mauritius
orio, quem Constantinopoli cœperat nosce-
t qui etiam Imperatoris filium ex Baptismo
ɔerat. At vero Germanus Præfectus Urbis
teris Gregorii literas prævenerat, qui simul
tellexit Gregorium, et tanta cum consensio-
m Cleri, quam populi esse electum, gratu-
dus, et sine mora consensum suum electioni
it. Quod ut cognovit Gregorius, de fuga cogi-
Ne autem fugere posset, seque subducere,
diæ ad Urbis portas erant appositæ. Quas elu-
negotiatoribus in vase occultatus, et exporta-
Silvarum deinde *saltus expetiit*, sunt verba
Diaconi, *cavernarum latibula requisivit. In
ıs, dum ab omnibus summa sollicitudine quæ-
ur, indicio columnæ fulgidæ super se, jugi-
cœlo dependentis, agnoscitur, capitur, tra-
, et apud B. Petri Apostolorum Principis
lum summus Pontifex consecratur.* In Pon-
tu ad suum contubernium, et convictum e
, et monachis viros sibi adjunxit vitæ probi-
et doctrina præstantissimos nihil monasticæ
ectionis omittens, et omnia, quæ muneris
Pon-

Pontificalis sunt, sollicite peragens. Ecclesiæ quoque omnia bona Clericis, in Subdiaconatus gradu constitutis, administranda dedit. Cum enim sine liberis essent, futurum sperabat, ut pauperes in filios adoptarent, ac susciperent, liberalissimus ipse quoque in pauperes, et peregrinos. Habebat pauperum, et indigentium omnium juxta eorum ætatem, et conditionem descripta nomina non solum eorum, qui in Urbe, verum etiam alibi habitabant: quibus initio singulorum mensium frumentum, vinum, legumina, aliaque necessaria vitæ subsidia, distribuenda curaverat. Erant etiam constituti, qui singulis diebus in Urbe eorum curam gererent, qui propter valetudinem, vel aliam causam quotidianis adjumentis indigebant. Cibos pauperibus e sua etiam mensa submittebat: nec illorum etiam ipsum, præteribat cura, qui suam paupertatem confiteri erubescebant: quotidie duodecim peregrinos ad suam mensam habebat. Diebus autem solennibus, præcipue in Paschate, viris etiam primariis in Urbe munera mittebat, eorum dignitati convenientia, eum in finem, ut dum istos sibi devinxisset, tam hos, quam ceteros omnes haberet sibi obsequentiores. Gelasii I. Codicem de Missarum solenniis aliter ordinans quædam ex hoc subtraxit, nonnulla adjecit, aut mutavit. Stationes Romæ per basilicas ordinavit, quæ etiam hodie observantur: Cantum quoque Ecclesiasticum expolivit, et ejusdem cantus gratia scholam instituit: item in ceteris, ut in ministrorum numero, dum Sacrum solenne fieret, et luminibus, quæ accenderentur, sacri ministerii decorem sollicite promovit. Plura, quæ Gregorius egit, et gessit pro Religione, atque Ecclesia, memorata

jam

sunt Supra Part. II. §. 21, 22. 23. atque ex quædam etiam defensa contra dicaces, et Ro-nis Pontificibus minus æquos criticos. Vixit ue ad a. 604. in Pontificatu annis 14.

Opera Gregorii M. sunt: *Libri* 35. *in Jobum* *Moralium.* Constantinopolim missus munere injuncto Apocrisiarii secum assumpserat etiam uos ex monachis. Ad horum petitionem con-t hunc Commentarium in Jobum. Sensum in enucleat primo literalem, deinde moralem, ue hunc quidem inprimis, demum mysticum, etiam typicus solet vocari. Cum sibi scopum us suæ commentationis eum posuerit, ut se-am, atque lectores, exemplo Jobi ad pietatis dium excitaret, atque hoc si jam esset ma-incenderet, in isto proinde ei etiam præcipue elaborandum. Qui nostra ætate novi Scri-uræ sacræ interpretes emerserunt, contemnunt rum interpretationem, et carpunt quasi ne-cto literali sensu alios tantum suo ingenio sectati essent. Qualis Novatorum interpretatio ipturæ sit, adhuc postea luculentius expone-. Literalem vero sensum neque Gregorius cen-t unquam prætermittendum, cujus hæc verba it Homil. 2. in Evangelia: *Sed miracula Do-ni, et Salvatoris nostri sic accipienda sunt, et in veritate credantur facta, et tamen per nificationem nobis aliquid innuant* S. Petrus truens mulieres, ut subjectæ viris suis sint, ut, inquit, *Sara obediebat Abrahæ, domi-m eum vocans* 1. Petr. 3. v. 6. carpendusne am erit, quod ex eo, quod *Genes.* 18. *v.* 12. , Abrahamum a Sara esse vocatum dominum m, morale formaverit præceptum ad docen-m, uxores debere subjectas esse maritis suis?

Quæ ex Protestantibus nostra ætate exorti lumina interpretationis statuunt, sensum Sc ræ sacræ, non adhibendum esse ad ea, qu: denda, sed solum modo ad ea, quæ agend et in qua actione ponendum sit totum, qu bet Christiana Religio. Cum ceteri Prote omnia in sola fide constituant, isti rece non dubitant profiteri, se nullam habere Manent tamen inter se religione conjuncti.

Alterum Gregorii opus est *Regula Pa lis*. Multi Episcopi gratulati erant Grego dignitate Romani Pontificis. Joannes aute vennas etiam amice ei exposuerat, quod Pa lis curæ pondera delitescendo fugere voluis ergo ostenderet quam arduum hoc munus confecit hunc Regulæ Pastoralis librum. Ne est sufficienter dici, quomodo liber iste ex ab omnibus sit, nec tantum in Occidente, etiam in Oriente. S. Leander Episcopus c lum ab amico sibi missum accepisset, os ipsum est, et per totam Hispaniam ev Mauritius Imperator eumdem ab Anastasi scopo Antiocheno in lingvam Græcam vert curavit. In Concilio Moguntino a. 813. post gelium, Actus, et Epistolas Apostolorum hic liber propositus est, quem Episcopi deberent in suo munere Pastorali. Par Rhemensi Synodo a. 813. *lectæ sunt sen Pastoralis B. Gregorii in praesentia or ut Pastores Ecclesiæ intelligerent, quomo viverent, et qualiter sibi subjectos debere monere.* Aeque in Concilio Turonensi, habito, canon iste constitutus est: *Episco nones, et librum Pastoralem S. Gregorii i re non debent.* Quin ex Hincmaro Rheme

igitur, fuisse in more, ut Episcopo conse-
ndo, coram altari constituto cum libro Sacro-
Canonum Pastoralis etiam S. Gregorii in
ius traderetur. Numquam magis, quam nunc
muneris Pastoralis excolitur, utpote, ejus
fessore per omnes Theologicas scholas consti-
: magnamque istius artis commendationem
videntur suscepisse, eo quod proclament ex
Gregorio artem artium esse regimen anima-
: de quorum vero multis dubitandum sit, an
viderint Pastoralem S. Gregorii, aut alterius
ris, qui de scientia pascendi, et regendi scri-
runt, attamen putent hanc artem se apprime
e, quamvis tantum ex eorum aliquo, quem
holicus nec pro ove agnoscere potest, minus-
pro pastore, utpote ex iis, qui ovile Chri-
disperserunt, sibi Pastoralem suam consarci-
erint. In partes quatuor est divisus liber. In
na de vocatione ad Episcopatum agit, et qui-
dotibus instructus esse debeat, qui Episco-
munus suscipit, omniumque primo cavet, ne
eriti ad istud adscendant. Nam *ab imperitis*
, ait, *temeritate ministerium Pastorale su-
itur, quando ars est artium regimen anima-
? Ex se namque, et non ex arbitrio Sum-
Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus,
uaquam divinitus vocati, sed sua cupidine
ensi culmen regiminis rapiunt potius, quam
equuntur.* In parte altera docet, qualem vo-
s ad munus Pastorale debeat se exhibere; in
tia qualiter Præsul se gerere debeat in docen-
, et monendo sibi subjectos; demum in quar-
qualiter Præsul omnibus muneris sui parti-
expletis se ipsum in humilitate fundare de-
t, ne per superbiam intumescat. Artis Pasto-
s præcepta, quæ dat, semper idoneis testi-

 mo-

moniis Scripturæ roborat, et confirmat. in libris Moralium, et in homiliis suis agit de officio Pastorali. Nec obstat, quo ctus hic Doctor tantum de officio Episco præcipere videatur. Ejusdem enim prorsus ris sunt officia omnium, qui curam animaru runt, quamvis cum dispare jurisdictionis state.

Præter ista, quæ jam recensita sunt, Gregorius, Homiliarum in Ezechielem libros totidem æque homiliarum libros in Evangel bri in Ezechielem constant homiliis 22, l Evangelia homiliis 40. Habet quoque Exp nem in librum 1. Regum, expositionem (Canticorum, expositionem septem Psalm qui Pœnitentiales vocari solent, Concordiam rumdam locorum Sacræ Scripturæ per inte tiones, et responsiones. Hæc tamen non sunt ab ipso Gregorio literis mandata, sed solummodo ab hoc fuissent pronunciata, e edita, quæ Claudius, ejus discipulus, post bas factus Classensis, auditione a se except ris deinde tradiderit, neque semper accura ipsius S. Gregorii Epistola 24. ad Joannem diaconum data istud cognoscitur, cujus ib ba ista sunt: *Charissimus quondam filius Claudius aliqua me loquente de Proverbii Canticis Canticorum, de Prophetis, de quoque Regum, et de Heptateucho* (liber i gitur septem Psalmorum Pœnitentialium) *qu scripto tradere præ infirmitate non potui ea suo sensu dictavit, ne oblivione depe ut apto tempore hæc eadem mihi inferr emendatius dictarentur. Quæ cum mihi le inveni dictorum meorum sensum valde in*

se permutatum. Nec tamen hanc emendatio-
dictationem Gregorius, infirma valetudine
semper impeditus, aliisque gravissimis nego-
obrutus perfecerat.

Sunt ejusdem S. Gregorii libri etiam qua-
r Dialogorum. In his Sanctorum vitas, gesta,
miracula narrat, a Petro Diacono discipulo
rogatus ad eorum utilitatem, qui ad amorem
riæ cælestis plus exemplis, quam prædicatio-
us accenduntur. Idem erat petitum a pluri-
aliis monachis. In epistola ad Maximianum
acusanum ipse Gregorius declaravit, se ista
retulisse, quemadmodum vel per seipsum il-
dedicerit, et compererit, vel bonis, ac fideli-
viris attestantibus agnoverit. *Litem* vero *his*
logis, sunt verba Cavei Hist. Liter. Sec. VI.
S. Gregorio M. *intentant Reformatorum haud*
ci strenue reclamantibus Romanæ Ecclesiæ
iptoribus. De his ego afferam, quæ sunt di-
a Tricaletio Biblioth. Manual. Tom. VII. *Dia-*
orum libros, ait, *genuinum esse S. Gregorii*
fœtum, ex sola ipsorum lectione luculenter
paret, et nullus ex antiquis scriptoribus un-
m de eorum veritate dubitavit, solum postre-
seculo (decimo octavo) *quidam intemperantio-*
Critices viri, levibus, futilibusque argumen-
, seu potius conjecturis, aut animo repudia-
nt, aut certe S. Gregorio abjudicarunt. Sed ex
is Dialogorum libris apparet primo, illorum
iptorem monachum fuisse (in Prologo Dialogor.
lib. 3. cap. 33.) *et quidem in Romano monaste-*
, quod ipse construxerat. Secundo, in præ-
o monasterio Abbatem, et Superiorem fuisse.
ialogor. lib. 4. c. 8.) *Tertio Aprocrisiarii pro-*
nciam Constantinopoli obiisse (Ibid. l. 3. c. 36.)

Ro-

Romanum Pontificem electum fuisse eum Pelagium Papam antecessorem suum appellet. (Ibid. l. 7. c. 51.) *Plures ad populum homilias in Evangelia Romæ sedentem, habuisse.* (Ibid. l. 4. c. 14. 15.) *Quæ omnia nullus est, qui statim non perspiciat, ita S. Gregorio convenire, ut nulli alteri valeant attribui.* Quamobrem ipse etiam Caveus, postquam argumenta in utramque adduxisset, subjecit: *Ejus ergo esse*, nempe Gregorii, *haud iverim inficias.* Attamen etiam addit: *Interim in hoc opere concinando nimiæ credulitati suæ indulsisse, et in fabulas, plus quam par erat, propensiorem fuisse, nemo, qui æquo animo, ac præjudiciis libero id legerit, facile negabit.* Jam demonstratum est, qua fide istos Dialogorum libros confecerit, de se ipsum Gregorium testatum esse, sed Reformatis, ut ipsi se vocant, is omnis credulus est, et in fabulas propensus, qui credit narrationi de miraculis, quæ in Ecclesia contigerint ævo Apostolis ulteriore. Dum Deus ad eorum preces, qui sancte in Ecclesia Catholica vixerunt, fecit miracula, vel ipsos his etiam post eorum obitum honestavit, ostendit istorum vitam, et religionem, quam eum coluerunt, sibi fuisse gratam, et acceptam; atque unde sequitur etiam Religionem, quam coluerunt, fuisse veram, et rectam, cui secus Deus non fuisset bene affectus. Ista ratione Catholica Religio per miracula, quæ in ea viguerunt, etiam post ætatem Apostolorum, dumque ii, qui se Reformatos dicunt, jam ponunt Ecclesiam nostram e sua puritate decidisse, probatse veram etiam hoc tempore perstitisse Religionem; rubore perfunduntur, qui in suæ sectæ patrocinium nullum sciunt proferre miraculum, factum in sua secta. Itaque nihil aliud sibi vident

nt superesse, quam ut ea, quæ in Ecclesia Ca-
olica fierent miracula, negent, esse vera mira-
la, non in alio suam fundantes negationem,
am in dicendo, miracula, in quibus glorietur
clesia Catholica, esse fraudes, mendacia, et
edulitatem. Numquam ex Scriptura ostendent,
ristum miracula in Ecclesia restrinxisse ad
am ætatem Apostolorum, iisque reclamant
nia monumenta historiæ de rebus gestis in Ec-
sia. Igitur miracula, quæ referuntur a fide
gnis testibus, cujusmodi testem fuisse etiam S.
egorium, quis nisi impudentissimus negare au-
bit? non sunt tribuenda fraudibus, non sunt
putanda mendacia; sed illud fictum nonnisi ad
idinem sentiendi est, quod dictitant contra
racula, qui nullam his fidem volunt esse haben-
m. Istud de his iisdem jam est observatum, et
tatum supra Prolegomenorum Cap. 1. §pho. 3.

Epistolas tam multas S. Gregorius scripsit,
hæ in libros quatuordecim sint distributæ, plu-
sque sint octingentis. Elucet ex his singularis
us modestia, pietas, charitas, prudentia in gu-
rnando, fortitudo in adversis, et constantia in
erendis iis, et vindicandis, quæ statuta sunt
Canones Ecclesiæ. Quædam ex his jam pro-
ta sunt in harum Institutionum supra designa-
§phis. S. Gregorii Operibus in omnibus editi-
ibus adnectitur S. Paterii Expositio Veteris,
novi testamenti. Fuit S. Gregorii discipulus,
Ecclesiæ Romanæ Notarius, cujus expositio cum
xerit ex institutione S. Gregorii, idcirco cum
jus etiam Operibus visum fuit eam conjungere.
cerpta, ad dogmata Fidei pertinentia, ex Gre-
rio, ceterisque, qui adhuc subsequentur, Pa-
ibus, et Doctoribus Ecclesiæ daturus non sum,
nisi

nisi fortasse aliquid singulare se se offerret. Nam quæ etiam huc usque dederam, eo potissimum spectabant, ut appareret nobisne in Ecclesia Catholica sint eadem Fidei dogmata, quæ erant primævæ Ecclesiæ, quod tempus primævum Ecclesiæ fere tantum huc usque se extendit, et num verum sit, in Catholica Ecclesia esse depravata, et corrupta instituta Religionis, eos autem, qui sibi ducibus, Luthero, et Calvino reformationem fecerunt, seque ab Ecclesia Catholica segregarunt, puriorem sibi formasse Religionem.

S. Isidorus Episcopus Hispalensis.

S. Isidorus Severiani Carthaginis in Hispania Præfecti filius duos Episcopos fratres habuit, Fulgentium Carthaginensem, et Leandrum Hispalensem, cui ipse in Archiepiscopatu a. 595. successit. Literis non tantum Latinis, sed etiam Græcis, et Hebraicis erat egregie excultus. Hæresim Arianam, quam Gothi, dominantes in Hispania, sequebantur, adhuc adolescens palam oppugnavit, maximumque adiit discrimen, ne ab hæreticis occideretur. Anno 619. Concilio Hispalensi II. præfuit, in quo ejus opera multa ad rem Ecclesiasticam pertinentia, eamque ordinandam summa prudentia, et consilio decreta sunt: in quo Episcopum etiam quemdam Syrum, Acephalorum hæresi addictum, erroris ita convicit, ut illum ejuraverit, et ad fidem Catholicam reversus sit. Anno 633. Toletanum IV. Concilium est habitum Episcoporum totius Hispaniæ ad rem Catholicam constituendam, postquam Reccaredus Rex cum tota Visigothorum gente ad Catholicam fidem reductus fuisset, et ad damna reparan-

ıda, quæ per hæreticos erant Ecclesiæ illata. es ei suprema fuit tertia Aprilis a. 636. In sy- do Toletana, quæ post ejus obitum anno deci- sexto habita est Episcoporum duorum, et inquaginta, isto præconio celebratus est. *No- i seculi Doctor egregius, Ecclesiæ Catholicæ issimum decus, præcedentibus ætate postremus, trinæ comparatione non infimus, et quod ma- est, in seculorum fine doctissimus, atque cum erentia nominandus.*

S. Isidori Opera præcipua hæc sunt: *Chro- on* ab initio mundi usque annum a Christi na- 626. *Historia* Gothorum, Vandalorum, et vorum. *Originum*, sive Etymologiarum libri In his origines vocum, et nominum explicat. *Scriptoribus Ecclesiasticis* liber post Hiero- num, et Gennadium scriptores tres, et vi- i complectens. *De Vita, et morte* Sanctorum usque Testamenti. *De divinis*, sive Ecclesia- is Officiis. *Commentaria* in libros Veteris Te- nenti. Ex his tamen Commentaria in 4. libros um Isidoro Cordubensi Episcopo, qui circa 20. floruit, censent plures, tribuenda esse. *ri de Nativitate*, Passione etc. Domini, de ratione Gentium, Contra nequitiam Judæorum. *tentiarum*, sive de Summo bono libri 3. In Isidorus vestigia pressit Gregorii M. in libris ralium. Ad mores formandos, et ad Christi- m pietatem diriguntur: agit vero etiam in his Pastorali munere, nec non instruit Orthodo- n ad dolos, et laqueos effugiendos hæretico- n. Sunt insignes in istis sententiæ. Specimi- gratia nonnullas proferam. *Ea, quæ seculi atoribus chara sunt, Sancti, velut adversa, giunt: plus adversitatibus mundi gaudent,*

quam

quam prosperitatibus delectantur. lib. 3. cap. 16. *Quid in hac vita laboriosius, quam terrenis desideriis æstuare? Aut quid hic securius, quam hujus seculi nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis, et sollicitudinibus conturbantur. Qui autem eum oderunt, nec sequuntur; internæ tranquillitatis quiete fruentes, futuræ pacis requiem, quam illic expectant, hic quodam modo jam inchoant.* Ibid. *Ad perfectum non sufficit, nisi, ut abnegatis omnibus suis etiam seipsum quisque abneget. Sed quid est seipsum abnegare, nisi voluntatibus propriis renunciare? Ut, qui superbus erat, sit humilis; qui iracundus, esse studeat mansuetus. Nam si ita quis renunciet, quæ possidet, omnibus, et suis non renunciet moribus, non est Christi discipulus. Qui enim renunciat omnibus rebus suis, sua abnegat: qui vero renunciat moribus pravis, semetipsum scilicet abnegat. Unde et Dominus: Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum.* (Matth. 16. v. 24.) Cap. 18. *Tam doctrina, quam vita clarere debet Ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem, vita sine doctrina inutilem reddit.* Cap. 36. *Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita, ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si bonum, quod quis sermone prædicat, explere opere negligat. Tunc enim utiliter prædicatio profertur, quando efficaciter adimpletur.* Ibid. *Scripturas hæretici sano sensu non sapiunt, sed eas ad errorem pravæ intelligentiæ ducunt, neque semetipsos earum sensibus subdunt, sed eas perverse ad errorem proprium pertrahunt.* Cap. 12. *Doctores errorum pravis persuasionibus ita per argumenta frau-*

lentiæ illigant auditores suos, ut eos, qua-
labyrinthum implicent, a quo exire vix
Ibid. *Tanta est hæreticorum calliditas,*
a veris, malaque bonis permisceant, sa-
usque rebus plerumque erroris sui virus
runt, quo facilius possint pravitatem per-
dogmatis sub specie persvadere veritatis.
Præter ista habet Isidorus librum de Con-
Vitiorum, et Virtutum, Regulam Monacho-
expositionem in Cantica Canticorum, in-
Epistolas, quarum una ad Ludifredum Epi-
n Cordubensem tractat de Sacerdotum in
a officio.

Venerabilis Beda.

eda, natione Britannus, natus est anno
amque septennis monachis educandus tra-
monasticum institutum semper postea re-
quoad vixit, ea vitæ integritate, et san-
ia, ut hinc per quamdam excellentiam Ve-
lis sit dictus et jam in vita, et eidem no-
oc manserit post mortem etiam postquam
am Sanctorum fuisset relatus, cujus memo-
Martyrologio, colitur die 27. Maji hoc
: *Depositio Venerabilis Bedæ Presbyteri,*
tate, et eruditione celeberrimi. Quidam
liunde derivant, quod tamen veri speciem
abet. Diaconus primum, ac deinde Pres-
etiam factus est. Scientiis non solum Theo-
, verum et philosophicis et mathematicis
itus, tamque Latinam quam Græcam lin-
callens ad scribendum se ipse etiam po-
brevique eam famam eruditionis consecutus
ut a. 701. a. Sergio Papa Romam per lite-
ras

ras evocatus sit in adjutorium ad negotia Ecclesiastica tractanda. Iveritne autem, vel rem et modestia sua deprecatus sit, in dubio est, dum non desunt, qui dicant extra monasterii sui septa numquam illum egressum esse. Quam famam testatur et illud, quod quasi in proverbium abiverit apud doctos illius temporis omnes, Hominem in extremo orbis angulo natum universum orbem ingenio suo perstrinxisse: intellige micante splendore. Septvagenarius decessit a. 735.

Ejus Opera sunt, Liber de rerum natura, liber de temporum ratione, liber de sex ætatibus mundi, liber de Temporibus ad intelligendam supputationem temporum Sacræ Scripturæ, liber de Paschate sive æquinoctio, Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum libri 5. Martyrologium quod tamen censetur interpolatum esse. Interpretatio nominum Hebraicorum, et Græcorum, in Sacra Scriptura occurrentium, liber in Hexameron, seu de creatione sex dierum, Explanatio in Pentateuchum, et libros Regum, nec non in Esdram, Tobiam, Job, Proverbia, et Cantica. Sed Explanatio in Jobum confusa nonnisi est cum Operibus Bedæ. Est enim partus Philippi Presbyteri discipuli S. Hieronymi. Id, quod non tantum ex Gennadio de Scriptoribus Ecclesiasticis Cap. 62. cognoscitur, verum ex ipso Beda, qui in libro de Ratione unciarum locum citat ex Expositione Philippi in Jobum. Habet insuper Beda Commentaria in quatuor Evangelia, et Acta Apostolorum. Commentaria in omnes Epistolas S. Pauli quæ edita habentur sub nomine Bedæ, non sunt ipsius Bedæ, sed Flori Monachi Trudoniani. Attamen et Beda interpretatus est easdem Epistolas Pauli, quod ex Indiculo etiam

iam ejusdem Bedæ, in quo sua Opera recenset, constat, de cujus interpretationis exemplari Ms. testimonium etiam dicit Mabillonius *Analector. tom.* 1. *pag.* 12 Sunt plura etiam alia Bedæ Opera necdum typis edita, atque præter ea, quæ memoravi, permulta etiam adhuc jam typis excusa diversi argumenti ex genere scientiarum non solum Theologico, verum etiam Philosophico, Astronomico, Arithmetico, pluriumque aliarum.

S. Joannes Damascenus.

S. Joannes ab urbe Damasco in Syria, ubi natus est, cognomen Damasceni traxit. Idem etiam *Chrysorrhoas* ab eloquentia est cognominatus et a Saracenis *Mansur*, quod in lingva Arabica significat eum, qui alios sublevaret ex miseria, videlicet a benignitate, quam exemplo patris sui exercebat in pauperes, et afflictos. Inter hos enim versabatur, et in ipsa aula Caliphæ, qui Damasci residebat, munere apud eum fungens primi Consiliarii. Jam ejus pater apud eumdem Calipham munus gesserat Quæstoris, eique charus erat. Sic autem serviebat Caliphæ, ut ea, quæ Christianæ Religionis, et pietatis sunt, non prætermitteret, et, *ut divitiis, quibus florebat plurimum*, sunt verba Joannis Patriarchæ Jerosolymitani, qui vitam scripsit S. Joannis Damasc. *non ad comessationes, perpotationesque, et vanas expensas abuteretur, sed quidquid in auro, aliisque bonis mobilibus facultatum haberet, id totum in Christianorum captivorum redemptionem impenderet.* Inter captivos redemerat quemdam in mari captum, Cosmam nomine, ex Italia oriundum, pro-

professione monachum, dignitate Sacerdotem, literis probe exultum, cui Joannem filium commisit educandum, et in literis instruendum. Joannem, cum ejus pater mortuus fuisset, Calipha, ad majorem etiam dignitatem, quam pater gesserit, evexit, suum illum ponens primum consiliarium. Hic deinde illud accidit, dum Leo Isaurus Orientis Imperator fureret adversus sacras imagines, earumque cultores, quod jam enarratum est supra Institutionum harum Part. II. pag. 296. Joannem conficta ipsius epistola, qua proditionem fecerit, esse Caliphæ denunciatum, a quo manus ei dextra amputata sit, quam vero per patrocinium Beatissimæ Virginis insigni miraculo sibi restitutam, et integram, atque sanam ad locum sui corporis, ubi antea fuit, repositam viderit.

Rem hanc cum retulisset Caveus Hist. Liter. Sec. VIII. in Joanne Damasceno, deinde subjecit: *Verum, ut rem dicam, tota ista, quanta quanta est, historia fabulam sapit putidissimam: nec alium auctorem habet, quam nugacissimum illum vitæ Damasceni scriptorem, Joannem, inquam, Jerosolymitanum.* In S. Gregorio M. ubi sermo fuit de ejus libris Dialogorum, jam declaratum est, ab iis, qui seculo decimo sexto novam sibi Religionis formam fecerant, repudiari miracula, quæ referuntur patrata in Ecclesia tempore post Apostorum aetatem ulteriore, ad delendum hunc, qui etiam unus ex miraculis est veræ Christi Ecclesiæ characterem; eo, quod hunc ipsi non habeant. Istud vero miraculum, a Deo patratum ad confirmandum cultum sacrarum Imaginum, eo minus placere ipsis potest, quo magis ægre hunc cultum ipsi ferunt, idola-

la-

iamque ex eo faciunt. Nemini ignotum est, am multa a Scriptoribus Ecclesiasticis, et ab is etiam Ecclesiæ Patribus referantur facta esse miracula. Dum autem sibi velut quoddam oma posuerunt, ultra id tempus, quo Apostoli vixerunt, non esse facta miracula, levissimo gotio omnes narrationes omnium, qui memoat miracula convertunt in fabulas, et ex narroribus faciunt fabulatores, nugatores, aut sala nimia credulitate deceptos. Nihil igitur pror-mirandum, si idem etiam faciant in hoc miulo, in Damasceno patrato, et Joannes Parcha Jerosolymitanus sit Caveo nugacissimus iptor. Nugari autem, et cavillari est hoc totum, a argumentari. Equidem Caveus dicit, fabulæ jus totius futilitatem, et ineptias a Spanhemio *st. Imag. Restit. Sect.* 2. *num.* 13. uberrime e demonstratas. Nihil vero aliud, quam onus obandi suam assertionem conatus est subterfuge, dum neque Spanhemius Joanni Patriarchæ osolymitano fidem aliter derogare potuit, quam culando gravissimum virum, et testem coævum, que oculatum, crimine vanitatis, ac mendacii. m Damascenus cum statuisset posthac soli Deo ere in monasterio, obtenta missione a Calipha nodum difficulter, qui eum, agnita ipsius ocentia, in pristino Consiliarii munere vole- apud se retinere suisque rerum omnium fatatibus in cognatos, et pauperes distributis, visque libertate donatis, Jerosolymam petiit, ibi in monasterio S. Sabbæ monachus factus t, quem idem Joannes Patriarcha Jerosolymitaus, qui ejus vitam scripsit, Presbyterum ordiavit.

Eo

Eo autem fortius bellum deinde continuavit adversus Iconomachos. Cum Constantinus Copronymus, filius Leonis Isauri, Imperium adeptus post patrem, et impietatem illius continuans, etiam vehementius Sacras Imagines, earumque cultores persequeretur, cumque potestatem in S. Damascenum exercere non potuisset, eo quod Jerosolyma, totaque Palæstina esset sub Saracenis, ut tamen iram suam aliqua ratione satiaret, per Episcopos suos ipsum curavit anathemate feriendum. Damascenus vero ita iram Copronymi contempsit, ut non dubitaverit Constantinopolim venire, ut coram cum Iconomachis disputaret, et Orthodoxos in dogmate de Imaginum sacrarum cultu confirmaret, desiderio flagrans ipsius etiam martyrii; quod cum ei non obtigisset, reversus est ad suum monasterium. Anno 754. celebravit suam Copronymus pseudo-synodum ad abrogandum cultum sacris imaginibus, *Supra Part. II. pag.* 304. Hanc quoque synodum Damascenus scriptis suis exagitavit. Post hoc tempus, quamdiu adhuc vixerit, in incerto est, quemadmodum nec de anno, quo natus sit, constat. Ante annum 730. perhibente Joanne Vitæ illius scriptore, jam muneri publico gerendo erat admotus a Saracenorum Calipha. Ex quo conjectura est, ante initum seculum octavum natum esse. In synodo Nicæna II. œcumenica in qua condemnata est Iconomachia, et cultus Sanctorum Imaginum vindicatus, ex laudibus, quæ ei tributæ sunt, apparet, jam hoc tempore mortuum fuisse. Hæc Synodus habita est a. 787. Igitur ante hanc Damascenus ex vita jam excesserat.

Ope-

Opera S. Joannis Damasceni sunt *Libri 4. Fide orthodoxa.* In eorumque primo agit de ꞏo, ejusque quoad naturam unitate, quoad ꞏrsonas, trinitate, ipsiusque proprietatibus. In ꞏundo de Creatione, de providentia, et præꞏentia Dei, et de Prædestinatione. In tertio de ꞏminis liberatione ex peccato Originali per Chriꞏum. In quarto de Christo post ejus a morte reꞏrrectionem, et in cælum adscensionem, de eꞏinstitutis, quibus salutem adipiscimur, ut de ptismo, Eucharistia. Integro etiam capite traꞏit de genere Christi, et de Sancta ejus Geniꞏce, quam ex Joachim, et Anna natam docet. l Fidei autem Orthodoxæ dogmata demonstranꞏ testimonia Scripturæ, Patrum, et Concilioꞏm tam copiosa collegit, ut hi ejus libri sint ꞏaditionis quoddam locupletissimum promptuaꞏm. *Tractatus de Hœresibus.* In hoc synopsim ꞏmo habet hæresium a S. Epiphanio descriptaꞏn, deinde autem incipiendo a Nestorio hæreꞏ usque ad suam ætatem descripsit suo tantum ꞏrte. In hoc Tractatu ad quæstionem: *Quomoꞏ in Deo Trinitas est?* circa quam tot fidei ꞏfragium fecerunt, volentes rem suo intelleꞏ comprehendere, quæ supra omnem caꞏtum hominis est, respondet: *Trinitas perveꞏgabilis non est. Sin vero Deum studiosiꞏ scruteris, teipsum mihi primo, velim, edisꞏcas, et quæ circa te sunt. Quis animæ tuæ ꞏstendi modus? Quo pacto mens tua moveꞏ? Qua ratione mortalis simul, et immortalis* ꞏ Sermones *Apologetici tres de Imaginibus.* ꞏhorum principio, *Nos quidem,* inquit, *deceꞏ indignitatis propriæ conscios æternum tacere, ꞏoque potius peccata nostra confiteri. Verum, ꞏn Ecclesiam, quam Deus ædificavit, ab irruꞏ*

ente improborum Spirituum impetu valido misceri, jactarique videam, tacendum non censui, et iram Dei pertimescens veritati Imperatoris majestatem postposui. In his Sermonibus invictis argumentis debellat Iconomachos. Jam sunt aliis argumenta prolata pugilum religionis pro cultu Imaginum. Attamen delibemus quidpiam etiam ex Damasceno, qui tam egregius fuit defensor Imaginum. *Novi*, inquit, *honoris mutui gratia adorationem adhiberi, qualem Abraham filiis Emmor.* (filiis Heth, Genes. 23. v. 7.) *exhibuit. Aut ergo omnem aufer adorationem, aut omnem admitte, cum debita tamen ratione, ac modo.* Nempe gestus quiscunque, si cuicunque alteri, quam Deo, tamquam Deo exhibetur, erit idololatria. *Si vidi solem cum fulgeret*, ait Job. Cap. 31. v. 26. *et lunam incedentem clare, et lætatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo:* quia nempe ii, quibus sol, et luna erat Deus, manum protendendo versus ista, ac deinde osculando, ista venerabantur velut Deum. Adorationem aut communiter ponimus in genuum flexione, vel etiam totius corporis submissione venerationis causa, quam προσκύνησιν Græci appellant. Estne plus pedes flectere, et curvare terram versus, quam caput? Itaque sicut idolatria non fuit ea adoratio, quam Abraham exhibuit filiis Heth, ita neque cultus sacris Imaginibus, etiamsi adoratio dicatur, exhibitus, est idolatria, utpote, non eadem ratione, prout S. Damascenus dicit, atque mente his exhibitus, qua Deo. Adoratio autem, si vocabuli hujus significationem propriam spectemus, est rei cujuspiam admotio ad os. Nimirum ad venerationem significandam, quam idolis exhibebant, in more fuit Romanis, ad simulacra deorum,

, plerumque altius collocata, manum pro-
ere, aut etiam hæc contingere ac deinde ma-
eamdem osculari. Ad illud vero, quod Ico-
achi solebant afferre contra Imagines, ea-
que cultum: *Non facies tibi sculptile.* Exod.
v. 4. *At vero mihi, velim, dicas,* ait idem
ıascenus, *nonne Deus unus est? Quid? con-
ia sanxit? Nam extra creatarum rerum nu-
ım non sunt Cherubim. Ergo eccur homi-
manu fabrefactis Cherubim obumbrari Pro-
ıtorium jubet?* Exod. 25. v. 18.

Ejusdem Damasceni sunt deinde *libri de Recta
entia,* in quibus professio orthodoxæ fidei est
ımentis declaratæ, et confirmatæ præcipue quo-
ogma SS. Trinitatis, et Incarnationis. Dialogus
ersus Manichæos, Diseptatio cum Saraceno, Dis-
atio contra Acephalos, Tractatus adversus Mono-
itas, et contra Nestorianos, nec non Homiliæ,
ıtolæ, et Vitæ plurium Sanctorum. Homiliæ tra-
ıt præcipue de Festis Christi, sex vero earum
Beatissima Virgine. In his refert etiam dor-
onem illius, et assumptionem cum corpore in
ım. Hoc de Deiparæ assumptione se Dama-
us testatur accepisse ex antiqua traditione,
per affert Hierothei epistolam ad Timotheum
num Ephesiorum Episcopum, in qua eadem
mptio memoretur, quique affuerit cum Apo-
is, pluribusque aliis, quando Virgo Beatissi-
obdormivit, et condita ad monumentum est,
triduum vero jam ejus sacrum corpus non
repertum. De his Orationibus Damasceni
eus in Hist. Liter. *Quarum posterior,* inquit,
*ıifesto spuria est. Ibi enim citatur Euthy-
s, qui sub Alexio Imp. vixit.* Euthymius
ıino monachus Constantinopolitanus, scriptis
etiam notus sub Alexio Comneno Imp. a.

1116. existitit. Jam vero hinc istene Euthymius debebit esse, cujus narrationem affert Damascenus in Oratione sua de Dormitione Virginis Deiparæ? Dum idem Damascenus Hierotheum quoque memorat, et Timotheum Ephesiorum Episcopum, sequiturne, quæso, istos adversus temporum rationem esse ab eo prolatos testes, quia aliquis Timotheus, et Hierotheus fuerit post Damasceni ætatem? Dicitne Damascenus, se hunc citare Euthymium, qui sub Alexio Imp. vixerit? Quid, etiamsi iste foret? Anne statim sequeretur, idcirco abjudicandam hanc esse Orationem Damasceno, quando quidem posset haberi solummodo pro interpolata? Denique, dum Caveus hanc Damasceni Orationem voluit esse manifesto spuriam ob allatum in ea Euthymium, ut everteret fidem narrationis, nihil tamen adhuc profecit: siquidem Damascenus non ex solo Euthymio probaverit, rem esse narratam de dormitione, et assumptione Deiparæ, verum etiam ex epistola Hierothei ad Timotheum, quam non lacessivit Caveus, et qua stante, tamen firmum erit, quod narratur, quidquid sit de Euthymio. De dormitione, et assumptione Deiparæ aliorum etiam testimonia jam prolata sunt supra Part. I. pag. 123.

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis.

S. Anselmus ab Augusta, civitate Burgundiæ, fuit oriundus, natus patre Gandulpho, matre Hememberga, claris genere. Jam adolescens, volebat rebus mundanis renunciare, et monachus fieri; sed Abbas, a quo recipi petebat, quia patris

s sui consensum non habuit, ejus petitioni ensum non dedit. Hinc et ad studia literarum, ad colenda pietatis officia factus langvidus, pam ita a se avertit, ut quamvis postea placare m studuisset, tamen bonum illius affectum inere non potuerit. Quamobrem relicta domo erna se denuo ad monasterium contulit Becse, in Normanniæ Ducatu situm, monastiaque vitæ institutum amplexus est. Abbas humonasterii erat Herluinus, Prior Lanfrancus. : ad Abbatis munus alterius monasterii pro:o, Anselmus in ejus locum Prior, et Herno vita functo etiam Abbas factus est. Habemonasterium Beccense possessiones in Anglia. has inspiciendas ivit ea etiam de causa, ut nfrancum inviseret suum antea Priorem, et a tum Achiepiscopum Cantuariensem. Percreerat jam fama de Anselmi mira eruditione, et tæ sanctimonia. Quamobrem ad eum videndum n tantum Cleri, verum etiam aliorum utriuse sexus factus est concursus ingens: ut neque erit illustris aliqua persona in Anglia, quæ n existimasset multum se meriti perdituram ud Deum, nisi Anselmum coram venerata isset.

Gulielmus II. Angliæ Rex, ut proventibus cantium Episcopatuum, et monasteriorum fruetur, procrastinabat nominare Episcopos, et bbates, ita ut jam multi Episcopatus, et monaeria essent rectoribus destituta, atque ipsa etiam ntuariensis Ecclesia mortuo Lanfranco Archiescopo careret, totaque Anglicana Ecclesia Priate, jam annos quatuor. Anselmus denuo verat in Angliam ab Hugone Cestriæ Comite rotus, ut ad eum veniret morbo laborantem, et

ad

ad expedienda quædam negotia monasterii, quod nuper ab ipso Comite erat ædificatum, et fundatum. Dum advenisset, Comes jam convaluerat: attamen negotiorum causa, quæ modo dicta sunt, detentus est Anselmus quinque mensibus. Die Natali nostri Salvatoris de more solebant Primores regni adire Regem, et salutare, qui graviter ægrotabat. Hac usi occasione, Regi supplicarunt omnes, ut salutis suæ haberet rationem, et ne sineret Ecclesiam præsertim Cantuariensem ulterius viduatam Pastore: Cesserat Rex, ut in Anselmum, quem Comes Cestriensis secum adduxerat, et quem omnes uno ore Regi commendabant ad hocce munus, suum consensum adjecit, ita, ut etiam lacrymans eum obtestaretur ut Archiepiscopatum susciperet, quem omnibus modis defugiebat. Itaque aegerrime extorto consensu, Archiepiscopus consecratus est. Cum deinde ad obtinendum ab Urbano II. Papa Archiepiscopale pallium Romam eundi facultatem a Rege petiisset, hanc admodum difficulter obtinere potuit, quippe qui Guiberti Pseudopapæ, quem Henricus IV. Imperator Gregorio VII ejusque successoribus opposuerat, partibus addictus esset. Rex in infirmitate sua permotus vitæ periculo, promiserat se etiam bona aliarum Ecclesiarum, et monasteriorum, quæ abstulerat, restituturum. At vero, ubi convaluit, non tantum hoc non servavit, sed bona etiam Ecclesiæ Cantuariensis ipsi Anselmo, paulo ante tradita statim ubi pedem ex Anglia extulerat Romam petiturus, abstulit. Anselmus postquam Romam appulerat, interfuit Concilio Barensi in Apulia a. 1098. cui ipse Urbanus II. præsederat. In quo cum de Cruciatis expeditionibus Orienti subsidio contra Turcas mittendis actum fuisset, multique etiam

etiam e Græcis Episcopi interfuissent, vocati eum in finem, ut si ad communionem cum Romana Ecclesia revocari potuissent, expeditio suscipienda in Orientem etiam melius procederet, atque si Latinos etiam provocassent ad disputandum secum; quomodo Anselmus processionem Spiritus sancti a Patre, et Filio contra eosdem Græcos, et quam invicte defenderit, est jam memoratum supra Part. III. pag. 69. In hoc Concilio cum etiam actum fuisset contra Investituras, quas etiam idem Gulielmus exercebat et inprimis ob Anselmum bonis suæ Ecclesiæ privatum innocentem, Urbanus idem Papa statuisset excommunicatione ferire Regem Gulielmum, nisi Anselmus exorasset Pontificem, ut a sententia hac abstineretur.

Anselmus biennium moratus in Italia discessit, et Lugdunum ad Hugonem hujus civitatis Archiepiscopum, quem humanissimum erga se expertus erat in eundo Romam, se contulit, mansurus apud eum, donec se res in Anglia vertissent in faciem aliam, cujus spem nullam habebat vivente Gulielmo. Annus circiter intercesserat, et Gulielmus in venatione eo loco, ubi plura templa, et monasteria sustulerat, ut feris aptiorem faceret locum, sagitta per cor trajectus, subita morte sublatus est. Henricus frater ei successit in regno, qui illico Anselmum in Angliam revocavit. Sed Investituram neque iste volebat dimittere, et quos per Investituram designabat Episcopos, hos Anselmus, consecrare noluit, nisi Romanus Pontifex annuisset. Anselmus igitur rursus Romam petiit hac de re cum Pontifice tractaturus. Quæ dum non processisset secundum voluntatem Regis legatus, qui Anselmo erat adjun-

junctus, denunciavit eidem Anselmo nomine Regis, ne in Angliam auderet redire. Iterum igitur Lugduni se Anselmus tenuit annum, et menses quatuor. Adela, Henrici soror, Comes Blesensis, permovit fratrem ad negotium componendum cum Anselmo. Quod cum fecisset, et Investituram Episcoporum, atque Abbatum dimisisset, Anselmus in Angliam reversus est. Annis postea nonnisi tribus Anselmus perstitit in Vita. Decessit a. 1109. sui Episcopatus decimo sexto, ætatis septvagesimo sexto.

Nemo est, qui Anselmo, hac ætate, qua vixit, possit sive ingenio, et eruditione, sive animi constantia, et dexteritate agendi, anteponi aut etiam in vitæ sanctimonia. Reliquit complura ingenii sui monumenta; videlicet *Monologium* sive Soliloquium, in quo tractat de Dei existentia, essentia, attributis et perfectionibus, Monologio adjecit *Prosologium*. In hoc sic Deum facit loquentem ad hominem: *Eja nunc homuncio, fuge paululum occupationes tuas, abscondi te modicum a tumultuosis cogitationibus tuis: abjice nunc onerosas curas, et postpone laboriosas distensiones tuas. Vaca aliquantulum Deo, et requiesce aliquantulum in eo. Intra cubiculum mentis tuæ, exclude omnia præter Deum et quæ te juvent ad quærendum eum, et clauso ostio quære eum.* Istudque esse deinde docet quod homini agendum sit ante omnia, utpote qui creatus sit ad videndum, et fruendum Deo absque hoc omnia cetera esse inania. Huic Prosologio rursus adjecit *librum Apologeticum*, in quo dubia dissolvit, quæ cogitabat posse oriri quoad ea, quæ superioribus libris docuerat. Scripsit præterea librum de fide SS. Trinitatis, e

In-

arnationis Verbi, alium rursus librum de
cessione Spiritus sancti contra Græcos, librum
casu diaboli, libros duos sub hoc titulo:
Deus homo. Tractatum *de Conceptu Virgi-*
, et de Peccato originali, Tractatum *de Ve-*
te, considerata, quatenus hæc in Verbis, et
one est menti conformi et quatenus in actio-
et essentia: quarum alteram ponit in actio-
bonitate, alteram in eo, si id, quod rectum
agitur, atque hoc nonnisi Deum pro fine
habeat. *Concordiam* Præscientiæ, Prædesti-
onis, et Gratiæ cum hominis libertate, *Ho-*
as, quibus jam Veteris, quam Novi testa-
ti Scripturæ selecta loca explicat, *Epistolas*
dringentas, et viginti sex, et longum esset
ia recensere cetera, quæ sunt ascetica, et ad
fovendam pietatem ab eo conscripta, aut pa-
etica.

In suis Theologicis tractatibus scopus Anselmo
, quemadmodum ipse declaravit in Libro, Cur
s homo cap. 1. *Non ut per rationem ad fidem*
edant, sed ut eorum, quæ credunt, intellectu, at-
contemplatione delectentur, videlicet, qui ejus
pta lecturi essent, *et ut sint, quantum pos-*
t, parati semper ad satisfactionem omni po-
nti se rationem de ea, quæ in nobis est, spe. Ni-
rum argumentis e ratione petitis ea, quæ Fides
et, confirmat ad intellectum eo magis subji-
ndum in obsequium ejusdem Fidei, ipsiusque
isti. Equidem supra hominis intellectum sunt
nia Fidei mysteria; non eo minus tamen ipse
m Apostolus Paulus illud, quod Fides de Re-
rectione nostra a morte, ita contra eos, qui
abant, mortuorum resurrectionem, probavit:
ipiens, tu quod seminas, non vivificatur, ni-
si

si prius moriatur, 1. Cor. 15. v. 36. utpote qui propter corpus, quod post mortem abiret in pulverem, non haberent possibilem mortuorum resurrectionem nescientes, et mentem non erigentes ad virtutem Dei.

S. Bernardus Abbas.

S. Bernardus Fontanis in Burgundia prope Divionem natus est vel sub finem a. 1090. aut initio anni subsequentis patre Tescelino, e Comitibus Castellionibus oriundo, et matre Aletha paris nobilitatis, ambobus vero Christiana pietate conspicuis. A parentibus a teneris cum sibi habuisset instillatam pietatem ingenio etiam felici præditus, et scientiis excultus, cum prona omnia sibi haberet ob claritatem etiam generis ad honores, cogitaverat tamen de tutiore ad æternam salutem via. Puritatis, cujus servandæ erat studiosissimus, ingens subierat periculum dum matrona, in cujus domo erat diversatus, ter ad illum dormientem venit, ardens libidine, sed quam semper magna voce clamans, *latrones, latrones*, a se fugavit. Fratres, quos habuit quinque et unam sororem, aliique consanguinei cum advertissent, quo animo tenderet, et cogitatione, hinc avertere ipsum studerunt, videlicet a vitæ monasticæ instituto. In magnos animi fluctus conjectus cum Ecclesiam intrasset, et Deum invocasset cum multo lacrymarum imbre, ita in proposito cor ejus confirmatum est, ut statuerit non tantum ipse in hoc perseverare, verum etiam alios, quotquot posset, ad idem inducere. Primum fratres suos, sibi in hoc ipso antea contrarios, adgressus est, deinde cognatos alios, et pro-

›pinquos, nec non familiares suos. Primus nium fuit Galdricus ipsius avunculus Domi- castri, quod Tuillium vocatur, qui victas lit manus nepoti: mox hujus exemplum secuti it fratres Bernardi quatuor. Nam quintus Ni- dus nomine admodum puer adhuc tum erat. ic, nondum idoneo per ætatem ad vitæ sta- a sibi eligendum, Guido frater natu maximus di- at: *Eja, frater, Nivarde, ad te solum respicit ra possessionis nostræ.* Quod puer audiens, *bis ergo*, inquit, *cælum, et mihi terra? Non æque divisio hæc, facta est.* Mansit adhuc quamdiu cum patre, mater enim jam erat rtua: sed postea et ipse post fratres suos fu- ad idem monasterium, ac demum ipse etiam celinus pater. Humbeliana soror Bernardi, endidis celebratis nuptiis postea ad invisendos tres venerat. Ad hanc autem eximia veste in- am, et comitatam aliis nobilibus feminis, nec rnardus, nec alter fratrum ullus prodire vole- , tanquam mundanæ vanitati deditam. Femi- , in lacrymas soluta, rogavit Bernardum, ne n despiceret; se enim paratam esse ad omnia ienda, quæ is ab ea vellet fieri. Cum viro es- alligata, præcepit ei, ut a cultu vestium su- rfluo, vanisque rebus omnibus abstineret. Quod servavit, et post annos duos, obtento con- nsu a marito, etiam in monasterium se contu- , quod pro feminis ab ipso Bernardo erat ædi- itum.

In monasterio Molismensi in Burgundia mo- chorum S. Benedicti elanguerat vetus discipli- . Robertus Abbas cum eam instaurare conatus sset, res autem quemadmodum voluisset, non processisset, relicto monasterio cum pluribus ejus-

ejusdem monasterii sociis, quibus disciplina magis cordi erat, in locum alium transiit, Cistercium dictum prope Divionem in eadem Burgundia, ubi ædificato monasterio cœpit habitare. Ab a. 1099. quo id factum est, intercesserant anni quatuordecim, quin se his, alius quispiam aggressasset vitæ austeritate, et disciplinæ severitate omnes deterriti, ita ut angeretur hæc Cisterciensis familia, ne brevi eorum hoc monasterium, et instaurata S. Benedicti monastica disciplina iterum interiret. S. Bernardus cum fratribus suis aliisque sociis ad triginta Cistercium sibi delegerat, hac ipsa de causa, quod monastica disciplina in eo floreret, ubi monasticum institutum profiteretur: sicque brevi crevit monachorum numerus, ut Stephanus, qui eo tempore Abbas erat, de alio monasterio exstruendo debuerit cogitare. Erat locus solitarius in territorio Lingonensi, Vallis dicta absynthii, sive a copia illic istius herbæ, sive a spelunca, multis hominibus amara, propterea, quod receptaculum fuerit latronum, a quibus multi spoliabantur, et occidebantur. In hoc, ab Hugone Comite Campaniæ sibi dato, Stephanus monasterium erexerat, ab eoque tempore hæc Clara Vallis cepit appellari, utpote quasi illustrata nova luce per S. Bernardum, ceterosque monachos eamdem vallem incolentes. Nam Bernardum istius novi monasterii Abbatem Stephanus fecerat. Vitæ illius sanctitas, etiam per miracula manifestata, quæ Deus per eum patraverat, tam celebrem illius famam reddiderat, ut undique concursus Claram Vallem fieret eorum, qui sub Bernardi disciplina vivere in monastico instituto cuperent. Itaque numerus monasteriorum excreverat ad septuaginta, quæ Bernardus partim nova erexerat,

par-

tim vetera, instaurata in his disciplina eo mo-
quo Cistercii, et in clara Valle observaba-
, adjecerat Ordini Cisterciensium, nec tan-
in Gallia, verum etiam in Hispania, Anglia,
gio, Italia, aliisque provinciis.

Neque vero etiam excellens Bernardi doctri-
et eruditio minus radios suos quaqua ver-
diffuderat. Ubicunque adverterat germen
uod nasci noxium Religioni, aderat illico ad
d evellendum, errores, qua voce, qua scri-
confutando, atque eos, qui seducti erant ad
tam fidem reducendo. Hoc fecit contra Abæ-
lum, hoc contra Petrobrusianos, hoc contra
ostolicos, quod sibi nomen sumpserat secta
m quædam turpissima, hoc in Gilberto Epi-
po Pictaviensi. Inter ipsos Reges, et Prin-
es, in eorum dissensionibus, et controver-
componendis fuit mirifica ejus vis: negotia
lesiastica vix ulla tractabantur absque illius
siliis, assidebatque ipsis etiam Romanis Pon-
ibus etiam in Conciliis, et Innocentius II.
m. Pont. dum in Gallia moraretur per Ana-
tum pseudopapam occupata Roma, illum ad la-
suum habere semper voluit ipseque schisma,
Anacletum pseudo-papam suscitatum exstin-
, Victoremque, qui Anacleti schisma conti-
averat, adegit, ut depositis vestibus Pontifica-
as suppliciter Innocentium adiret, seque ei
jiceret. In Gallia Ludovicus VI. Rex, omnes-
e Episcopi Galliæ cum in dubium, venisset
nocentiusne, vel Anacletus habendus esset pro
e electo, et legitimo Pontifice, unius Bernar-
arbitrio, atque sententiæ permiserunt decisio-
m istius rei, atque omni deposito dubio Inno-
ntio se se addixerunt. Idem fecerat apud alios
Prin-

Principes, et Episcopos. Instar oraculi enim habebatur omne, quod ille fecerat judicium. Ex his pleraque jam etiam speciatim sunt prolata in Institutionum harum Parte III. quæ modo strictim memorata sunt. In tanta nihilominus apud omnes existimatione, et gloria, tam humiliter, et demisse de se sentiebat, ut magnum se peccatorem reputans, et indignum, Mediolanensem Archiepiscopatum, et omnes dignitates subterfugerit, sibi oblatas etiam violenter. Annos vixit 63. die 20. Augusti a. 1153. mortuus.

Opera ejus sunt Epistolæ 419. quarum multæ ad ipsos etiam Reges, et ad Summos Pontifices scriptæ sunt magna cum libertate in dicenda veritate. Habet Sermones in Dominicas, et festa Christi, Deiparæ, et Sanctorum per annum, Sermones 111. de Diversis, Sermones 17 in Psalm. 90. et 86 in tria priora Capita Cantici Canticorum. Etiam in reliqua hujus Cantici capita exstant Sermones 48 sub nomine ejusdem Bernardi, sed ipsius a Criticis non censentur esse. Idem scripsit et misit libros quinque de Consideratione ad Eugenium III. Papam, suum olim in Clara Valle discipulum, et alumnum, partim eum consolans, quod abstractas a spiritualibus deliciis, quibus fruebatur in monasterio, et fatisceret sub tanto onere Pastoralis officii, partim eumdem instruens in administratione ejusdem Pontificalis muneris. Inter alia, ut quidpiam de his etiam speciatim proferam, ne glorietur in sublimitate adeptæ dignitatis. *Hoc glorieris, opto*, inquit, *semper optimo genere gloriæ, quod Apostoli, quod Prophetæ delegere sibi, transmisere tibi. Agnosce hæreditatem tuam in Christi cruce, in laboribus plurimis. Felix, qui dicere potuit:*

Plus

omnibus laborari. (1. Corinth. 15. v. 10.) ia est, sed nihil in ea inane, nihil molle, resupinum. Si labor terret, merces invitet, 2. Cap. 6. Præsis, ut prosis, præsis, ut s servus, et prudens, quem constituit Do-:s super familiam suam. Ad quid? Ut des escam in tempore, hoc est, ut dispenses, ut imperes. Hoc fac et dominari ne affe- hominum homo, ut non dominetur tui :s injustia. Nam nullum tibi venenum, nul- gladium plus formido, quam libidinem do- ındi. Lib. 3. Cap. 1. Interest proinde tua, operam, quam possis, ut increduli conver- ur ad fidem, conversi non avertantur, aver- evertantur: porro perversi ordinentur ad re- tdinem, subversi ad veritatem revocentur, ubversores invictis rationibus convincantur. ɔ autem hæreticos, et schismaticos. Nam hi : subversi, et subversores. Erunt itaque hu- ıodi maxime tuo studio aut corrigendi, ne ant; aut ne perimant coercendi. Lib. 3. cap. Monstruosa res gradus summus, et animus nus; sedes prima, et vita ima; lingva va- qua, et manus otiosa; sermo multus, et :tus nullus; vultus gravis, et actus levis; ıns auctoritas, et nutans stabilitas. Admovi :ulum: foedus se in eo vultus agnoscat. Tu n gaude dissimilem inveniri. Non tu de illis qui dignitates virtutes putant. Tibi antea ex- :a virtus, quam dignitas fuit. Lib. 2. cap. 6. menque dignitatis, in quo sit positus Euge- exponens, Quis es? inquit, Sacerdos ma- :s, summus Pontifex. Tu princeps Episcopo- ı, tu hæres Apostolorum. Tu es, cui claves litæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem et cæli janitores, et gregum pastores: sed tu

tan-

tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et Pastorum tu unus omnium es Pastor. Alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus; tua extenditur et in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt. Unde id probem, quæres? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute, et indistincte commissæ sunt oves: Si me amas Petre, pasce oves meas? Quas? illius, vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certe regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur ubi distinguitur nihil. Lib. 2. cap. 8.

Sunt hæc adhuc Bernardi Opera, videlicet *Tractatus de componendis moribus*, et Officio Episcoporum, libris de Consideratione ad Eugenium Papam etiam in editionibus proxime subjectus. Hunc scripsit Tractatum ad Henricum Archiepiscopum Senonensem. Hic in aula antea versatus, et vitæ lautiori adsvetus curam neglexerat sui gregis. A Gaufrido autem admonitus Episcopo Carnotensi a S. Bernardo petiit, ut ipsum instrueret in muneris Pastoralis officio Quod ille hoc Opusculo præstitit, et libenter Primum ei gratulatur, quod paruerit sibi svadentium consiliis, eique affirmat, Episcopale onus non posse administrari digne absque consilio. Docet deinde dignitatem, et honorem Episcopatus sitam esse *Non in cultu vestium, non equorum fastu, non amplis aedificiis, sed ornatis moribus.* In-

tel-

;itur, Henricum his in rebus Episcopatum
isse. *Cernitur*, ait, *in nonnullis Sacerdoti-*
vestium cultus plurimus, *virtutum aut nul-*
vel exiguus, Dicite Pontifices in fræno quid
aurum? Numquid a fræno repellit frigus,
esuriem? Pauperes inducit, et famelicos sic
antes, et plorantes sic: *Nobis frigore*, *et fa-*
niserabiliter laborantibus quid conferunt tot
itoria, *vel extensa in perticis*, *vel plicata*
anticis? Nostrum est, *quod effunditis; no-*
crudeliter subtrahitur, *quod inaniter expen-*
. Alius rursus S. Bernardi Tractatus *de Con-*
ione ad Clericos est. Cum S. Bernardum con-
set venire Parisios, a Stephano Episcopo Pa-
nsi, aliisque Clericis rogatus fuit, ut sermo-
ad eos haberet. Primo ex modestia sua no-
hoc facere, deinde tamen præstitit precibus
ignatus. Egit autem in hoc de mundi con-
ptu, et rerum mundanarum, atque ad hunc
icos hortatus est, utpote quorum Dominus
ars hæreditatis eorum. *Curritur passim*, in-
, *ad sacros Ordines*, *et reverenda ipsis quo-*
Spiritibus angelicis ministeria homines ap-
endunt sine reverentia, *sine consideratione.*
et, quæ hinc eosdem Clericos infestent vitia,
e etiam invadant, nec tamen se accusare eos
ersos. Debere autem eos quærere non, quæ
sunt, sed quæ Jesu Christi; nec quod sibi
, sed quod multis est. Christum Petro di-
: Petre amas me? dumque Petrus respon-
t: *Domine*, *tu scis*, *quia amo te*, dixisse:
e oves meas. Cui proinde, si non amasset
stus oves suas amatas non commisisset. Ejus-
S. Bernardi Tractatus quoque est de Præce-
et dispensatione. Docet nimirum, quando
atis jus sit dispensandi in præceptis, et sol-

vere quempiam legibus, item Tractatus de diligendo Deo, de Gratia, et libero arbitrio, Tractatus de erroribus Abaelardi, qui in quibusdam editionibus nomen etiam gerit Epistolæ. Prætermitto recensere cetera ejus opera.

S. Thomas Aquinas.

Qui de Patribus Ecclesiæ tractant, communiter in S. Bernardo consistunt, quemadmodum jam etiam in Præfatione ad Notitiam Patrum dixi. Patres Ecclesiæ sunt testes de Fide, quam Ecclesia semper tenuerit, et quæ proinde vera sit; siquidem Ecclesia invicta adversus errorem sit. Hæc Patrum testificatio eadem est quæ Traditio. Hac S. Augustinus pugnans contra Julianum Pelagianum, atque hunc refellens, produxit Sanctos Episcopos, qui ante se, et Palagium vixerunt, et *non solum sermone cum hic viverent, verum etiam scriptis, quæ posteritati relinquerent, fidem Catholicam strenue defenderunt*, velut testes contra Pelagium, atque in his molem auctoritatis constituit, sumptam ex Traditione. Siquidem hi, *quod invenerunt in Ecclesia, tenuerint; quod didicerunt, docuerint; quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderint.* Quæ jam supra etiam in S. Augustino verba illius producta sunt. Quæso, post S. Bernardum nullusne esse potuit, qui et sermone, dum viveret, et scriptis, quæ posteritati relinqueret, fidem Catholicam strenue defenderit? Qui quod invenit in Ecclesia, tenuerit, quod didicit, docuerit; quod a Patribus accepit, hoc filiis tradiderit? Nam si hoc non est, igitur etiam Traditio desiisset in Bernardo, neque ad nos usque fluxisset. Sicut

ergo

o primorum seculorum Patres testes sunt do-
næ, quæ illis seculis, viguerit in Ecclesia;
deinceps ii, qui alii post alios viri pietate, et
ditione præstantes in Ecclesia floruerunt, non
ent excludi a testimonio, quo nititur Tradi-
Attamen in hac scientia, quæ Patrologia vo-
ur, solommodo ii memorantur, qui ex testibus
ditionis præcipui sunt, atque magis etiam præ
s inclaruerunt scriptis suis, quod secus vix
em posset invenire hæc de Patribus, velut te-
us eorum, quæ sint credita ab Ecclesia, tra-
tio. Potestne vero laus ista denegari S. Tho-
Aquinati, S. Bonaventuræ, quos Ecclesia co-
inter Doctores Ecclesiæ? Quos proinde neque
in hac Notitia mea Patrum mihi prætermit-
dos esse duxi.

S. Thomas, natione Italus ex nobilissima Co-
tum Aquinatum familia, natus est in castro
uino, patre Landulpho, matre Theodora anno
24. Quinquennis monachis Cassinensibus tradi-
est educandus, et literis instruendus. Hinc
apolim ad humaniores, et philosophicas scien-
discendas missus a parentibus. Ubi a. 1241.
trum Prædicatorum institutum, clam parenti-
, amplexus est. Nihil non egerunt parentes,
hinc Thomam abstraherent, præsertim mater.
alio in aliud cœnobium transpositus, ne vi
iperetur, Parisios etiam missus, sed interce-
s in itinere a fratribus suis, et ad arcem pa-
nam deductus est. Hic etiam frustra a fratri-
et sororibus, ipsaque matre etiam sollicita-
ad deserendum institutum expugnari non po-
t: feminam quoque ad se missam, quæ eum
iceret ex constantia servandæ puritatis, titio-
fugavit. Post annos duos ex hac arce per fe-

nestram elapsus est, Neapolimque fugiens, mox Parisios, quo eum mittere Fratribus Prædicatoribus jam ante constitutum erat, deductus est. Eo ingenio fuit, eosque progressus fecit in scientiis, ut jam anno ætatis suæ quinto, et vicesimo Sententiarum libros Parisiis magno cum plausu interpretatus sit. Evectus ad primarias Instituti sui dignitates docendi munus retinuit, atque in præcipuis Italiæ Academiis, Bononiæ, Romæ, Pisis Theologiam publice docuit, postremumque Neapoli consedit. Lectioni, et scriptioni indesinenter deditus, non prætermisit etiam publice in Ecclesia sacris concionibus docere populum, et ad Christianam pietatem informare. Romam ab Urbano IV. vocatus induci non potuit, ut Archiepiscopatum Neapolitanum susciperet, quem etiam deferente Clemente IV. denuo sibi oblatum, recusavit. A Gregorio X. ad Lugdunense II. concilium missus in itinere in Cisterciensium monasterio Fossæ Novæ prope Tarracinam annos natus quinquaginta decessit ex hac vita. Ab acumine, et scriptorum subtilitate Doctoris Angelici cognomen accepit, dictus etiam Theologorum aquila.

Opera S. Thomæ sunt multa, et multiplicia. Præcipua tantum memorabo. Ex his est *Summa Theologiæ*, divisa in partes tres: Quæstiones 512, et articulos 2654 complectens. *Summa Catholicæ Fidei* contra Gentiles constans quatuor partibus. *Expositio* in Evangelium S. Matthæi, S. Joannes in Epistolas S. Pauli, in Canticum Canticorum, in Jobum, in primam Quinquagenam Psalmorum, in Isaiam, et Jeremiam, hujusque Threnos. *Catena aurea* in quatuor Evangelia ex sententiis Patrum mirifice contexta, commentarius in libros quatuor Sententiarum. E quibus tamen Expositiones

in

Matthæum, Isaiam, et Jeremiam sub crisi it, num vere sint ipsius Thomæ. Præter ista o etiam, de quibus nemo dubitat, num ipsius omæ sint, sunt adhuc Opuscula tria, et septvata de argumento vario Theologico tractantia. m præter Theologica Opera scripsit, et comuit plures etiam libros Philosophicos.

S. Bonaventura.

S. Bonaventura Balneoregii in Hetruria, pa- Joanne, matre Ritella a. 1221. primam lucem pexit. Joannes et ipse in Baptismo nomina- est. Infans inciderat in gravem morbum. Ma- de ejus vita sollicita cum ad S. Francisci Se- hici patrocinium confugisset, et puerulus am citius, quam sperandum videbatur, ut addingus refert, subito convaluisset, mater adio exultans, exclamavit *O bouna ventura!* eventum bonum, et prosperum! idque postea entidem, filiolum complexa, repetiisset; hoc ero nomen adhæsit, mansitque deinceps sem- r. Annos natus viginti, aut aliquid supra, Or- iem Minorum S. Francisci ingressus est, et in idemia Parisiensi scientiis Theologicis navans eram, ita excelluit, ut post septennium ipse eadem academia Doctor creatus, libros Sen- atiarum, (de horum librorum auctore adhuc stea suo loco dicetur) publice explicaverit. ino 1256. totius Ordinis Minorum præfecturam premam, (Generalatum vulgo vocant) adeptus inium unanimi consensu. Cultui Deiparæ erat dictus singulariter, utque sui omnes eumdem concionibus ad populum pro viribus provehe- nt, in Comitiis generalibus sui Ordinis, Pisis ha-

habitis, legem sanxit, instituitque, ut post Completorium horarum Canonicarum in sui Ordinis Ecclesiis signum campana daretur, quo exteri etiam admonerentur ad Deiparam salutandam, et invocandam modica precatiuncula. Idem fuit auctor, et inceptor sodalitatum, et ut eas moris erat vocare, Confraternitatum inter laicos: quae mire deinde ubique effloruerunt, et propagatae sunt ab aliorum etiam Ordinum Religiosis sub diversis titulis, v. g. SS. Trinitatis, Agoniae Christi, Beatissimae Virginis, et quae proxime nominata inprimis vigebat apud Studiosam juventutem. Nimis enim conspicuum erat, quantum conferrent ad fovendam in populo, et in studiosa juventute pietatem, morumque probitatem. Sed humani generis hostis pessimus, cujus est quaerere amimas perdere quemadmodum omnia etiam alia Religionis laboravit subvertere hac nostra aetate; ita neque omisit, et fere omnium primo se ponere ad hoc antemurale prosternendum, quo cadente ipse etiam murus dissiparetur. Fiunt nunc suspiria pro vetere morum disciplina, et pietatis frequentatione, qui pietatis neglectus, et quae morum laxatio infideles subditos, ut ipsi vidimus, pluribus in regnis fecerat suis Regibus, eoque magis ponitur nunc cura in reparandis moribus: at non tamen facile est corrigere, quae depravata sunt, quam fuerit illa corrumpi, praesertim si in pravum jam induruerunt.

Sed ad Bonaventuram redeamus. Qui quantae existimationis fuerit, hinc potest cognosci. Post Clementis IV. obitum Sedes Romani Pontificis jam vacabat annos duos, menses decem, dies septem et viginti. Discordabant suffragia Cardinalium. Tandem hi omnes in Bonaventuram compro-

erunt, ut quem hic elegisset, ille esset Pon-
x, quamvis nondum esset Cardinalis, nec
scopus, et solummodo manachus. Rem depre-
atur pro sua modestia, tandem vero cessit,
Theobaldum elegit, Archidiaconum Leodien-
, qui se Gregorium X. in Pontificatu nomi-
it. Vicissim autem Gregorius Bonaventuram
dinalem, et Episcopum Albanensem creavit.
eodem Gregorio Bonaventura ad Concilium
gdunense II. erat missus, in quo præcipue de
ocandis ad communionem cum Ecclesia Ro-
na Græcis tractabatur. Nonnisi primæ illius
sioni interfuit morbo correptus, ex quo etiam
iit Lugduni sub Concilio, amplissimo funere
tus, comitantibus funus Patribus totius Conci-
Mortuus est anno 53. aetatis, a Christi natali
74. inter Doctores Ecclesiæ a Sixto V. relatus,
tus Doctor Seraphicus ab ardentissimo amore,
em ejus scripta ubique spirant erga Deum.

Scripsit Commentarios in plures Scripturæ
ræ libros, videlicet in Hexaemeron tribus, et
inti Sermonibus; Expositionem in Psalterium,
Ecclesiastem, in librum Sapientiæ, et Threnos
emiæ, in Evangelium S. Lucæ, et Matthæi
ut 6. Commentarios in libros Sententia-
n, et præter complures sacros Sermones
uscula partim Theologica, partim Ascetica, et
tvaginta, et ultra, ut de Institutione vitæ
ristianæ, Itinerarium mentis in Deum, de
ditatione vitæ D. N. Jesu Christi, Speculum
laudibus Beatæ Mariæ, de Septem verbis
mini in cruce. Stimulus Divini amoris, Exer-
iorum Spiritualium libellus, de Paupertate Chri-
Omitto, quæ his similia elucubravit plura
.

Scri-

Scriptores Ecclesiastici.

Seculo I.

Notitiam Patrum Ecclesiæ dedi: nunc da turus sum etiam notitiam Scriptorum Eccle sticorum. Apostoli, et Evangelistæ, qui lil Scripturæ sacræ Novi Testamenti exaran quamvis et ipsi sint scriptores Ecclesiastici, men hi proprie appellantur Canonici, ipso Patres etiam dignitate, et auctoritate antece utpote, divinitus inspirati Scriptores. Horu men libros recensere omisi; quod de his tr tur in Hermenevtica Scripturæ sacræ: quo ego feci in meis Institutionibus Hermenevtici vi Testamenti. In recensendis ejusmodi Scri bus, qui scriptis quidem suis fidei Christian ctrinam illustrarunt, sed inter Doctores Ec non ponuntur, quod vel sanctitate, vel sc rum copia non ita inclaruerint, ibo per s nec tantum vetustiores, ut in præfatione bam, verum etiam ulteriores exponam, q censio plenior fiat. Seculum primum pauc modum scriptores habet præter eos, qui su nonici, aut ad numerum Patrum Ecclesiæ runt: sed et ii, qui sunt, non sunt tame eorum quorum nominibus inscribuntur.

Sunt autem hi: *Hermas*, seu Pastor, tripartitum, habens visiones, statuta, et si dines. Fit Hermæ, discipuli S. Pauli, men eodem Paulo: *Rom.* 16. *v.* 14. non ideo

tum est, ab isto confectum esse hunc librum. timonio Eusebii *lib.* 3. *Hist. Eccl. cap.* 3. in busdam Ecclesiis legebatur publice, ac si esliber Canonicus. At vero Gelasius I. Papa cum ncilio Episcoporum 70. hunc inter apocryphos andavit. Alter est *Dionysius Areopagita*, plusibi habens datos libros, qui a multis habentur germani ipsius Dionysii libri. Melioribus o rationibus negantur ipsius esse. Supra Inutionum harum Part. I. § 9. jam de his sermo . Sunt plurima etiam sub Apostolorum nomini protrusa Evangelia, et alterius nominis scripta, n ipse Christus Dominus sibi habet datam stolam ad Abgarum Regem Edessenorum: quæ o omnia ab Ecclesia rejecta sunt velut apocry. De his egi Institutionum mearum Novi Test. n. I. pag. 229. Apud plures Patres fit etiam ntio librorum Sibyllarum, in quibus quasi icinando multa prædicuntur de Christo. Decem smodi feruntur Sibyllæ, quæ nec eodem teme, neque loco vixerint: Prima *Sambethe* vel ba dicta, ex Persia oriunda et secundum alis Berosi Historici filia, secunda Libyca, ter Delphica, nec non Erythræa, Cumaea, ut erarum nomina præteream, quæ fere omnes ntur aliquid edidisse de Christo. Harum omni celeberrima erat Cumæa. Lactantius *lib.* 1. . 6. ex Varrone refert, ab hac oraculorum umina novem Tarquinio Prisco Roman. Regi ata esse pro trecentis Philippicis, et cum renuishanc pecuniam dare, combustis tribus volumni pro sex eamdem pecuniam petiisse, et cum eo us istud voluisset facere, idem pretium, itea tribus voluminibus in ignem conjectis et exis postulasse: tunc autem pro his Tarquinium, tupefactum admiratione, statim pecuniam il-

lam

lam dedisse. Hi deinde libri magna diligentia conservabantur, et si quando grave aliquod periculum Reipublicæ impendisset, consulebantur. De his libris Sibyllinis fit mentio a Cicerone *lib.* 2 *de Divinat. num.* 111., et 112. De Erythræa Sibylla etiam Constantinus M. in Oratione ad Sanctorum coetum in Concilio Nicæno apud Eusebium Cap. 18. *Divino quodam*, inquit, *instinctu afflata versibus ea, quæ erant de Deo, futura, prædixit, notisque, et ordine primarum literarum, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, historiam de Jesu adventu declaravit.* Ἀκροστιχὶς *hæc quidem est:* Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός. *Jesus Christus, Dei filius, Servator, Crux.* Cujus Acrostichi triginta quatuor carmina refert in eadem Oratione, quorum hæc duo ultima præsertim nimis clara sunt: *Unus, et æternus Deus hic, Servator et idem, Christus pro nobis passus, quem carmina signant.* S. Justinus Mart. in Paraenesi ad Gentes, et plures alii Patres hinc argumentum non dubitarunt petere ad demonstrandam Gentilibus veritatem Christianæ Religionis. At vero hi, quemadmodum Lactantius docet *lib.* 4. *de Vera sapientia cap.* 15. his testimoniis revicti solebant eo confugere, ut dicerent, *non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris ficta, atque composita. Quod profecto non putabit, qui Ciceronem, Varronemque legerit, aliosque veteres, qui Erythræam Sibyllam ceterasque commemorant, ex quorum libris ista exempla proferimus. Qui auctores obierunt, antequam Christus secundum carnem nasceretur.* Ergone illæ Sibyilæ veræ, et divinitus inspiratæ fuerunt? Difficile est hoc credere: attamen non minus per has, quam per Balaamum ariolum *Num.* 23. *v.* 5. et Caipham *Joan.* 11. *v.* 51. potuit Deus vaticinium edere. A Cicerone autem Var-

rrone, aliisque auctoribus Sibyllæ omnino fa-
icæ prædicantur, vaticinium, quod ad Chri-
m pertinuerit, nullum profertur. Quamvis er-
illa Sibyllarum oracula non sint ex integro
ficta, possunt tamen ab aliquo Christiano præ-
tera pietate esse interpolata. Id, quod mihi
am, ut meam dicam sententiam, probabilius
etur. Nam etiam hæc Sibyllarum oracula, quæ
Bibliotheca Patrum exstant, octo libris Car-
num inspersa, authentica non sunt, quemad-
dum etiam Natalis *Hist. Eccl. Sec. I. Dissert.*
propositione 2. demonstrat. Andreæ quoque
llandii in Bibliotheca Patrum Prolegomenor.
p. 16. hæc sunt verba: *Haud inficias ierim,*
raque occurrere in his Carminibus Sibyllinis
pta, falsa, et absurda, quin et Christianæ ve-
ati quandoque adversantia, cujusmodi sunt in-
mis, quæ de regno Chiliastico traduntur, de-
e damnatorum poenis aliquando finiendis. Cer-
autem talia Divino instinctu Sibylla, nec ullus
er scripsit. Idem ergo Gallandius censuit, isto-
m Carminum Sibyllinorum consarcinatorem,
sius etiam hoc est vocabulum) Christianum ex
rcumcisione fuisse, qui sacras utriusque Foede-
paginas perlegerit, probeque calluerit, idque
eo manifeste liquere, ut opus attente percur-
nti nullus dubitandi locus relinquatur. Idem
super istud probat ex horum Oraculorum Si-
llinorum lib. 8. v. 484 ubi se ipse Sibyllista
ristianum esse professus sit, dicens: *Nos igitur*
ncta Christi de stirpe creati cœlesti nomen re-
emus proximitatis, lætitiæ memorem servantes
ligionem, pietatis et veritatis calcantes semi-
s. Sed si jam Cicero, Varro, pluresque alii ante
ristum natum testantur Sibyllina exstitisse car-
ina, eorum igitur inventor, et auctor Christia-
nus

nus non erat, nisi dicamus, ista carmina ab hoc Christiano confecta, esse nonnisi supposita Sibyllis. Si vero hoc est, quomodo sine amentia se potuit Christianum profiteri, quandoquidem nulla illarum Sibyllarum veterum Christiana fuerit? Illa ergo conjectura, meo judicio, videtur verior, Sibyllarum Carmina, et oracula esse a Christiano quopiam interpolata nec consilio provido, Religio enim respuit ejusmodi sui propagationem subtilestis artibus, et infelici ingenio, et qui etiam prodiderit, seipsum hæsisse in ejusmodi sententiis, quæ non sint consentaneæ Fidei orthodoxæ.

Seculo II.

Præter eos, qui Scriptores hujus seculi II. jam memorati sunt in Notitia Patrum, ut Sancti, Ignatius, Justinus, Irenæus, et Hegesippus Prolegomenorum §pho 8. floruerunt hocce seculo hi: *S. Polycarpus* discipulus Joannis Apostoli, et Smyrnensis in Asia Episcopus. Hic scripserat epistolas plures, testimonio S. Irenæi apud Eusebium *lib.* 5. *cap.* 20. Quarum una ad Philippenses solummodo superest, ejus auctoritatis, ut testatur S. Hieronymo de Scriptorib. Ecclesiast. ipsius adhuc tempore in Asiæ conventu legi consueverit. Apologias pro Christiana Religione scripserunt S. Melito Sardensis Episcopus, Tatianus Syrus, Athenagoras Philosophus, Theophilus Antiochenus, Apollinaris Hierapolitanus, Aristides, et Quadratus: quorum jam mentio etiam facta est Institutionum harum Part. 1. §. 14. 15. 46. Melitonis adhuc plura alia fuerunt: sed quorum, sicut et Apologiæ supersunt solummodo aliqua fragmenta apud

l Eusebium, et Anastasium Sinaitam. In li-
Excerptorum ex libris Vet. Testamenti ad
simum, quae Excerpta hujus rogatu fecerat, e
us is posset pugnare adversum Judaeos, etiam
to perscripsit libros, quos Hebraei in suo ha-
nt Canone. In qua tamen recensione non es-
mnia adcurata, nec Melitonis, sed librario-
vitio; in Institutionibus meis Herm. Vet. Test.
ı. II. Cap. 6. §. 39. Cap. 8. §. 49. dixi. In li-
quem is Graece inscripsit, Περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ,
Deo, *qui corpus assumpsit*, istud non praete-
volo testimonium de Christo: *Cum enim idem*
is simul, et homo perfectus esset, duas suas
iras nobis demonstravit, divinitatem per mi-
ula triennio post baptismum patrata, huma-
tem vero suam triginta illis annis baptismum
gressis, quibus carnis vilitas tegebat signa
tatis ejus, quamvis verus ante secula Deus
teret. Haec fragmenta edita, in Bibliotheca
allandio habentur.

Apologeticum etiam *Tertullianus*, praenomi-
Quintus Septimius Florens obtulit pro defen-
e Christianorum Antistitibus Romani Imperii,
enim ipse eos vocavit, ad quos hunc Apolo-
cum suum direxerat. Itaque Imperator in-
igitur, qui eo tempore proprio nomine Se-
us erat, et ii, qui Urbi, et provinciis prae-
iti erant. Fuit Afer, Carthagine natus patre
tili, et cohortis centurione circa a. 160. Scien-
egregie excultus, factus Christianus etiam ad
sbyteratum Carthagine evectus est. Flagrabat
gno Religionis studio, neque tantum haereticis,
um etiam Judaeis, et Gentilibus bellum indi-
at, et ad eos debellandos calamum strinxerat.
vero postea tantus pugil corruit, et lapsus est
in

in heresim Montanistarum. Causam huju
dam solaque suspicione ducti, aut etiam
non bene affecti erga Clerum Romanum
volunt esse: quod ab hoc cum propter se
res mores suos traductus fuisset velut Monta
offensione hac permotus, ut iisdem Clericis
faceret, se se in Montanistarum castra conj
At vero ipse in libro adversus Praxeam
post initium, diserte dicit: *Et nos quidem p
agnitio Paracleti, atque defensio disjunxit a
chicis,* Montanus se Paracletum esse prædi
et pro eo a suis habebatur. Per Psychicos
ro, quod significat animales, designavit O
doxos, quia illa jejunia trium quadragesima
quæ Montanistis erant, subire noluerint,
in ipsis etiam Montanistis reprobaverint. M
nistæ, cum, ut communiter apud hæretico
in plures sectas se divissisent; Tertullianus
que diversum sibi ab aliis gregem instituit,
se inferiorem reputans iis, qui idem ex Mon
stis fecerant. Tertullianistæ, sic enim voca
tur sectatores Tertulliani, non durarunt ult
tatem S. Augustini: quo tempore, ut est
ptum ab ipso S. Augustino *lib. de Hæres.* ii
residui ex ipsis erant, ad Ecclesiam Cathol
redierunt.

Inter Tertulliani Opera, quæ satis num
sa sunt, commemorari præcipue merentur,
logeticus, et de Præscriptionibus adversus h
ticos. In Apologetico, (cap. 4.) recensens
qui Imperatores sævierint in Christianos, a
rone incipiendo, docet, omnes ceteris etia
rebus impios, injustos, turpes, quos et ipsi
mnare consvevissent, et a quibus damnatos
tuere soliti essent. *Vetus erat,* inquit, *decre*

eus ab Imperatore consecraretur, nisi a Se-
probaretur. - - - Tiberius ergo, cujus tem-
nomen Christianum in seculum introvit, an-
iatum sibi ex Syria Palæstina (Pilatum fu-
qui Tiberio perscripserit res actas a Christo
etiam Tertullianus paulo infra in hoc eodem
logetico docet) *quod illic veritatem illius di-*
atis revelarat, detulit ad Senatum cum præ-
tiva suffragii sui. Senatus, quia non in se
averat, respuit. Cæsar in sententia mansit,
ninatus periculum accusatoribus Christiano-
. Idem ejusdem Apologetici Cap. 39. de Agapis
empore apud Christianos usitatis hæc habet:
a nostra, inquit, *de nomine rationem sui*
dit. Vocatur enim Agape, id, quod dilectio
s Græcos est. Inopes refrigerio isto juvamus.
il futilitatis, nihil immodestiæ admittit: non
s discumbitur, quam oratio ad Deum præ-
etur. Editur, quantum esurientes capiunt:
ur, quantum pudicis est utile. Ita saturan-
ut qui meminerint, etiam per noctem ado-
lum sibi Deum esse: ita fabulantur, ut qui
ut, Deum audire.

In libro de Præscriptionibus adversus hære-
s, describit, quid hi in Scriptura sacra fa-
soleant, ut eas eludant. *Ista*, inquit, *hæ-*
s non recepit quasdam Scripturas: et si quas
pit, adjectionibus, et detractionibus ad dispo-
nem instituti sui intervertit; et si recipit,
recipit integras: et si aliquatenus integras
stat, nihilominus diversas expositiones com-
tata convertit. Tantum veritati obstrepit
ter sensus, quantum et corruptor stilus. Va-
præsumptiones necessario nolunt agnoscere
per quæ revincuntur: his nituntur, quæ ex
fal-

falso composuerunt, et quæ de ambiguitate ceperunt. Quid promovebis exercitatissime Scripturarum, cum si quid defenderis, negetur ex diverso; si quid negaveris, defendatur? Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione; nihil consequeris, nisi bilem de blasphematione. Quapropter in disputatione cum hæreticis docebat non esse pugnandum Scripturis, sed revincendos ex Traditione. Apostolos esse a Christo missos in mundum ad promulgandum Evangelium, ab his Ecclesias esse conditas, a quibus etiam aliæ ulterius doctrinam mutuatæ sint. Proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis matricibus, et originalibus conspirat, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, et Apostolorum, et Christi, et Dei.

Hoc, quod generatim Tertullianus de matricibus, et originalibus (sunt vocabula, quibus ipse Tertullianus usus est) Ecclesiis dixit, in principio tenebat, deinde non semper mansit. Neque enim in integritate, quam ab Apostolis acceperant, stabilitatem habuerunt. S. Irenæus *lib. 3. contr. hæres. cap.* 3. Unam Romanam Ecclesiam docuit esse, ad quam propter potiorem principalitatem necesse sit omnes convenire Ecclesias, hoc est eos, qui sunt undique fideles. *Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. v. 18. Qui se a nobis, nova sibi forma Religionis indita, sec. 16. disjunxerunt, nominatim Caveus *in Hist. Liter.* volunt hunc de Præscriptionibus librum, a Tertulliano compositum esse, dum jam ipse etiam factus

Montanista esset, et quod de Præscriptione
·a hæreticos asseveraverit, id totum spectas-
l sectam Montanistarum asserendam. Adver-
hoc, quod dicitur, et quod ita se non ha-
, quemadmodum dicitur, tantum afferam,
in hoc Apologetico Tertullianus profitetur
omana Ecclesia: *Age jam, qui voles curiosi-*
ı melius exercere in negotio salutis tuæ, per-
· Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc
edræ Apostolorum suis locis præsidentur, apud
ipsæ authenticæ literæ eorum recitantur, so-
ɪs vocem, et repræsentantes faciem uniuscu-
e. Proxima est tibi Achaja? habes Corinthum.
ɔn longe es a Macedonia, habes Philippos, ha-
Thessalonicenses. Si potes in Asiam tende-
habes Ephesum: si autem Italiæ adjaces,
: Romam, unde nobis quoque auctoritas
:o est. Felix Ecclesia, cui totam doctrinam
toli cum sangvine suo profuderunt: ubi
ɪs passioni Dominicæ adæquatur, ubi Pau-
oannis exitu coronatur, (Joannis Bapt.) *ubi*
tolus Joannes, posteaquam in oleum igneum
·sus nihil passus est, in insulam relegatur.
ɪmus, quid didicerit, quid docuerit (Eccle-
omana) *cum Africanis quoque Ecclesiis con-*
·arit. Tessera est symbolum bellicum, un-
noscant invicem ejusdem exercitus milites.
si Tertullianus scribens hunc librum, jam
ıisset Romanam Ecclesiam, sique ab hac di-
sset, etiam offensus a Clericis ejusdem Eccle-
anne dixisset sibi quoque, et Afris ab eo
ɔ esse auctoritatem? dixissetne: Videamus
didicerit? quid docuerit? quid cum Africa-
ıoque Ecclesiis contesseraverit? Sibine eam-
cum Romana Ecclesia Fidei tesseram esse
casset? Attamen postea defecit ab Romana

Ecclesia. Quamdiu orthodoxus fuit, orthodoxe sensit. Sed non perseveravit. *Qui se existimat stare, videat, ne cadat.* 1. Cor. 10. v. 12.

Sunt præterea Tertulliani libri *de Baptismo*, de *Pœnitentia*, de *Oratione*, contra *Cultum feminarum*, ad *Uxorem*, quam a secundis post suum obitum nuptiis dehortatur. Tertullianus fuit Presbyter. Hinc volunt ii, quibus cœlibatus in Clero non placet, Tertullianum etiam postquam factus Presbyter esset, mansisse in uxoris gremio. Etiam Episcopi erant, qui habebant uxores, e quibus etiam Paulinum fuisse Nolanum Episcopum supra in eodem Paulino est dictum; sed istis fuisset probandum, Tertullianum habentem uxorem, postquam factus Presbyter est, non destitisse esse maritum, quod S. Hieronymus observatum esse docet. *Institution. harum Part.* II. *pag.* 269. Nam quæ uxor Tertulliano consenserat, ut posset Presbyter fieri observando continentiam; hæc mortuo Tertulliano continentiam perpetuam non professa, poterat postea nubere. De *exhortatione ad Castitatem*, de *Corona militis*, de *Idololatria*, de *Spectaculis*, Contra Marcionem, Praxeam, Valentinianos, Hermogenem, Psychicos, quo nomine Orthodoxos designavit, ut jam dictum est, et quidam alii, sunt adhuc etiam ejusdem Tertulliani libri. Ex his unum solummodo locum adhuc proferam. Adversus Marcionem *lib.* 4. *cap.* 40. asserturus veram carnem in Christo, argumentum duxit ab Eucharistia, utpote, in qua verum existat corpus Christi, et vera caro: siquidem neque in hac posset esse verum corpus, veraque caro Christi, si is verum corpus, veramque carnem non habuisset. Sunt hæc Tertulliani verba: *Acceptum panem, et distributum discipulis, corpus suum illum fecit,*

Hoc

t Corpus meum, *dicendo, id est figura s mei. Figura autem non fuisset, nisi 's esset corpus. Ceterum vacua res, quod ntasma, figuram capere non posset.* Erseruit, in Eucharistia figuram tantum Corhristi esse, non ipsum illius corpus? Adum est ad illa verba ipsius, Rem vacuam, st phantasma, figuram capere non posse. idelicet conclusionem fecerat, Christum n figuram corporis humani habuerit, haverum etiam corpus, quia figura nonnisi inesse possit, non rei vacuæ, quod phanst. Istud vero ab Eucharistia, tanquam a robavit. Nam et in hac esse quidpiam, culis cernatur, et figuratum sit: sub qua vera, atque specie externa existat corpus Christi. Tantum igitur abest, ut in Euchaolam figuram Corporis Christi posuerit, ut lut certum posuisset, verum Christi core in Eucharistia, habens etiam speciem m, hinc in contrarium adversus Marcioncluserit, Christum habuisse verum corn solum phantasma corporis, quia figut speciem habuerit corporis, eo quod fit species non insit nisi vero corpori. Hic inc non quæritur, an Tertulliani fuerit ı argumentatio, sed solummodo ostensum um credidisse Christi verum corpus in Euı non solam ejus figuram. Potest enim fiDivina virtute sola cujuspiam rei figura obtutui proponatur, quemadmodum Angeecie assumpta humana apparuerint, et culinteum fuerit, animantibus plenum, quod vidit Actor. 10. v. 11. quin etiam naturae ea, quæ repræsentantur somniantibus, tum imagines absque subjecta re.

Pantaenus, et *Clemens Alexandrinus*. Ille ex philosopho Christianus, vergente ad finem seculo secundo, scholæ Alexandrinæ præfuit, quæ ut Eusebius *lib.* 5. *cap.* 11. perhibet, ex antiquo more, ut S. Hieronymus dicit *de Scriptorib. cap.* 36. ab ipsius Marci temporibus exstitit, Clementisque magister in eadem schola fuit, cui Pantæno etiam Clemens in docendi munere successit. Pantæni jam facta mentio est supra Part. I. §. 5. Hunc Eusebius *loc. cit.* Virum in Divinis eloquiis exponendis, celeberrimum vocat, et qui multos in Scripturam sacram confecerit commentarios, sed quos absumpsit temporum vetustas. Clemens Alexandrinus Presbyter, Pantæni, ut jam dictum est, discipulus, et in schola Alexandrina successor (eum in finem hæc schola erat instituta, ut Catechumeni in doctrina Religionis instruerentur, in eademque Religione, postquam eam agnovissent, confirmarentur per librorum Scripturæ sacræ prælectionem, et expositionem) istos libros elucubravit: *Exhortationem ad Gentes*. In hac admodum scite, et apte ad Gentilium confutandam vesaniam scribit adversus cultum, quem hi exhibebant suis diis, utpote inter quos cum alia portenta, tum etiam homines coluerint stupris, atque flagitiis inquinatissimos; *Pædagogi libros tres*. In his instruuntur, quomodo vitam deinceps instituere debeant, qui jam erant Religione initiati. Commendatione hi libri dignissimi sunt. *Stromatum libros octo*. Græcum στρῶμα tapetem significat, qui solet variis coloribus affabre contextus esse: quod nomen his libris dedit, quod in ipsis cum Scripturæ sacræ, tum aliorum auctorum, etiam Gentilium, sententias apte inter se contexuerit ad ostendendum, in quo sita esset vera philosophia, contra Gnosticos. Idem, ut cetera

præ-

ætercam, alioquin deperdita, composuit *libros to Hypotyposeων* sive Institutionum ea ratio-, ut quasi oculis spectanda dentur, quæ dicunr. Summam totius doctrinæ Christianæ in his luit exhibere. Non exstant jam hi libri. Phois autem Codice 109. nimis atro colore illos pinxit, impios, fabulosos sermones, et blasiemiarum portenta vocans, quæ in his libris a emente scripta sunt, speciatimque, materiæ, qua mundus factus sit, æternitatem, Filium ei esse unum e rebus, quæ creatæ sint, aniam hominum migrare de corpore ad corpus, te hunc mundum jam fuisse plures mundos nditos, ei tribuit, quæ asseruerit. At vero de s S. Hieronymus de Viris Illustribus, *Quid in is*, inquit, *libris indoctum? imo, quid non e edia philosophia est?* S. Cyrillus Alexandr. *lib. et* 7. *cont. Julian.* eumdem laudat, quod Apoolos ubique sequatur, Theodoretus quoque *lib. Fabular. hæreticar. cap.* 6. eumdem Clemenm virum sanctum appellat, qui doctrinæ abunntia omnibus antecelluerit. Quin ipse Photius iam *Cod.* 111. de eodem Clemente asseruit, mul- eorum, quæ in Hypotiposeων libris habet, in iis libris ab eo refutari. Ergo quod Photius pri- de Clemente dixit, id retulit nonnisi, quemlmodum reperit in quopiam Hypotiposεων illius emplari, eoque corrupto, idque ut facile conctu est per Arianos, qui hoc in genere, ad um fulciendum dogma, eo tempore summi arices erant. Macula attamen hæc Clementi inua quamvis injuriose, tamen fecit, ut in Martyologio illud erga eum actum sit, quod in Prætione ad Notitiam Patrum jam dictum est, rido examine, ne quis in albo Sanctorum ponetur, cujus non satis explorata esset sanctitas. Us-

Usque ad annum circiter 217. Clemens vitam produxit.

Hegesippus, quem vicinum Apostolicorum temporum S. Hieronymus de Scriptorib. Eccl. cap. 22. testatur fuisse, scripsit libros quinque Commentariorum rerum Ecclesiasticarum, sive ut ille expressit πράξεων, Actorum. De quibus jam et dictum Prolegomenor. Cap. 1. §. 8. Ex his, ut ibi dictum est, suam Eusebius primorum seculorum hausit historiam: quæpiam etiam fragmenta ex eodem Hegesippo, videlicet de Martyrio Jacobi fratris Domini, de persecutione propinquorum Servatoris Christi, de Simeonis martyrio, et de quibusdam adhuc aliis rebus conservavit. Postquam in iisdem Prolegomenis Scriptores historiæ Ecclesiasticæ præcipuos ad nostra usque tempora jam recensui, hos nunc denuo inter Scriptores memorare quandoquidem superfluum esset, proinde istorum jam nunc mentionem facturus non sum, nisi fortasse strictim.

Seculo III.

Origenes, qui et Adamantius, et nonnunquam etiam Χαλκέντερος quod pectus æreum habentem significat ab immenso labore, quem impendit exarandis libris Alexandriæ circa a. 185. natus est patre Leonida, qui in persecutione Septimii Severi martyrio coronatus est. Ad Leonidam Religionis causa jam captum, et in carcerem conjectum Origenes scripserat: *Cave tibi*, inquit, *ne propter nos aliud quid cogites*, ut est scriptum ab Eusebio lib. 6. cap. 1. Ne videlicet uxoris, et

pro-

um, quas præter Origenem natu maximum, unc tantummodo adolescentem, sex habebat, , et sollicitudine tactus deficeret a constan- Et ipse Origenes ardore martyrii subeundi isset e domo, seque persecutoribus obtulis- nisi mater, quæ nullis eum precibus retine- oterat, vestes eidem subtraxisset, et abscon- t. Pater autem pueruli, dum dormiret, so- t pectus crebro osculari, velut habitationem itus sancti, cujus summam aviditatem in Sa- literis percipiendis, et docilitatem experieba- Paternis bonis in fiscum redactis, Gramma- n docuit, unde matri, et prolibus vitæ sub- compararet: deinde autem etiam Clementi, uo sermo fuit paulo ante, successit in scho- lexandrina: neque tantum Christiani ad eum luxerant audiendum, verum etiam Gentiles, etiam philosophi, cujus admirabantur inge- n: ob sexum vero alterum, qui pariter ad scholam veniebat, ut suspicionem malæ rei averteret, virilitate se privavit.

Quo instructior evaderet ad Scripturam in- gendam, et interpretandam, lingvæ Hebrai- cognitionem sibi comparavit. Ab Ambrosio opulento, quem ex Valentinianorum secta raxerat, magnopere deinde adjutus, septem rios, totidemque librarios sibi habuit datos, sque pecunia solutos, quorum illi sermones genis celeri calamo exciperent, hi autem eos- describerent. — Demetrium Alexandrinum scopum non sibi faventem expertus, cujus am eruditionis gloriam non satis æquis ocu- dspiciebat, in Palæstinam se receperat, unde revocatus ad munus suum ab eodem Deme- , postea denuo fugit, dum Caracalla Impera- tor

tor Alexandriam veniens, immisso milite cædem ingentem Alexandrinorum perpetrasset. Getam, fratrem suum, non ferens sibi datum a patre Septimio Severo consortem Imperii, in matris gremio, ad quod confugerat, manu sua confoderat. Caracalla propter hanc cædem fratris cum male audivisset apud Alexandrinos, idcirco hanc de illis vindictam sumpsit. Cum igitur rursus se Cæsaream Palæstinæ contulisset, Presbyter a Theoctisto creatus est, et munus docendi ibi exercuit, etiam Episcopis, ipso etiam S. Gregorio Thaumaturgo, et Athenodoro, ejus fratre, ad eum audiendum venientibus. In Arabiam ab Episcoporum concilio vocatus fuit adversus Beryllum Bostrensem Episcopum, asserentem, Christi distinctam a Patre personam non fuisse, antequam inter homines versatus fuisset: etiam ad alios Episcoporum conventus vocatus erat, in quibus negotia tractabantur Religionis, utpote, qui testimonio S. Hieronymi in Catalogo *Secundus Ecclesiæ magister post Apostolos* diceretur: quin a Mammæa quoque Alexandri Imperatoris matre Antiochiam accitus fuit, cupida ex eo audiendi Christianam Religionem. In Deciana persecutione diu cruciatus in carcere, ad ejus constantiam labefactandam, Decio sublato dimissus postea anno ætatis 69. Christi 254. Tyri decessit.

S. Epiphanius *hær.* 64. dicit in eadem persecutione, ne rem etiam impudicam pateretur, thus diis adolevisse: quod tamen alii Scriptores partim silentio, partim aperte negant. Nam Pamphilus, qui martyrio affectus est a. 308. et cum eo plurimi alii, quemadmodum est scriptum a Photio *Cod.* 118. perhibent Origenem martyrio perfunctum esse sub Decio. In hoc vero testimo-

›nio Pamphilum errore lapsum esse ponunt, orum Criticorum sententia est, Origenem omni- thurificasse idolo secundum S. Epiphanium, jus testimonio Origenes dicitur post Decium nnisi sub Gallo a. 254. mortuus esse. At enim- -o si Pamphilus, utpote unus, labi errore po- t, estne tamen hoc credibile de illis aliis plu- nis, qui testimonio Photii idem literis prodide- nt? Et Pamphiline, cui etiam de facie potuit e notus Origenes, qui etiam ex professo de eo ipsit, utpote in apologia pro eo, testimonium bet cedere testimonio Epiphanii, qui nonnisi st mortem Origenis natus est? Nec hinc con- uens etiam est Origenem, qui sub Decio dici- r a Pamphilo pertulisse martyrium, non esse ›rtuum sub Gallo. Quis enim tam rudis est, i nesciat Martyres eos etiam esse habitos, qui ristum non tantum confessi erant, sed etiam circo excruciati, quamvis in vita relicti essent? ot habemus S. Cypriani epistolas datas ad Mar- res? Ad eosne Martyres has misit, qui jam ad lum evolarunt?

Opera Origenis maximam partem consistunt homiliis, et commentariis, quibus Scripturæ cræ libros interpretabatur. S. Epiphanius *hær.* - habet sex millia librorum esse, quos Orige- s reliquerit: quem eumdem numerum cum am Rufinus jactasset, hunc S. Hieronymus lib. contra eumdem Rufinum remisit ad Volumen tium Eusebii, in quo indicem librorum Ori- nis descripserit, et in quo nec tertiam partem us numeri reperturus sit. Sumptæ autem ad nc etiam numerum sunt seorsim illius homiliæ, epistolæ. In suis Commentariis multum philo- phatur, philosophis, quos etiam instruebat, se

se adcommodans, atque hac ratione conatus ipsos attrahere ad Christianam Religionem, quod in permultis ei ita successit, ut mortem etiam pro Christo paratissimo animo susceperint, ideoque allegoricos sensus, quibus ii delectabantur, sequebatur. Ad eumdem, quem in Scriptura sacra, impendit laborem, pertinent etiam illius Tetrapla, Hexapla, et Octapla. De his, quoniam in Institutionibus Hermenevticis tractari solet, atque ipse etiam in iisdem egi, non duco necessarium hic pluribus agere.

Ex aliis Operibus Origenis, quæ etiam permulta, et varii argumenti sunt, inprimis memorabiles sunt contra Celsum philosophum Epicureum, qui scriptis suis impetierat Christianam Religionem, libri octo, quibus titulum dedit ἀληθὴς λόγος, *Verus sermo.* Veritatem Christianæ Religionis demonstrat ex vaticiniis, de Christo factis, per eumque impletis, et ex miraculis, ab eo patratis, inprimis ex ejus a morte resurrectione, quam nemo possit negare: dumque Celsus jactasset sibi quoque Gentilium suppetere vaticinia, et prodigia, docet hæc non fuisse vera. Eidem Celso dicenti, Christum, si vere a morte surrexisset, debuisse se Judæis ostendere ad illos revincendos; respondit, hoc Christum illis abunde præstitisse per Apostolos, qui virtute miraculorum hanc testati ipsis resurrectionem Christi sint. Divinam deinde Christi virtutem ex eo probat, quod universum orbem ad sui cultum, suamque doctrinam attraxerit, quod sine Deo, inquit, habere successum non potuisset, et superare obstacula, Imperatoribus, et Senatu Romano, et omnibus omnium populorum Principibus nomen Christianorum delere conantibus, quin tamen hoc perficere potuerint.

t. Ex Celsi objectionibus apud Origenem, et ani Apostatæ apud S. Cyrillum Alexand. de brevi etiam sequetur, neque enim Celsi, et ani opera supersunt, sumpserunt sibi fere ia arma, qui duobus circiter ab hinc secu- nsurrexerunt adversus revelatam Religionem, i Deistæ, Naturalistæ, aliisque compellati no- ibus orti ex ipsis Christianis.

Alteri Origenis libri quatuor sunt περὶ ἀρχῶν *Principiis*, qui causa magnorum tumultuum unt, et erroribus etiam contra fidem occasio- præbuerunt In his libris habuit scopum vellere principia illarum hæresum, qui (Va- iniani, et Marcionistæ hi erant) ut malorum, in hoc mundo contingunt, causam explica- , statuerunt, duo esse rerum principia, ali- bonarum, aliud malarum. Contra quos Ori- es asserebat, Deum unum esse, natura sua um, et immutabilem: hominem vero ipsum mala accersivisse propria culpa, dum facul- agendi bene, sibi data a Deo, abusus est ad e agendum. Sed dum sic in ipsius hominis ntate constituit fontem malorum, imo etiam orum, ut peccatum originale omiserit habere oculos, totumque ingenio suo se commisis- in illo fonte malorum, et bonorum explican- quem ponebat in hominis voluntate, atque c derivaret bona, et mala, quæ homini con- gunt; abreptus est ad adserenda multa abso- Nam hoc est, cur S. Hieronymus dogma gii in epistola ad Ctesiphontem, ejus discipu- , scripserit: *Doctrina tua Origenis ramuscu- est.* Idem S. Hieronym. Epist. 61. ad Pamma- m ista refert ex Origenis libris περὶ ἀρχῶν, et t ipsius Origenis assertiones. *Sicut incongru-*

um

·um est dicere, quod possit Filius videre Patrem, ita inconveniens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium; secundum, quod in hoc corpore, quasi in carcere sunt animæ relegatæ, et antequam homo fieret in paradiso, inter rationales creaturas in cœlestibus commoratæ sunt; tertium, quod dicat et diabolum, et dæmones acturos pœnitentiam aliquando, et cum Sanctis ultimo tempore regnaturos; quartum, quod tunicas pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam, et ejectionem de paradiso Adam, et Eva induti sunt, haud dubium, quin ante in paradiso sine carne, sine nervis, et ossibus fuerint; quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumque compagem, et sexum, quo viri dividimur a feminis, apertissime neget; sextum, quod sic paradisum allegorizet, ut historiæ auferat veritatem, pro arboribus angelos, pro fluminibus virtutes cœlestes intelligens; septimum, quod aquas, quæ super cœlos in Scripturis esse dicuntur, sanctas, supernasque virtutes; quæ supra terram, et infra terram, contrarias, et dæmoniacas esse arbitretur; Octavum, quod extremum objicit, imaginem, et similitudinem Dei, ad quam condita fuerat, dicit in homine post paradisum deperditam fuisse. Hæc, et quædam alia Origenis refert; censet in libro 1. et 2. contra Rufinum, uti Dei Filium creaturam, Spiritum S. Dei ministrum esse, in restitutione omnium, quando indulgentia principalis venerit, angelos, daemones, animas omnium homium tam Christianorum, quam Judæorum, et Gentilium unius conditionis, et mensuræ fore: iterumqne deinde futurum alium mundum, et alia corpora, quibus labentes de cælo animæ vestiantur. Ignes autem æternos

quos

s intelligere solet Origines, puto, quod te fugiat, inquit, conscientiam videlicet peccam, et pœnitudinem interna cordis urentem. demum subjecit: *Hæc, in Origenis libris ego etica doceo: tu ostende, in quo ejus opere his raria legeris.* De eodem Origene etiam S. phanii lib. de Pond. et Mens. hæc sunt ver- *Et de Fide perperam sentit, et infinita Scri-æ loca prava interpretatione corrumpit.*

* Origenes non tantum Rufinum, verum etiam ebium lib. 6. Hist. Eccl. cap. 34. patronum tus est, et encomiasten in Pamphilo Martyre, pro eo apologiam scripsit. Rufinus libros Pe-chωv e Græco in latinum vertit, sed haud ere aliis omissis, aliis interpolatis, vel etiam tatis, aut additis. Quam Rufini fraudem ut de-eret, et Origenis monstraret errores, S. Hie-ymus aliam versionem latinam eorumdem li-rum Periarchωv fecit, quæ versio haud su-est, nisi fortasse alicubi delitesceret, et adhuc traheretur, quod in multis jam antiquo-a libris, etiam ætate nostra contigit. Sed ne-s in Græca Origenis lingva habentur. Etiam entiore memoria plures operam posuerunt in gene defendendo, et ab erroribus vindicando, r quasi his ejus libri carerent, sed qui corru-per hæreticos, et interpolati sint. Hoc omni-potuit accidere, ut etiam in S. Hieronymi, rumque libris persæpe evenit: et ipsius Ori-is epistola ad Amicos Alexandrinos apud Six-a Senens. *Biblioth. lib.* 4. profertur, qua que-s sit se ferre calumniam, dum circumferretur ersus Ecclesiæ Fidem disputasse. Attamen in etiam epistola ad Fabianum Papam incusa-at Ambrosium, fautorem suum, cujus jam fa-

cta

cta mentio est, quod per eum prolata in lucem essent, quæ ipse voluisset in secreto teneri, et poenitere se ostendit, quod ea scripsisset, de quibus accusabatur. Sua igitur confessione reus tenetur Origenes. Sed et iidem errores prolati adversus eum sunt in Synodo Constantinopolitana Oecumenica V. sub Vigilio Papa, atque ob hos damnatus est. Id, quod demonstratum est supra Part. II. §. 20. Ex eius libris secta etiam Origenistarum pullulaverat, de qua jam pariter modo citato loco actum est.

Hujus seculi tertii reliqui memorabiliores scriptores sunt *Minucius Felix*, Causidicus Romanus fuit non ignobilis, ut Lactantius *lib.* 1. cap. 11. de eo scripsit, si tamen inscriptio non mentitur auctorem, ut est scriptum a S. Hieronymo in epistola ad Magnum de Octavio, quod Minucii Felicis nomen gerit. Est autem hic Octavius dialogus inter Cæcilium Natalem ethnicum, et Octavium Januarium Christianum de Religione, inter quos velut arbiter positus est Minucius Felix. Inanitatem deorum, quos Gentiles colebant, ita Octavius evicit, ut ei Cæcilius victas manus dederit, attamen ut etiam se de errore, in quo fuerit, triumphasse gloriaretur. *S. Hippolytus Martyr*, et Episcopus Portuensis Chronicon Romanorum Pontificum scripsit usque ad a. 234. Idem confecit Canonem etiam Paschalem annorum 16. Disputatur autem num Portus Romani in Italia fuerit Episcopus, vel Portus in Arabia, pariter dicti Romani, quod ad eum Romani et ex Italia venientes naves solitæ essent appellere. Anno 1551. in agro Verano eruta est ejus Cathedra marmorea, habens ipsius etiam sedentis in eo effigiem, et Canonem ab eo repertum Pa-

:halem, ex quo etiam agnitum est, hanc ejus effigiem, et Cathedram. In bibliotheca Vana conservatur. Scripsit etiam Commentarios Scripturam sacram, pluraque alia ei tribuun- Sola vero illius Operum fragmenta quæpi- supersunt.

Ammonius Alexandrinus, dictus *Saccas* a :is, quorum frumento impletorum bajulum a- at. Post autem factus philosophus, omnes : ætatis philosophos superavit: Christianus ve- et ex Christianis parentibus natus erat. Scri- t librum de consensu Moysis, et Jesu, quod gnopere celebrabatur, Harmoniam Evangelio- n, et Canones Evangelicos, quem deinde Eu- ius secutus in ejusmodi Canonibus conficiendis videndum uno obtutu de quibusnam rebus res Evangelistæ tractent, et in quibus videan- dissonantiam aliquam inter se habere. *Julius ricanus* cujus, testimonio Eusebii *lib.* 6. *cap.* quinque erant libri de Chronographia, accu- issime conscripti ut idem perhibet Eusebius, orum jam etiam facta mentio est in Prolego- nis. Scripsit præterea epistolam ad Origenem, ı eum consuluit verane habenda esset narratio Susanna in libro Danielis, quod ei asseruit igenes, et alteram ad Aristidem, in qua di- idat genealogiam Christi, descriptam ab Evan- istis. *Dionysius Alexandrinus* Episcopus, qui itur etiam inter Sanctos, habet epistolas cum quosdam alios, tum ad Dionysium Papam, in a accusatus a Pentapolitanis de errore Sabellii .m innocentiam egregie vindicavit. Supra Part.). 17. *S. Gregorius cognomento Thaumaturgus* multitudinem miraculorum, quæ Deus per n patravit, reliquit Metaphrasin, id est, ex-

po-

positionem in Ecclesiastem, et epistolam Canonicam de Lapsis, a Synodo VI. generali approbatam. Inter Opera Patrum Scriptum etiam velut ipsius habetur de mysterio SS. Trinitatis, quod confecerit dictante S. Joanne Apostolo. De hoc, et de pluribus aliis a Gregorio gestis dictum jam est supra Part. I. §. 27.

Seculo IV.

Præter Patres Ecclesiæ, quos jam in eorumdem Notitia recensui, SS. Athanasium, Cyrillum Jerosolymitanum, Ephremum, Basilium M. Gregorium Nazianzenum, et Nissenum, Epiphanium, Ambrosium, Joannem Chrysostomum, hi celebriores Scriptores fuerunt: *S. Philastrius* natione, ut probabilius est, Italus: qui ad Presbyteratum provectus, totum fere orbem circumivit ad convertendos hæreticos, et gentiles, quos ex hæreticis plures, etiam Romæ, ad Ecclesiam reduxit. Factus Episcopus Brixiensis Auxentio, Episcopo Mediolanensi Ariano, se fortiter opposuit: Ambrosioque ad Episcopatum evecto perquam familiaris fuit. Scripsit librum de Hæresibus. Circa annum 387. decessit. *Arnobius* gente Afer apud Siccam Veneriam, mediterraneam Africæ urbem, rhetoricam cum docuisset, scriptis suis acriter impetebat Christianam Religionem. Quam cum postea ipse etiam veram esse agnovisset, ab Episcopo tamen Baptismum obtinere non poterat, quod ei fidendum non existimaret, priusquam e contrario stilum vertisset adversus Gentiles. Non sunt omnia scripta ab eo de Christiana Religione accurate. Nec mirum, qui scripserit nondum ipse bene

bene instructus in Religione. Libri ipsius septem adversus Gentes exstant etiam hodie, typis sæpius variis in locis recusi. Hos libros composuit, et edidit circa a. 303. non deterritus quantumvis erumpente jam persecutione, quam omnium sævissimam excitavit Diocletianus. *Lactantius Firmianus* ex Italia oriundus, vel ut alii volunt Afer, Arnobium magistrum in Africa habuit. Cum elegantis ingenii specimina celeriter dedisset edito etiam opusculo, quod *Symposium* appellaverat, a Diocletiano Nicomediam accitus est, ubi rhetoricam doceret. Excitata persecutione ab eodem Diocletiano, duos libellos, quos Φιλαλήθεις inscripsit, hoc est *Veritatem amantibus* contra Hieroclem Bithyniæ Præsidem, qui illam persecutionem admodum naviter exequebatur. Constantinus, postquam factus Imperator est, in Galliam evocavit Lactantium, ut Crispum filium primogenitum latinis literis erudiret. Plus valuit Lactantius in Gentilium erroribus refellendis, quam in Christianæ Religionis veritate asserenda. Quamobrem de eo S. Hieronymus in Catalogo: *Utinam*, inquit, *tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.* Lactantii opera, quæ exstant, sunt *Institutionum libri* 7, contra falsitatem ethnicæ, et pro veritate Christianæ Religionis, *de Ira Dei, de Opificio Dei, de Mortibus persecutorum.* Librum contra Gentiles scripsit quoque *Julius Firmicus Maternus* viri Clarissimi nomine in Mss. decoratus cum hac inscriptione: *De errore profanarum religionum*, quem Constantio, et Constanti Augustis nuncupavit, docens indignum esse, Romanum Imperium ulterius fœdissimo Gentilium errore commaculari. Superest etiam iste

historiam Prolegomenorum Cap. 1.
factæ observationes sunt, nec non
character, et fueritne ex asse ortho
ter hanc autem historiam libris 10.
sam, est ejus *Chronicon* in duas pa
in quarum priore de Origine omniu
tium tractat, in posteriore Canonem
nicum docens res quæque, quo anno
Præparationis Evangelicæ libros 15,
tionis Evangeliæ libros 20. e quibu
nisi decem supersunt; in quibus p
Judæis agit ad veritatem Christianæ
demonstandam, *Libros* 4. *de Vita*
M. de Locis Hebraicis, *Canones Sac*
geliorum decem, quorum in Scriptor
jam facta mentio est, *Apologiam pr*
libris 6, e quibus tamen solus prim
Commentarios in Psalmos, *et in*
quædam adhuc alia. Circa annum 3
ctus est.

S. Amphilochius, postquam in
ticæ solitudine cum Basilio, et Greg
xisset, Episcopus factus est Iconii,
polis Lycaoniæ fuit. Dum Theodos
gnomento Magnus a. 381. legem stat
sus hæreticos, ut Ecclesiæ iis solum
rentur, qui cum Episcopis quos

io post cum in Synodo ab Imperatore pe-
, ut Arianis etiam conventicula interdiceren-
is vero negasset; Amphilochius ad palatium
·atoris venit: cumque Theodosium more so-
eneratus fuisset, Arcadium vero patri ad-
m insalutatum reliquisset, istudque Theo-
; indigne tulisset, *Vides Imperator*, ait
ilochius, *te filii tui contumeliam ferre non*
Crede igitur, Deum quoque eos adversa-
tque odio habere, qui Filium ipsius unige-
blasphemant. Theodosius in admirationem
s statim, quod erat petitum, præstitit. *So-*
t. lib. 7. *cap.* 9. Erat charissimus S. Basi-
. quem summis laudibus ornat in suis epi-
, quas frequentissimas ad eum dabat, in
gravibus solitus eum consulere, quem S.
nymus quoque in epistola ad Magnum cum
ı Basilio, et Gregorio Naz. comparavit. Mul-
ıs opera memorantur a veteribus scriptori-
quæ jam non exstant, et de his quoque, quæ
ı illius præseferunt adhuc existentia, dubi-
Critici, an vere ipsius sint.

. *Eusebius* Episcopus Vercellensis pro de-
ne Fidei contra Arianos exilium, et mul-
versitates perpessus, fecit versionem Com-
rii in Psalmos Eusebii Cæsareensis, plures
abet epistolas, quarum una etiam ad Con-
ım Imperatorem fuit scripta. *Lucifer Cala-*
ts, in Sardinia Episcopus, in exilium et
ctus a Constantio schismatis, quod ab ejus
ıe Luciferianorum dictum est, ferebatur
:: ipsene vero schisma fecerit, est expen-
upra Part. I. §. 72. Ejus exstant libri duo
ıstantium Imp. et quædam alia. *S. Phœbadius*,
ıi in Aquitania Episcopus, in Ariminensi

lens Mursorum Episcopus addita clau
psit librum contra Arianos, et quæda
opuscula: sed ille solum, non ista ex
tus Milevitanus in Numidia Episcop
mus Donatistarum oppugnator, scrips
ptem adversus Parmenianum Episcop
starum, qui erant Carthagine. *S. Pa*
psit contra Novatianos. Fuit Barcel
pus in Hispania. Tres autem epistolæ
scriptæ adversus Novatianos, quas li
S. Hieronymus in Catalogo. Habet
reneticum ad pœnitentiam, librum
ad Catechumenos, qui vero jam non
non alterum, cui nomen dederat *Cer*
vero Cervum, vel Cervulum libro suo i
Fuit hoc ludi genus quoddam, quod
Gentilium venerat, et in quibusdam
stianis continuatum erat non tantum
verum etiam in Gallia, Africa, et alibi.
antecessit Calendas Januarias solebant
duti diversarum belluarum, atque e
rum discurrere per urbem cum obsc
lenis, et actionibus petulantibus. Qu
gustinus Serm. 215. de Temp. *Si adh*
agnoscatis aliquos illam sordidissiman
nem de hinnula, vel cervula exercere,
sime castigate, ut eos poeniteat rem

Christianum habendum esse, qui illud ageret, quod ad honorandum Janum pertineret. Nec iste liber *Cervus* jam superest.

Rufinus Toranius, Aquilejensis monachus, et Presbyter. De hoc jam dictum supra in S. Hieronymo est, fuisse hujus amicum, deinde vero adversarium, dum et ipsi Hieronymus cœpisset adversari ob ea, quæ in ejus doctrina observaverat non orthodoxa. Origenis erroribus, et Pelagii se se inquinaverat. Ex Italia in Orientem profectus plures annos moratus in Aegypto a Didymo Alexandrino videtur illos hausisse, quem et S. Hieronymus, ut supra vidimus se testatur audivisse, sed cavendo, ut quod sciebat, illo docente, non perderet. In Oriente ab Arianis etiam vincula pertulerat. Reversus in Italiam cum fuisset, ob male olentem doctrinam non solum apud Hieronymum, verum etiam alios notam incurrit. In Hieronymum vero idcirco exarsit maxime, et Invectivam adversus eum vulgavit conatus illum in crimen vocare perversæ doctrinæ. Hieronymus vero illius Invectivæ duos libros Apologeticos opposuit semet ita defendens, ut ei sycophantiam etiam vitio dederit: proscissusque a Rufino immerito, et traductus eidem id reddidit, quod meruerat. Suam vehementiam in eos, quos videret Fidem corrumpere ipse Hieronymus non diffitebatur. *Supra in Hieron.* Rufinus Hieronymo ausus est per epistolam mortem etiam minari a potestate seculari inferendam, videlicet, quam ei procuraturus sit. Ab Anastasio Papa a. 401. Rufinus Romam ad causam dicendam evocatus fuit. Male sibi conscius non comparuit, sed tantummodo per apologiam se se excusare nitebatur. Anastasius vero

Papa velut affectum erroribus hæreticis damnavit. Circa a. 410. Aquileja fugiens, ab Alarico Rege Gothorum capta, in Siciliam se recepit, ubi eodem, vel subsequente anno decessit. Præter illam Invectivam, quæ jam memorata est, habet Historiæ Ecclesiasticæ libros duos, Expositionem Symboli ad Laurentium Episcopum, Apologiam pro Origene, cui errores criminis dantur, quibus ejus libri tantum sint depravati per alios. Epistolam seu apologiam pro fide sua ad Anastasium Papam, et Commentarios in plures Scripturæ sacræ libros, nec non versiones cum librorum Origenis, tum etiam quorumdam aliorum e Græco in Latinum.

Didymus, iste idem, cujus auditor erat S. Hieronymus, et Rufinus, quamvis a puero cæcus scientias fere omnes didicit, ideoque in magna admiratione habitus, etiam libros dictavit de Spiritu sancto, Enarrationes in Epistolas Canonicas, et librum adversum Manichæos. *Titus* Episcopus Bostrensis in Arabia, intrepidus etiam adversus Julianum apostatam, ejusque technas, composuit contra Manichæos libros tres, et nonnullos Commentarios in Scripturam. *Fabius Marius Victorinus* natione Afer, postquam magna cum gloria Romæ Rhetoricam docuisset, et ex Gentili factus Christianus fuisset, qua ratione, et quam animosa Christianæ Religionis professione, demonstratum est supra Part. I. §. 71. plura etiam deinde elucubravit magis tamen, ut effunderet suum affectum erga Religionem, quam satis solide. De eo S. Hieronymus Procemio in Epist. ad Galatas: *Occupatus ille*, inquit, *eruditione secularium literarum, Scripturas omnino sanctas ignoravit: et nemo possit, quamvis*

elo-

quens, de eo bene disputare, quod nesciat. no Episcopus Veronensis, cujus S. Ambrosius minit epistola 64. habet Sermones 90. in dirsa Scripturæ loca, et de variis argumentis Religionem pertinentibus. *Macarius senior*, gnomine Magnus, discipulus Antonii Magni mposuit Homilias 50, de Integritate, quæ ceat Christianos, quas in Thesauro suo Asceo edidit Petrus Possinus Soc. Jes. Tolosæ a. 584.

Seculo V.

Jam superiore, et isto quoque sæculo floerunt celeberrimi Ecclesiæ Doctores, SS. Austinus, Hieronymus, Leo M. Cyrillus Alexand. etrus Chrysologus, Prosper Aquitanus: de quiis jam in Notitia Patrum actum est. Qui hoc culo historiam scripserunt de Ecclesia, et reis in ea gestis pariter jam memorati sunt Progomenorum Cap. 1. §pho 9. Socrates, Sozomeis, Theodoretus Episcopus Cyri in Syria, Philoorgius, Theodorus, Sulpicius Severus, et Paus Orosius. *Theodoretus* autem præter libros inque Historiæ Ecclesiasticæ confecit commenrios in complures Scripturæ sacræ libros, et rmulta quoque in eadem Scriptura quæstioem habentia per quæstiones sibi positas diluciivit, et explicuit. Scripsit quoque libros 5. æreticarum Fabularum, item contra Anathemamos Cyrilli adversus Nestorium, utpote huic iquamdiu addictus, nec non Sermones, epistos, et alterius generis opuscula. *Isidorus Peluota* a Pelusio civitate Aegypti sic vocatus, in cu-

cujus vicinia monasticam vitam vixit. Scripsit librum adversus Gentiles, et contra Fatum, Epistolarumque tres chiliades, si Suidæ credimus. Quæ autem jam etiam habentur editæ, sunt bis mille, et tredecim. Breves sunt, et elegantes, Scripturæque sacræ loca in his permulta egregie dilucidantur. Erat discipulus S. Chrysostomi. Reliqua præter epistolas desiderantur. *Marius Mercator* vixit in Africa, an tamen Afer fuerit, vel Italus, in dubio est. Scripta vero illius produnt rerum Africanarum habuisse præstantem notitiam. Fuit S. Augustini perquam studiosus, eidemque charus, utpote, qui se cum illo junxerit in debellandis Pelagianis. Idem etiam Nestorianos insectatus est vehementer suis scriptis. Permulta etiam quæ a Nestorio ejusque asseclis scripta sunt, nec non et illa, quæ contra Nestorium e Græco in Latinum vertit.

Joannes Cassianus Scytha origine, natus Athenis, discipulus S. Chrysostomi, quem is Diaconum a se ordinatum cum Germano Presbytero Romam ad Innocentium Papam miserat, cum ad hunc causam suam detulisset actus in exilium, a quo Romæ etiam ad Presbyteratum promotus fuit. Massiliam deinde se contulit, ubi duo monasteria, alterum virorum, alterum feminarum exstruxit. Scripsit de Christi incarnatione libros 7 contra Nestorium, libros 12. de Institutis Cœnobiorum, Collationes Patrum 24. In harum decima, et tertia errores Semipelagianismi commisit. Contra quem idcirco S. Prosper librum scripsit sub titulo Contra Collatorem, eumdem Cassianum designans: prout hoc jam etiam in eodem Prospero dictum est. *Vincentius Lirinensi* fuit Gallus, militiam primum secutus, deind

mona-

›nachus factus est in Lerinensi monasterio, et Presbyteratum evectus; Scripsit Commonitom adversus hæreticos, opus egregium. S. Pro-r habet librum sub hoc nomine: *Responsio-. ad Capitula Objectionum Vincentianarum.* objectionibus impetita doctrina S. Augustini Prædestinatione, et libero arbitrio, earum- auctor est Semipelagianus. Jamne vero, quia en congruit, iste erat Vincentius Lirinensis? omnino ita autumant, alii vero contra. Ba-ius, et alii, qui tuentur Vincentium Lirinensem hac labe, dant has Objectiones Vincentio, qui nadii familiaris fuerit, pariter Presbyteri Mas-ensis, et extremis annis seculi quinti vixit, ote qui Catalogum suum de Scriptoribus Ec-iasticis a. 495. terminaverit, et quo proinde ge ante jam illæ tam Objectiones, quam etiam sponsiones Prosperi ad has exstiterint, et ex a temporum collatione pars adversa Vincen-m Lirinensem habens Semipelagianismo tinctum isse, victoriam sibi adscribit. Quamvis vero e Vincentius, qui cum Gennadio vixit, non auctor harum Objectionum, nondum tamen quitur, factas esse a Vincentio Lirinensi, cum n repugnet præter istos duos fuisse adhuc ali-ı Vincentium, cujus illarum objectionum par-s fuerit. Nec cum indole Vincentii Lirinensis jectiones hæ, quæ ingenium sapiunt, et proter-m hæreticam, congruunt, utpote adversus quam rtissime pugnaverit in suo Commonitorio. *In biis, et incertis rebus*, ait S. Gregorius Naz. rat. 21. *ad benignitatem, et humanitatem pro-nsiores simus, eosque, qui in culpa sunt, ab-lvamus potius, quam condemnemus. Malus im celerrime adducitur, ut bonum etiam virum ndemnet; contra vir probus ne malum quidem*

fa-

facile condemnaverit. Qui enim ad vitium minime proclivis est, is nec facile ad malum de aliis suspicandum movetur. Gennadius, cujus modo facta mentio est, habet etiam librum, de Fide, et dogmatibus Ecclesiasticis. *Victorius*, vel ut vocatur a quibusdam, Victorinus, Aquitanus a. 457. edidit Canonem Paschalem ad determinandam diem, qua Pascha celebrandum sit.

Seculo VI.

Hoc seculo Ecclesia refulsit luce inprimis S. Gregorii M. et S. Fulgentii, de quibus jam actum est in Notitia Patrum. Eruditione vero Ecclesiastica floruerunt: *Evagrius*, et *Epiphanius Scholasticus*, hoc seculo suam historiam composuerunt, de quibus jam est dictum in Prolegomenis; *Magnus Felix Ennodius* celebrem edidit Apologeticum pro Symmacho Romano Pontifice, de quo jus Episcopis ceteris judicandi non fuerit. Res quomodo acta sit, demonstratum est supra Part. II. §. 16. Cujus etiam plura alia diversi argumenti sunt Opera, nec non Epistolarum libri novem. Circa annum 510. factus est Episcopus Ticinensis. *Magnus Aurelius Cassiodorus* primum summis aulæ muneribus perfunctus apud Theodoricum, et Athalaricum Gothorum in Italia Reges, deinde ad monasterium Vivariense in Calabria se recepit, ubi elucubravit Historiam Ecclesiasticam, quæ Tripartita vocatur, e tribus Scriptoribus, Theodoreto, Sozomeno, et Socrate collecta, Commentarium in Psalmos, Chronicon ab Adamo usque ad a. 519. post Christum natum, Institutiones ad Divinas lectiones in libris duo-

duobus, in quibus præcepta tradit intelligendæ Scripturæ sacræ, et præter nonnulla alia Computum Paschalem. *Dionysius Exiguus* a parvitate staturæ sic vocatus, fuit natione Scytha, professione monachus, et Abbas Romanus. Is Collectionem sive Codicem Canonum Ecclesiasticorum latine vertit, Decreta Romanorum Pontificum a Siricio usque ad Anastasium II. collegit, rationem annos numerandi non per Olympiades, vel Consulatus, neque per epocham Diocletiani, sed a nativitate Christi assumpsit. Qua de re jam dictum etiam est Prolegom. Cap. 2. §. 8.

Seculo VII.

S. Sophronius, Patriarcha Jerosolymitanus. Hujus insignis est epistola prolixa, ad Honorium Papam, et Sergium scripta Patriarcham Constantinopolitanum adversus errorem Monothelitarum, de quo actum supra Part. II. §. 25. Idem habet etiam aliquas Orationes, alteriusque generis opuscula. *S. Maximus* Abbas monasterii, quod erat Chrysopoli prope Constantinopolim, iste quoque erat ex præcipuis, qui se opposuerant, adversus Monothelitas, eorumque tunc exortum errorem. Multa ejus sunt Opera: inprimis vero hæc memoranda: Tractatus de duabus Christi naturis, ejusque duabus Voluntatibus, et Operationibus, de processione Spiritus sancti, Tomus dogmaticus adversus Heraclii Ecthesin, Definitiones SS. Patrum de duabus Christi Operationibus, Acta disputationis cum Pyrrho, a se in Africa habitæ de eodem argumento. *S. Ildephonsus* nobilissimo genere natus Toleti in Hispania, spre-

spretis honoribus, qui ei offerebantur, in monasterio Agaliensi monachus factus erat, ac postea Abbas, et Eugenio Archiepiscopo Toletano mortuo a. 657. in ejus etiam locum, evectus. Pelagius quidam, et Helladius errorem Helvidii suscitaverant adversus intemeratam, ac perpetuam Deiparæ virginitatem, quem Ildephonsus, nec tamen absque labore, compressit. Qua de causa librum etiam elucubravit de Illibata Virginitate B. Virginis. Habet etiam Sermones de ejusdem Deiparæ Assumptione, Nativitate, et Purificatione, nec non Homiliam contra eos, qui sentirent, Mariam Virginem præter naturalem legem Dominum peperisse. Erant videlicet, qui quasi ex reverentia erga Christum finxerint hunc ex utero Matris non via usitata, sed per ejus latus integre servatum prodiisse. Virginis Deiparæ Ildephonsus eximius, et singularis fuit Encomiastės. Eousque scriptis, et concionibus suis inclaruerat, ut Chrysostomi ei nomen datum, et Anchora fidei sit appellatus. Obiit anno 667. De S. Isidoro Hispalensi Archiepiscopo, qui hoc eodem seculo floruit in Hispania, jam dictum est in Notitia Patrum.

Antiochus monachus Palæstinus scripsit Pandectem divinæ Scripturæ, homiliis 130 comprehensam. Pandectæ dicuntur volumina, nihil non continentia, ut Pandectæ legum, quæ jus omne complectantur, a πᾶν *omne*, et δέχομαι *capio*. *Anastasius Sinaita.* Hujus nominis duo erant: alter a. 561. e monacho factus Patriarcha Antiochenus, alter solummodo monachus, qui vixit circa a. 685. uterque dictus Sinaita, quod in monte Sinai monasticam vitam egerint. Prior scripsit Ὁδηγὸν, id est Ducem, et viæ monstratorem

em contra Acephalos, et complura alia Opu-
ula, posterior historiam confecit hæresium ab
itio Christianæ Religionis, et de Conciliis ad-
r-sum eas celebratis usque ad Concilium Con-
ntinopolitanum œcumenicum VI. a. 680. con-
a Monothelitas celebratum. *Cresconius* Afer,
iscopus, incertum autem cujusnam civitatis,
b finem seculi septimi composuit Breviarium
nonum, et Concordiam Canonum. In priore
ere, si distinctum ab altero est, et non unius,
usdem operis duæ partes, Canones concilio-
um, et decreta Romanorum Pontificum ad 300
apitula revocavit; in altero sub iisdem titulis
psa etiam verba exhibuit eorumdem Canonum,
et Decretorum, quod brevitatis causa in priore
omiserat facere. Gerhardus Mastricht in Histor.
Jur. Eccl. num. 181. et seqq. et post hunc Joan.
Jacobus Hofmann in Lexico Universali ambo e
Protestantibus, dicunt, inscienterne, vel potius
mpudenter, nescio, Cresconium fuisse primum,
qui Romanorum Pontificum epistolas inter Cano-
nes retulerit, et qui auctoritatem Canonicam
psis addiderit, quæ antea non fuerint majoris
valoris, quam aliorum Episcoporum responsa:
quandoquidem jam etiam Dionysius Exiguus in
ua Collectione Canonibus Conciliorum decreta
Romanorum Pontificum adjunxerit. In Africa
duo erant Concilia celebrata Milevitanum, et Car-
haginense, contra Pelagium, eorumque statuta
nissa sunt ad Romanum Pontificem; dicam po-
ius rem verbis S. Augustini Serm., 132. *Jam
nim hac de causa duo concilia missa sunt ad
Sedem Apostolicam. Inde etiam rescripta vene-
runt. Causa finita est.* Ostendant igitur, et
producant hi Protestantes aliquod exemplum, ex
quo appareat, per responsum cujusdam alterius
Epi-

Episcopi, præterquam Romani, causam, quæ vocata in quæstionem est, habitam esse finitam.

Seculo VIII.

Lumina hujus seculi clarissima fuerunt, S. Joannes Damascenus in Oriente, et Ven. Beda in Occidente, de quibus jam scriptum est supra in Notitia Patrum. Ceteri memoria digniores sunt, ac inprimis *S. Germanus* Patriarcha Constantinopolitanus, qui se Leoni Isaurico, bellum moventi adversus Sacras Imagines intrepide opposuit, neque ullatenus cessit, exturbatus ideo ab eodem Imperatore e Sede Episcopali sua. Edidit Tractatum de sex Synodis œcumenicis, et quæpiam alia. Cultum Sacrarum Imaginum asseruit exemplo, atque ex more septem antecedentium seculorum. Sed in hoc iis, qui seculo decimo sexto præseferebant Religionem sibi formasse primævæ puritati conformem nominatim Caveo in Historia Litteraria, insulsus fuit, quia hoc ad ipsorum, quantumvis primævam Religionis puritatem de se jactantium, palatum mimine erat. *Theophanes* dictus *Isaacius*, qui ejus pater erat, æque invicte stetit pro Cultu Sacrarum Imaginum. Patre mortuo Constantinum Copronymum tutorem acceperat, et adactus ad uxorem ducendam Leonis Patricii filiam, die prima nuptiarum cum hac pactum iniit de servanda continentia. Muneribus deinde functus in aula, istis quoque se exsolvit, et tam ipse, quam conjux monasterium petierunt. Abbas factus, et ad Concilium Nicænum II. œcumeni-

nicum evocatus, Cultum Sacrarum Imaginum eruit. Dum Leo Armenius ad Imperium a. 5. evectus bellum renovasset adversus Imagi- sacras, ipse earum causa quamvis jam in um quintum Clinicus esset, catenis injectis, uctus est Constantinopolim, et constans in rendo cultu Imaginum, deportatus in exi- n ad Samothraciam maris Aegæi insulam est, die postquam eo venerat tertio, et vicesimo nnis confectus sancte obiit. Composuit Chro- raphiam ab anno 1. Diocletiani, qui annus a isti natali fuit 285. usque ad a. 813. quo Leo menius factus Imperator est.

Paulus Diaconus natione Longobardus, pri- mque Aquilejensis Diaconus, deinde Cancel- us Desiderii, qui a Carolo M. devictus ulti- s Longobardorum Rex fuit. In eodem bello lus cum fuisset captus, aliquamdiu propter ditionem ipsi etiam Carolo percharus fuit. l cum affectum suum constanter retinuisset a Desiderium, qui et ipse captus et in Gal- n abductus, missus ad monasterium erat, a rolo, qui fidere ipsi non auderet, relegatus ad Diomedeam insulam, quæ e regione mon- Gargani sita in Apulia est. Inde cum fugis- ad Arichin Principem Beneventanum, gene- n Desiderii, eo mortuo se ad monasterium Cas- ense recepit, et pie reliquum vitæ suæ transe- . Scripsit Homiliarium, sive homilias, et le- ones, quas Postillas etiam vocarunt, quod angeliis distributis in dies Dominicas, et Fe- s totius anni subjicerentur. Carolo Imperato- auctore id fecit, ut Parochi haberent, quod pulo his diebus prælegerent, quorum nonnul- propter curtam Theologicæ scientiæ supelle-

ctilem

ctilem omittebant sermones dicere ad populum. Ex SS. Patribus, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Gregorio M. præsertim hæ erant confectæ homiliæ. Idem composuit de Historia Longobardorum libros 6, et Historiæ Miscellæ libros 24. insuper S. Gregorii M. vitam, aliorumque Sanctorum descripsit.

Flaccus Alcuinus, sive *Albinus* gente Anglus, professione monachus, Venerabilis Bedæ fuit discipulus, et cum scientiis Theologicis, ceterisque politioribus eximie eruditus, tum linguarum etiam Græcæ, et Hebraicæ peritus fuit. A Carolo M. invitatus ex Anglia in Galliam venit. Primus Parisiis aperuit literarum ludum, eoque svasore Carolus illic fundavit gymnasium, quod deinde in florentissimam assurrexit academiam per Robertum Sorbonum, unde et illi Sorbonæ nomen, Canonicum Parisiensem, et Ludovico IX. a. Sacris Confessionibus. Eidem Alcuino etiam Turonensis, Fuldensis, pluresque aliæ academiæ originem, et incrementa debent. Non nisi ægerrime, jamque senectute fractus, missionem ex aula obtinere a Carolo potuit. Contulit se ad monasterium Turonense S. Martini, ubi a. 804. diem supremum obiit. Opera illius sunt admodum multa. Inprimis ii libri sunt memorandi, quibus Felicem, et Elipandum confutavit: scripsit præterea Commentarios in diversos Scripturæ libros, de Cæremoniis, et Divinis Officiis, nec non epistolas permultas, et poemata de laudibus Sanctorum, longumque nimis esset omnia recensere, quæ elucubratus est.

Se-

Seculo IX.

Haymo Monachus Benedictinus ex Abbate sfeldiensi Episcopus Halberstadiensis, Alcuini ipulus edidit Breviarium Historicum, Tracta- de Corpore, et Sangvine Domini, et Comntarios in Psalmos, in Isaiam, in Epistolas S. li, in Apocalypsim, nec non Homilias in ngelia. *Paschasius Radbertus*, natione Gal-, professione monachus, et Abbas cœnobii bejensis, scripsit pariter librum de Sacramen- Corporis, et Sangvinis D. N. I. C. Hunc Pro-antes volunt esse, qui fundamentum nobis in lesia Catholica jecerit dogmatis de Transub-ntiatione panis et vini in corpus, et sangvin Christi in Eucharistia. S. Chrysostomi su- in eodem Chrysostomo hæc verba sunt al-: *Non sunt humanæ virtutis hæc opera. Is, tunc in illa cœna hæc confecit, et nunc um operatur. Nos ministrorum habemus or-em; qui vero illa sanctificat, et transmutat, est.* S. Cæsarii quoque ista sunt verba (su- in Cæsario) *Invisibilis Sacerdos visibiles crea-is in substantiam Corporis, et Sangvinis sui, bi sui secreta potestate convertit, ita dicens: ipite, et comedite: Hoc est corpus meum.* one Paschasius fuit, qui Transubstantiation primus docuerit, et a quo eam acceperi- Catholici. Jam etiam ante Chrysostomum, Cæsarium, ut appareat, creditam esse Tran-stantiationem, velim legantur, quæ sunt posita erpta supra ex S. Cyrillo Jerosol. pag. 647. S. Ephrem pag. 683. ex S. Gregorio Niss. . 690. Quis crederet, posse esse aliquem, tam vanissimis argumentis velit uti, et sub-le-

lestis, ad palpum obtrudendum aliis? Ejusdem Paschasii sunt etiam alia Opera, et inprimis Commentariorum in Matthæum, aliosque Scripturæ quosdam libros.

Rabanus Maurus Abbas Fuldensis, quæ Fulda ejus etiam patria erat, anno 847. ad Episcopatum Moguntinum evectus non vulgarem eo tempore, quo vixit famam adeptus est eruditionis. In Genesim, et permultos alios Scripturæ libros elucubravit Commentarios, et homilias: idem scripsit de Prædestinatione contra Gotteschalcum, de Clericorum Institutione, et Cærimoniis Ecclesiæ, de Canonibus Pœnitentialibus, ut reliqua præteream. *Hincmarus* Rhemensis Archiepiscopus multa etiam conscripsit, ob quæ eruditionis laus ei non potest denegari: ingenio tamen nimis duro erat, et sævo, quod exhibuit et adversus Gotteschalcum, et in ipsum etiam Hincmarum nepotem suum, Episcopum Laudunensem exercuit, non solum ejiciendo ex Episcopatu, sed ipsos etiam oculos ei eruendo. De rebus erga Gotteschalcum actis narratum est supra Part. III. §. 2. *Dungalus* monachus S. Dionysii Parisiensis librum edidit Responsionum adversus Claudii Taurinensis sententias de cultu Imaginum. *Jonas* Episcopus Aurelianensis: qui et ipse Claudium exagitavit, impetentem Cultum Imaginum. *Florus* cognomento *Magister* Diaconus Lugdunensis, in ea habitus eruditionis existimatione, ut ab Ecclesia Lugdunensi delectus sit, qui Joannis Scoti, cognomine Erigenæ a loco Ergene in confiniis Walliæ, quæ provincia est Angliæ, ubi natus est, librum refutaret de Prædestinatione, quem adversus Gotteschalcum ediderat. Florus aliis etiam Operibus suis inclaruit. Erigenæ autem

tem fides etiam deprehensa est non recta quoad dogma Transubstantiationis. Etiam hunc jactare solent Protestantes, quasi testem ejus, quid creditum sit de Eucharistia ab Ecclesia antiquitus. Et rectene? Unus hic contrarium affirmavit ei, quod ab aliis creditum fuit omnibus, et assertum. Si igitur testibus volunt Protestantes rem agere, hujus ne unius, et recentioris major fides debebit esse, quam aliorum omnium etiam antiquissimorum? Atqui Protestantes probare volunt, suam doctrinam niti antiquissimis testibus. Erigenam Malmesburii in Anglia discipuli propter nimiam morum asperitatem a. 883. stilis, et graphiis suis confoderunt.

Lupus cognomento *Servatus*, natione Gallus, Ordinis S. Benedicti monachus Ferrariensis, quamobrem etiam Ferrariensis cognominari solet. Quidam hinc duos Lupos, Servatum, et Ferrariensem faciunt, nullo autem fundamento. Scripsit de Libero arbitrio, de Prædestinatione bonorum, et malorum, et de Pretio Sangvinis Christi, Vitas quorumdam Sanctorum, et librum Epistolarum 130. *Isidorus Mercator*, seu ut in quibusdam Codicibus Mss. vocatur, *Peccator*, habet Collectionem Decretalium Romanorum Pontificum a Clemente I. usque ad Siricium. Juris Canonici Doctores nostræ ætatis, quod etiam Febronius fecerat, passim ipsum habent pro falsarum mercium venditore, quibus cum Romani Pontifices sua jura inædificassent, ut ipsi volunt, deinde hinc tantopere erexerint suam auctoritatem, et potestatem cum depressione auctoritatis aliorum omnium Episcoporum, eorumque summa injuria. Hæc opinio, et quasi jam vulgare judicium Jurisconsultorum nostri ævi, aliorumque

ticorum meipsum etiam in partes suas traxerat. Investigavi tamen postea rem diligentius, et quid repererim, proposui in Dissertatione mea 12. in Selecta argumenta Hist. Eccl. Primumque exposui, quibus argumentis impugnetur hæc Collectio; deinde probavi Isidorum in hac Collectione, non mala fide, nec sublesta egisse, tametsi nævorum non sit immunis; denique has Decretales Isidorianæ Collectionis, non esse tales, quales ponuntur esse a Febronianis, atroque nimis colore depinguntur.

Ado gente Gallus, a. 859. factus Archiepiscopus Viennensis in Gallia, scripsit Breviarium Chronicorum de sex mundi ætatibus ab ejus principio usque ad 874. Martyrologium Sanctorum per anni circulum, et nonnulla alia. In Martyrologio Romano ipse etiam die 16. Decembr. meruit locum obtinere. *Anastasius* Abbas Romanus, et Ecclesiæ Romanæ Presbyter, et Bibliothecarius, Latinæ et Græcæ lingvæ peritus edidit septimi, et octavi Generalis Concilii Acta, Historiam Ecclesiasticam, sive Chronographiam tripartitam, Librnm Pontificalem, Vitas Romanorum Pontificum continentem a S. Petro usque ad Nicolaum I. Collectanea de iis, quæ spectant ad historiam Monothelitarum. *Usuardus* natione Gallus, monachus Parisiensis S. Germani, Martyrologium edidit. *Photius*, de quo Part. III. harum Institutionum §. 4. et seqq. satis multa sunt narrata. Ab hoc venit Μυριόβιβλον, seu *Bibliotheca*: in qua 280 veterum opuscula complexus est a se lecta, et dijudicata, nec non excerpta, quæ ex iisdem fecerat. Rem in hoc Opere suo magno pretio dignam præstitit. Conservavit enim nobis multorum auctorum memoriam, quæ illorum nul-

resset, atque ex eorum libris testimo-
pariter non mediocrem afferunt utilita-
de Νομοκάνων, quo vocabulo designatur
arum Ecclesiasticarum, et earum inter
atio. Idem habet Epistolas 248, libel-
ynodis, et quæpiam alia, nec non per-
tim ἀνέκδοτα id est, non edita, partim
lso sibi adscripta.

Seculo X.

seculum Protestantes appellant *Obscu-*
etiam Caveus in Historia sua Littera-
placet, Christianam Religionem sensim
itate decidisse, quam a Christo accepit
olos, statimque, postquam vita functi
toli, non tamen subito, et ex toto:
nunc, isto utpote rudissimo seculo
; et esse tenebras obortas crassissimas,
itus defecerit Ecclesia: atque sic hanc
n suis ruinis, donec Lutherus primus
eformationis magnæ, ut ipsi eam vocant,
lam novus sol mundo illuxisset, ceteri-
reformationis prima lumina socias ma-
Luthero junxissent, ut Ecclesiam resu-
et reædificarent, quamvis hanc Chri-
e ædificaturum dixerit, adversus quam
eri prævalituræ non sint. *Matth.* 16. *v.*
ero stat, ut certe stare debet, quod
dixit: *Verba mea non præteribunt*
v. 35. Ecclesia fundata, et ædificata a
ermanet, et perstat eadem, quæ fuit;
inus Protestantes, relicta illa, quæ fuit,
Ecclesiam architectati sunt; ipsi, ve-
lim;

lim, faciant judicium, an, dum Ecclesia Christi nonnisi una vera est, nec plures possunt esse veræ, quia unum corpus Christi, quæ est Ecclesia *Eph.* 1. *v.* 23. an præter illam, quæ fuit, nec deficere poterat, ipsi tamen se ad aliam ab hac construendam Ecclesiam posuissent, istamque sibi struxissent, alia esse potuerit vera Christi Ecclesia. Undenam vero repetitur obscuritas istius seculi decimi? nempe inde, quia Scriptorum, qui Religionem suis scriptis propugnassent, tantus non fuit numerus, quantus aliis seculis. Propugnatio non fit, nisi fiat oppugnatio. Nunquam pauciores quam hoc seculo, exorti sunt errores. Tanto igitur magis hoc tempore viguit Ecclesia, non tot, quot alias experta hostes, et subversores, non tantum passa dispendium, quantum alias in iis, qui per hæresium inventores seducti sunt, et abstracti ab Ecclesia. Quin hæc crevit etiam, et ingentia incrementa accepit per conversionem multarum nationum ad Christianam Religionem his temporibus, de qua conversione jam Institutionum Part. III. §. 10. facta narratio est.

Quod vero attinet ad culturam scientiarum, inprimis Theologicarum, falsum est minus hoc clarum fuisse seculum, quam alia, præsertim in monasteriis, in quibus etiam literarum omnis generis vigor exstitit semper major, quam alibi. Hoc docui testimoniis pluribus in Institutionibus meis Hermenevticis Vet. Test. Tom. I. Prolegom. pag. 25. Idemque hoc confessus est etiam Mosheim quantumvis Protestans, cujus testimonium protuli harum Institutionum Hist. Eccl. Part. I. pag. 203. Nec tamen idcirco etiam quod attinet ad Opera in lucem edita, mutum hoc fuit seculum.

n. Sunt autem hi memorabiliores hujus secu-
scriptores.

Simeon Metaphrastes, Constantinopoli cla-
genere natus in aula Leonis VI. cognomento
pientis, et ejus filii Constantini Porphyrogeniti
nus Logothetæ gessit. Is hic erat, quem nunc
mmum Cancellarium vocare solent. A sene quo-
n anachoreta rogatus, ut vitam S. Theoctistæ
criberet, non tantum hujus unius, sed alio-
n præterea centum viginti, et unius Sancto-
n vitas descripsit, plerasque quidem e vetu-
oribus monumentis, sed quod ad stilum at-
et concinnius. Idem habet etiam plures Ser-
nes, epistolas, et poemata. *Eutychius* Patri-
ha Alexandrinus confecit Annales ab orbe
ndito usque ad a. 940. lingva Arabica: haben-
 autem etiam versi in lingvam Latinam. Idem
bet etiam Disputationem inter Heterodoxos, et
ristianos, et quædam alia opuscula. *Oecume-
s*, scripsit Commentarios in Acta Apostolo-
n, eorumque omnium epistolas. Sixtus Se-
nsis Biblioth. lib. 4. hoc ei elogium dedit: *Val-
doctus, in explicandis Scripturis divinis bre-
, apertus, et elegans, atque in veterum
mmentariis evolvendis assidue versatus. Hip-
ytus* patria Thebanus composuit Syntagma ab
be condito usque ad sua tempora. Chronicon
 est, quod Syntagma appellavit, tanquam be-
 a se ordinatum, et dispositum. Pariter *Re-
no*, natione Germanus Monachus Prumiensis
nfecit Chronicon a Christo nato usque ad a.
7. *Flodoardus* Canonicus Rhemensis composuit
ronicon rerum inter Francos gestarum ab a.
). usque ad a. 966. Feruntur multa ipsius
rere etiam adhuc in Mss. videlicet libri 15. de
Tri-

Triumphis Martyrum et Confessorum Italiæ, et tres de Triumphis Christi, et Sanctorum Palæstinæ, totidem de eorumdem Triumphis Antiochiæ gestis. *Luitprandus* vel Italus, vel Hispanus, non enim auctores conveniunt, Diaconus Ticinensis, scripsit Historiam rerum in Europa suo tempore gestarum libris sex. Etiam librum de Pontificum Romanorum gestis a S. Petro usque ad Formosum habet sibi inscriptum, sed qui a Criticis ei abjudicatur. *Abbo* monachus Floriacensis in Burgundia habet Collectionem Canonum, Epitomen de Vitis Romanorum Pontificum, et Commentarium in Canonem Paschalem Victorii, qui supra inter Scriptores Seculi 5. memoratus est. *Ratherius* monachus Laubiensis primum, deinde vero evectus ad Episcopatum Veronensem, cum bis ejectus, et restitutus Sedi suæ, etiam adhuc tertio cedere coactus fuisset, regressus ad suum monasterium, ibi reliquum vitæ exegit mortuus a. 973. Ob disciplinam, quam reparare volebat in Clero, et populo, quam vero hi recipere, et ferre nollent, incidit in illa, quæ dicta sunt, nec non appetitus falsis etiam criminibus, ut causa esset, cur pati eumdem non deberent. De Ratherio jam actum etiam supra est Part. III. pag. 179. *Burchardus* æque monachus Laubiensis, post autem factus etiam Episcopus Wormatiensis, scripsit Decretorum Volumen in libros viginti divisum. *Suidas* Grammaticus elucubravit Lexicon, quo res tam profanas, quam Ecclesiasticas ex Scriptoribus Græcis collectas, complexus est. Scripsit illud Græce, utpote Græcus, quod tamen in Latinam etiam Lingvam conversum habetur.

Se-

Seculo XI.

Petrus Damiani Ravennas a fratre Damiano, qui ei patris loco fuit, ex eremita S. Crucis Fontis Avellani Episcopus Ostiensis, et Cardinalis a Stephano IX. Papa creatus, plures legationes obiit ad schisma Cadolai exstingvendum, et ad Simoniam exstirpandam, quod tunc vitium per multos serpserat. Quibus perfunctus, privatus volens deinceps vivere, dum iter faceret ad suum S. Crucis cœnobium, Faventiæ morbo correptus obiit a. 1082. Ejus solæ epistolæ, scriptæ ad diversos, etiam primarios, ipsosque Principes, efficiunt tomos octo. Habet præterea plures Sermones, et Vitas Sanctorum, a se conscriptas, nec non Tractatus duos, et quinquaginta, ut de Fide Catholica, de vera felicitate, et sapientia, de cœlibatu Sacerdotum, de bono Status religiosi, etc. partim Theologicos, partim asceticos. *S. Bruno* Germanus Coloniensis, Canonicus Rhemensis, sed quo Canonicatu dimisso in Carthusiæ eremum se abdidit. Qua occasione hoc fecerit, quoniam non eodem modo ab omnibus narratur jam supra Part. IV. pag. 26. critico oculo consideratum est. Bruno scripsit Commentarios in omnes Psalmos Davidis, et in S. Pauli epistolas pariter omnes, pluraque alia opuscula. Eodem hoc seculo vixit alter etiam *Bruno*, apud Insubres natus ex Astensium illustri prosapia. Iste in synodo Romana cum disputando adversus Berengarium ingenii sui, atque doctrinæ specimen dedisset, ad Episcopatum Signiensem in Statu Ecclesiastico a Gregorio VII. evectus est, Senensis antea Canonicus, quem vero ita renitens suscepit, ut se

eo

eo postea etiam abdicaverit, ad Cassinenseque monasterium se receperit factus monachus, et paulo post electus etiam Abbas, dignus, a Paschal: II. pronunciatus, cui, se mortuo, Christianæ reipublicæ gubernacula tradantur. Scripsit et ipse Commentarios in Pentateuchum, in Jobum, in Psalterium, in Canticum Canticorum, et in Apocalypsim, homilias quoque 145, et plura alia. *Ivo* gente Gallus, patria Bellovacensis, primum Abbas monasterii S. Quintini, eodem in loco deinde Episcopus Carnotensis edidit librum Decretorum in partes 17 divisum, et Panormiam Canonum, quo nomine designavit Summam omnium Canonum. Vocabulum Græcum, pressius sumptum, significat quidpiam firmum adversus omnes impetus. Idem Ivo et Sermones, et Epistolas habet permultas Ecclesiastici argumenti.

Lanfrancus Italus natione, et in Beccensi monasterio, quod eo tempore florebat fama eruditionis et monasticæ disciplinæ, factus monachus, ac postea etiam Abbas, ad ipsam etiam metropolitanam Sedem Cantuariensem evectus in Anglia est, quo doctore etiam S. Anselmus, ejusdem monasterii alumnus, imo, qui ad hoc se monasterium etiam contulerit, Lanfranci fama, quæ de ejus laudibus percrebuerat, permotus tantum exsplenduit, quantum ex aliqua parte supra in Notitia Patrum ostendere adnisus sum. Scripsit libellum de Corpore, et Sangvinė Domini in Eucharistia contra Berengarium, Commentarios in Epistolas S. Pauli, in Psalmos, et præter plurimas epistolas multa alia. *Theophylactus* patria Constantinopolitanus, fuit Achridiæ, quæ Bulgariæ prima erat civitas, Archiepiscopus, scripsit Commentarios in quatuor Evangelia, in Acta Aposto-

lorum, in Epistolas S. Pauli, et in minores
phetas, Habacuc, Jonam, Nahum, et Oseam.
Chrysostomum in Evangeliis, et Epistolis S.
li sic secutus est, ut illum in compendium
um videatur voluisse contrahere. Etiam in re-
os Prophetas dicitur scripsisse commentarios,
vero nondum sunt editi. *Georgius Cedre-*
monachus Græcus edidit Compendium histo-
um ab Orbe condito usque ad annum Chri-
1057. *Marianus, Scotus* a patria dictus, ut-
e Hibernus Chronicon ab initio mundi us-
ad a. Chr. 1083. confecit. *Adamus* Canoni-
Bremensis in Saxonia, libros quatuor Histo-
Ecclesiasticæ conscripsit. *Lambertus*, Schaf-
urgensis a patria dictus, monachus Hirsfel-
sis et Presbyter scripsit historiam ordine chro-
ogico ab orbe condito usque ad a. 1077. ad-
dum accurate quoad calculum, et nitide quo-
stilum latinum. Vel hi soli tot numero hujus
ili scriptores abunde redarguunt Protestanti-
iniquam obtrectationem, qua ætatem hanc
mæ ruditatis accusant.

Seculo XII.

S. Bernardus Abbas Clarævallensis, hujus
ili scriptor omnium celeberrimus, jam recen-
s est inter Patres. Ceteri memorabiliores sunt,
rus Lombardus, Novara Longobardiæ oppido
ndus, unde ejus etiam cognomen, ex scho-
m Parisiensium præside Archiepiscopus Pari-
sis factus libros quatuor composuit Sententia-
, quibus eam sibi eruditionis existimationem
paravit, ut per excellentiam Magister sit ap-
pel-

pellatus, et cujus libri Sententiarum suspiceretur, tamquam scientiæ Theologicæ quædam summa absoluta et perfecta, atque in scholis Theologicis prælegeretur, in eamdemque summam commentationes fierent innumerabiles. Attamen idem, sed jam post mortem, delatus est ad Concilium Lateranense III. œcumenicum a. 1179. habitum, atque hæc illius assertio, Christum, secundum quod homo est, non esse aliquid, et ab Alexandro III. Papa datis literis ad Willelmum Rhemensem Archiepiscopum, interdictum est, ne istud doceretur. Id, quod jam etiam Part. 3. harum Institutionum pag. 357. memoratum est. Idem Lombardus habet Commentarium in Psalmos, et Collectanea in omnes S. Pauli epistolas.

Gratianus patria Clusinus, monachus coenobii S. Felicis Bononiæ, scripsit Collectionem Canonum. In tres partes divisum Opus est. Prima complectitur distinctiones 101, altera causas 36, tractatas per quæstiones, tertia agit de Consecratione distinctionibus quinque. Huic Collectioni Gratianus nomen *Concordantiæ discordantium Canonum* dederat, quod deinde *Decretum Gratiani* cœpit vocari, incertum quo auctore. Hanc suam Collectionem Gratianus Doctoribus Bononiensibus obtulerat examinandam, et limandam, ut deinde ab Eugenio III. Papa ejus prælegendi in academia Bononiensi obtineretur facultas, quæ etiam data est. Hanc Collectionem Gratianus fecerat non semper satis maturo judicio, sed neque ex fontibus Conciliorum, et decretalium: unde factum est, ut ejus merces non ubique sint authenticæ. Quamobrem ei aliquoties adhibita lima est jussu ipsorum Pontificum Pii IV. Pii V. et Gre-

egorii XIII. quin etiam nunc omnibus suis li-ata sit nævis. *Sigebertus* Gemblacensis mo-hus in Brabantia, scripsit Chronicon ab anno . quo S. Hieronymus Chronicon concluserat, ue ad a. 1112. librum præterea de Scripto-is Ecclesiasticis, et quædam alia. *Euthymius abenus*, monachus Constantinopolitanus, scri- Panopliam, id est, armaturam adversus omnes eses: ex Patribus vero velut armamentario ipsit arma, Commentarios in omnes Psalmos, in quatuor Evangelia. *Nicetas Byzantinus* nposuit Tractatum Apologeticum pro Synodo lcedonensi. *Michael Glycas* natione Siculus, ipsit Annales ab orbe condito usque ad ann. 8. nec non epistolas, et Tractatus plures, ut Processione Spiritus sancti, de Assumptione paræ, aliorumque argumentorum. *Joannes aras* primum muneribus functus Constantino-i in aula Imperatoris, deinde factus mona-is, scripsit historiam ab orbe condito usque a. 1118. quo Alexius Comnenus obiit: insu- Commentarios in Canones conciliorum tam umenicorum, quam provincialium, pluraque ı. *Theodorus Balsamon*, Patria Constantino-itanus, et Ecclesiæ magnæ ibidem Diaconus, tus etiam Patriarcha Antiochenus, sed quem triarchatum non adiit unquam, capta a Lati- Antiochia, scripsit pariter Commentarios in nones Conciliorum, et in Epistolas Canonicas ıctorum Patrum. Ambo hi communione dis-ıcti erant ab Ecclesia Romana. *Gulielmus* ri Archiepiscopus patria Gallus, vel Germanus, toriam scripsit de Expeditionibus militum, Cru-insignitorum ex Occidente factis in Orientem.

Se-

Seculo XIII.

Præter S. Thomam Aquinatem, et S. Bonaventuram Doctores Ecclesiæ, de quibus actum est supra in Notitia Patrum, Scriptores extiterant, memoratu digniores, *S. Raymundus de Penna Forti* Catalaunus, patria Barcinonensis ex Regibus Aragoniæ oriundus, Ordinis Prædicatorum, tertius Magister Generalis, et Gregorii IX. Pont. Pœnitentiarius, edidit Libros quinque Decretalium, ex anterioribus collectionibus desumptarum una cum decretis ejusdem Gregorii IX. Idem præterea composuit Summam de casibus Pœnitentialibus, et matrimonialibus. *Alexander de Hales*, natione Anglus, Ordinis Minorum S. Francisci composuit Summam universæ Theologiæ pro illa ætate sic, ut *Doctor Irrefragabilis* sit vulgo nominatus. Idem confecit Commentarios in Psalmos Davidis, et in Apocalypsim, nec non in libros quatuor Sententiarum. *Albertus Magnus*, natione Germanus Ordinis Prædicatorum in omnium admiratione habitus ab eruditione tam Theologicarum, quam aliarum etiam scientiarum, habet Commentarios in Evangelia, in Psalmos, et plures alios Scripturæ libros, Orationes super Evangelio omnium per annum Dominicarum, et de Sanctis, Compendium, Theologicæ veritatis libris comprehensum, Libri Canonici intelliguntur, ut cetera prætercam.

E Græcis, quem memoria colamus, dignissimus hoc tempore fuit *Joannes Veccus* magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Chartophylax. Michael Palæologus, Orientis Imperator, volebat communionem facere cum Romana Ecclesia. Veccus

s initio se opposuerat vehementissime. Datis o ab Imperatore sibi libris Patrum, eorume Græcorum, ad legendum ita convictus est Processione Spiritus sancti etiam a Filio, ut no fuerit, qui magis postea stetisset pro hoc gmate Processionis. De eo jam fuit in Parte . Institutionum, ubi fit narratio de Concilio gdunensi II. œcumenico, et communione inita n Græcis, haud vero firma. Et cum Veccus ilominus infractus stetisset, quid pertulerit, etiam ibi dictum est. Quin scriptis etiam suis pugnavit dogma istud Processionis. Sunt aun hæc illius opera: liber de Unione veteris, novæ Romæ, de Processione Spiritus sancti pita duodecim, Epistolæ ad Alexium Agallianum eodem argumento, Sentententia Synodalis, et stamentum. *Georgius Metochita*, Ecclesiæ Conntinopolitanæ Diaconus, fidissime adhærens ecco, ideoque sæpius in carcerem conjectus, mum in exilium actus et ipse scripsit Tractam de Processione Spiritus sancti, et Ἀντίῤῥησιν, est, Responsum ad ea, quæ ab adversariis, ab iis qui refragabantur, objecta erant contra ocessionem, nec non aliquot Orationes de eodem c argumento.

Hugo de S. Caro, Ordinis S. Dominici, imusque ex hoc Cardinalis, elaboravit Concorntiam Bibliorum Latinorum, adhibitis sociis ingentis ex eodem suo Ordine. Quod in linv Latina Hugo præstitit, hoc idem postea faun est ab Euthalio, monacho Rhodio quoad iblia Græca, et ab Isaaco Nathan quoad Biblia ebraica. Celebres hoc seculo etiam erant *Henicus Bonicollius*, Flander, patria Gandavensis, atu prope Gandavum in loco Muda, unde et Mu-

riam demonstrandi iniit viam. Hinc a defensione S. Thomæ adversus Scotum, et Scoto adhærentes exorti sunt Thomistæ, et Scotistæ, quasi duæ Theologorum scholæ. Gulielmus Occam pariter ex Ordine Minorum, et Duns Scoti discipulus, cujus jam etiam in Institutionibus Historiæ supra facta mentio est in narratione de re, quæ intercesserat inter Bonifacium VIII. Papam, et Ludovicum Bavarum Imp. erexerat se adversus eumdem Duns Scotum, et asserendo, *Universalia mera esse nomina, non res*, novam procreavit *Scholasticorum* familiam, qui appellati sunt *Nominalistæ:* iis vero, qui Duns Scoto fidi permanserant, *Realistarum* etiam nomen, et appellatio data est. Duns Scotus etsi jam anno ætatis 34. secundum alios 43. obierit, anno a Christo nato 1308. tamen tam multa scripsit, ut duodecim volumina magna impleant, partim philosophica, partim Theologica ejus opera. Properatum cum esset cum ejus sepultura, dicitur sibi deinde manus derosisse jam positus in tumulo.

Sigfridus, natione Germanus, Misnensis Ecclesiæ in Saxonia Presbyter, scripsit Chronicon ab orbe condito usque ad a. 1307. *Nicephorus Callistus* scripsit historiam Ecclesiasticam Græce, utpote et ipse Græcus, quam Andronico Seniori Palæologo dicavit. *Nicephorus Gregoras* scripsit Historiæ Byzantinæ libros 11, a capta Constantinopoli per Latinos usque ad Andronici junioris obitum. *Nicolaus de Lyra*, natus Lyræ in Normannia, ex parentibus Judæis; factus vero Christianus Ordinem Minorum S. Francisci professus est. Theologiæ Magister in academia Parisiensi creatus, Scripturæ sacræ libros Parisiis

in sui Ordinis conventu interpretatus est, *Doctorisque Plani, et Utilis* nomen obtinuit. Eodem in munere, aut postea diligentiam continuando elaboravit Commentarios succincte in omnes Scripturæ sacræ libros, Tractatum contra Judæos, librum de Corpore Christi, videlicet in Eucharistia, et quosdam præterea alios. Hunc vero, qui se reformatos dicunt a Luthero, et Calvino, volunt sibi fuisse Hodegum et viæ ducem ad ea, quæ deinde ipsi reformaverint, idque in iis, quæ creduntur de Sacramento Eucharistiæ a nobis, illi vero aliter putant credendum. Itaque hi de Lyrano, velut suo præcursore, non dubitarunt canere: *Si lyra non lirasset, tum totus mundus delirasset*, vel aliter: *Lutherus non saltasset.* Item: *Lyra Luthero equum admovit, stapedem tenuit, quo illum commodius adscenderet.* Non reperi, Lyranum ob sententias suas esse vocatum in judicium, et eo minus condemnatum uspiam; sed boni asseclæ Lutheri, et Calvini trahunt ipsum in suas partes, sensum illius verbis indendo, quem volunt. Et demus Lyranum illorum præsultorem fuisse. Ergone hinc jam consequens erit, id esse verum, quod ipsi sibi posuerunt tenendum, quia Lyranus ipsis in eo præluserit? Jam ante Erigena jam Berengarius ipsis præiverat. Et ideone sequitur, hanc fuisse fidem primævæ Ecclesiæ, quia Erigena, et Berengarius ita senserint? Pelagii doctrina de Peccato Originali Origenis ramusculus fuit. (Supra in Origene) Jamne vero, quia Origenes præcucurrit Pelagium in eo, quod iste postea asseruit, idcirco orthodoxum fuit, et primævæ fidei, ab Apostolis traditæ Ecclesiæ, quod Pelagius docuit? Quod tenuit, et tenet universa Ecclesia, id nonnisi tenetur, velut ab Apostolis Ecclesia-

cle-

clesiæ traditum, et quod viguerit jam etiam *in* primæva Ecclesia. Si postea quidam adversum ista, quæ sunt Ecclesiæ ab Apostolis tradita, deliraverunt; horum deliramenta, si volumus facere rectum judicium, præponderarene debent ei, quod tenuit semper, et tenet Catholica Ecclesia? Prætermitto reliquos hujus seculi Scriptores, dum nec aliud mihi habui propositum in his, quam exponere, si quæ res occurrisset memoria, et adnotatione dignior.

Seculo XV.

S. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Prædicatorum, vitæ sanctimonia, et eruditione tam insignis, ut Nicolaus V. Summus Pontifex ab illius sententia nullam voluerit admitti appellationem ad Sedem Apostolicam in causis Ecclesiasticis, tantum tribuens illius judicio. Scripsit Summam Theologiæ, varia ascetica, et Chronicon tripartitum ab orbe condito usque ad a. 1458. Tam sanctitate, quam doctrina floruerunt hoc seculo etiam *S. Laurentius Justinianus* primus Venetiarum Patriarcha, *S. Bernardinus Senensis*, et *S. Joannes a Capistrano*: ille ex Ordine Canonicorum Regularium Congregationis S. Georgii in Alga, hi ambo ex Ordine S. Francisci. Tractatus vero Morales, et asceticos etiam hi elucubraverunt. *Alphonsus Tostatus*, Hispanus, Doctor Salmanticensis, Abulensis Episcopus, Interpres Scripturæ sacræ indefessus fuit. Commentarios, quos edidit in Scripturæ sacræ libros utriusque Testamenti efficiunt grandia viginti quatuor volumina, et tomos viginti alia diver-

versi argumenti opera. Memoria præditus tenacissima scripsit tam multa, sed judicio non semper bene, et sufficienter pensata. Quam ob rem Pontificio etiam decreto, quædam ejus sententiæ ab Eugenio IV. damnatæ sunt. Incusatur quoque, quod erga Patres non habuerit debitam reverentiam, ipsamque etiam Sedem Apostolicam in ejus juribus appetierit. Itaque ab Joanne quoque de Turnecremata Cardinali scriptum adversus ipsum illico fuit. *Joannes de Turrecremata*, natione Hispanus, alia quoque habet opera a se edita, atque inter hæc, Summam de Ecclesia, in quatuor libros divisam, Apparatum in Definitionem Fidei, factam a Concilio Florentino. *Thomas Anglicus* Ordinis Prædicatorum habet etiam permultos Commentarios in Scripturæ sacræ libros. Quidam hos S. Thomæ Angelico Doctori tribuerunt, ex Thoma Anglico facientes Thomam Angelicum.

Joannes Charlierus de Gerson, qui locus ejus natalis fuit in dioecesi Rhemensi: a parentibus Parisios missus studiorum causa in Theologorum societatem, emensis studiis adoptatus, mox etiam præses Collegii factus est, nec multo post etiam Cancellarii Universitatis dignitatem adeptus, atque una etiam Parochus Ecclesiæ Parisiensis S. Joannis *in Gravia.* Ad Constantiense concilium missus personam ibi egerat, quasi primariam, antequam Martinus V. fuisset electus Pontifex, Concilio supra Papam asserens potestatem. Hoc signifero illa statuta facta sunt, quæ statim deinde Basileensibus ansam præbuerunt schismati faciendo, et quibus nituntur etiam hodie sectatores Febronii, quamvis nullarum virium sint, utpote facta quidem in Concilio, sed non per Conci-

ci-

cilium, cui nullus tum præerat Papa, neque etiam confirmata per Martinum V. imo quibus statutis tam Martinus, quam ipsum etiam Concilium contrarium egerit, et sanxerit. Sed pisci hamum, quem deglutivit, non facile est evellere. Rem hanc tractavi Dissertatione mea XIII. *de Conc. Constant.* in Selecta Histor. Eccl. argumenta. Itaque ipsi etiam Gersoni, prout ostendi in eadem Dissertatione, et in ipsis etiam his Institutionibus Partis IV. eo loco, in quo fit narratio de eodem Concilio, animi ceciderunt conquestus in Dialog. Apologet. pro Concilio Constant. Illorum statutorum Sess. 4. et 5. fundamentale robur penitus destructum esse. *Vide eamdem Dissertationem pag.* 230. Gersonis admodum multa opera sunt partim de hoc, de quo modo dictum est, argumento, partim de diversis aliis. Is *Doctor Christianissimus* fuit appellatus. Natalis Alexander Hist. Eccl. Sec. XV. Cap. 4. art. 2. *Fertur*, inquit, *ejus sanctitas miraculis frequentibus post obitum celebrata, ipseque a die obitus pro Beato, ac Divo habitus, cultusque communi fere omnium suffragio est.* Etiam sacellum dicit, ei a Carolo VIII. Rege esse exstructum, ejus etiam imagine cum radiis circum caput, supra altare collocata. Quod ad miracula attinet, de his ipse Natalis etiam tantum utitur verbo *Fertur.* Beatificatio autem, et Canonisatio non fit nisi per Sedem Apostolicam. Pietas vero ei, qua felicem obire mortem potuerit, et ut sperandum est hanc etiam obierit, non denegatur. Stetit enim pro sententia, quam crediderit, et suo judicio habuerit bonam, atque rectam, neque ab Ecclesia damnatam, et qui eo ipso, quod vir pius et probus fuerit, sic animo fuerit comparatus,

ut

ut nihil sentire vellet aliter, quam de illa doceat Ecclesia.

Bessario Græcus patre Trapezuntinus e monacho S. Basilii factus Archiepiscopus Nicænus, interfuit Concilio Florentino, electusque a suis est ob eruditionem inter eos, qui cum Latinis conferrent. Rem egit Græcorum summa virium contentione, deinde vero fractus argumentis Latinorum, ceteris Græcis non tantum præivit in ineunda fidei concordia cum iisdem Latinis, verum etiam pro hac adversum Græcos pugnavit ita, ut et ipsi cesserint, uno excepto Marco Ephesino. Res hæc jam narrata est, in eo loco, ubi actum est de Concilio Florentino. Habet aliquot Orationes, quas dixit in Synodo Florentina, et epistolas scriptas in eadem causa de processione Spiritus sancti, quæ Græcis præcipua erat, cur dissiderent a Latinis, et ad svadendam concordiam. *Isisodus* Ruthenorum, sive Russorum Episcopus, et Metropolita Kioviensis, Abbas antea monasterii S. Demetrii prope Constantinopolim inter Græcos, qui erant in Concilio Florentino proximus Besarioni in dando operam concordiæ perficiendæ. Post Concilium ab Eugenio IV. Cardinalis cum Bessarione creatus, et missus in Russiam, ad Russis persvadendam concordiam, conjectus in vincula est, et clam elapsus in Italiam rediit. Edidit epistolam, qua descripsit, et enarravit, captam a Turcis Constantinopolim. *Josephus* Episcopus Methonensis librum edidit Apologeticum pro Synodo Florentina adversus Marcum Ephesinum, et ad refellenda ipsius mendacia, quibus fallebat Græcos, fecitque, ne adhærerent Concilio Florentino, postquam rediit in orientem.

Se-

Seculo XVI.

Hoc seculum Scriptorum Ecclesiasticorum inprimis ferax fuit. Inter hos *S. Carolus Borromæus* Pii IV. ex sorore nepos, et ab eo creatus Archiepiscopus Mediolanensis, et Cardinalis, quasi sol fulsit in domo Dei, neque tantum vitæ sanctitate, verum etiam Ecclesiastica eruditione. Synodis sex Provincialibus, et Dioecesanis undecim celebratis ad Cleri, populique mores reformandos et disciplinam Ecclesiasticam instaurandam varias Instructiones edidit, quibus dirigerentur Parochi, Verbi Dei prædicatores, Confessarii, Sacramentorum, et inprimis Pœnitentiæ administratores in munere suo. Præsules Ecclesiæ Gallicanæ in generali Conventu suo statutum fecerunt de his legendis, et observandis a Clero tam Seculari, quam Regulari. Anno 1584. ætatis 47. vita functus est, cujus mortem audiens Gregorius XIII. exclamavit: *Extincta est lucerna in Israel!*

Augustinus Justinianus, patria Genuensis, Nebiensis in Corsica Episcopus ex Ordine Prædicatorum, antea Parisiis Professor lingvæ Hebrææ, lingvarum Orientalium scientia instructissimus, omnium primus Biblia edidit Octapla, textum Hebræum cum versionibus, Latina, Græca, et aliis Orientalibus in octo columnis exhibentia. Interfuit Concilio Lateranensi V. Domum revertens, et tempestate jactatus a. 1536. factoque naufragio aquis haustus est. *Franciscus Ximenius* Hispanus, Cardinalis, et Archiepiscopus Toletanus ex Ordine Minorum Polyglotta edidit, quæ *Ximenii*, vel *Complutensia Biblia* appellantur, insum-

sumptis in editionem quinquaginta et amplius aureorum millibus. Multi Mss. Codices magna pecunia erant comparati, stipendiis quoque magnis conducti fuerunt, quorum opera Ximenius usus est per 15 circiter annos, quæ Leoni X. dicavit. Ximenii exemplum secutis aliis, Polyglotta rursus prodierunt Antverpiæ Philippi II. Regis Hispaniæ sumptibus, quæ dicta sunt *Regia*, deinde Parisiis, sed jam subsequente seculo, impensis D. Michaelis de Jay, demum etiam Londini per Brianum Waltonum.

Qui Scripturam sacram suis Commentariis dilucidaverint, sunt *Thomas de Vio* patria *Cajetanus*, Cardinalis, Ord. Prædic. qui Commentarios in Scripturam sacram, et alios Tractatus Theologicos elucubravit multos, sed non semper ad veritatis normam accurate, atque idcirco etiam in Concilio Tridentino, quemadmodum refert Pallavicinus *lib.* 6. *Hist. Conc. Trident.* jam quidem mortuus, ita notatus sit, ut ejus sententia de discrimine auctoritatis, quam posuerat inter Proto-Canonicos, et Deutero-canonicos Scripturæ sacræ libros confixa anathemate sit. *Franciscus Toletus* Cordubensis e S. I. a Clemente VIII. cooptatus ad collegium Cardinalium tam Commentarios in Scripturæ sacræ libros, quam alia etiam opera plura habet. Instructionem Sacerdotum ab eo confectam S. Franciscus Salesius Epist. 34. velut brevem, facilem ac tutam laudat, atque commendat. *Franciscus Ribera* Hispanus Societatis Jesu similiter Commentarios composuit in Scripturam sacram. *Alphonsus Salmeron* patria Toletanus S. I. Novum Testamentum tomis 16. interpretatus est. *Stanislaus Hosius* patria Cracoviensis, Culmensis primum, deinde Warmi-

ens-

ensis Episcopus, et a. 1561. Cardinalis creatus, a Pio IV. ipsius etiam legatus fuit ad Concilium Tridentinum; propter excellentem doctrinam cum morum sanctitate conjunctam, a Pio V. et Gregorio XIII. solida Ecclesiæ Dei Columna appellatus. Scripsit Confessionem Catholicæ fidei adversus Confessionem Augustanam, de Hæresibus sui temporis, de Communione sub utraque specie, de Loco, et Auctoritate Romani Pontificis in Ecclesia, et in Conciliis, pluraque alia. Anno 1579. ætatis 76. mortuus est. Adversus Lutherum, aliosque signiferos ejus quam hi fecerant Religionis reformationem tam disputationibus, quam scriptis adversum eos elucubratis fortiter dimicarunt *Joannes Eckius* Professor Theologiæ in Ingolstadiensi Academia, *Hieronymus Emser* Professor in academia Lipsiensi, et *Joannes Cochlæus* Norimbergensis, Francofurti ad Moenum Decanus, deinde Canonicus Wratislaviæ in Silesia.

Seculo XVII.

Seculum hoc tam fœcundum fuit Scriptorum, ut quemadmodum Graveson habet in suis Tabulis chronologicis, numerus horum e sola Societate Jesu fuerit 91, ex Ordine Prædicatorum 74 præter alios tam ex Clero Seculari, quam Regulari æque permultos. Delibare itaque hos magis possumus, ita exigente Compendio hoc nostro, quam plenam dare eorum recensionem. Memorabimus igitur solummodo præcipuos. Nemo vero non solum eruditione, verum etiam vitæ sanctimonia, et laboribus pro Reli-

ligione magis fulsit in Ecclesia hoc seculo, quam *S. Franciscus Salesius*, Episcopus Genevensis. Ad septvaginta eorum millia dicitur reduxisse ad Ecclesiam, qui capti erant Calvini erroribus. Suis etiam scriptis, quibus iter planum monstrat ad Christianæ vitæ perfectionem, Ecclesiam locupletavit. Anno 1622. ex hac vita decessit. *Jacobus Benignus Bossuet* Divione in Burgundia natus a. 1627. decessit a. 1704. Episcopus fuit Meldensis in Gallia celeberrimi nominis. Edidit historiam Variationum Ecclesiarum Protestantium, Tractatum de Communione sub utraque specie, et Sex monita ad Protestantes, aliaque tam Polemica, quam dogmatica, et Moralia bene multa.

Liber sub hoc titulo *Defensio Declarationis Gallicanæ* se quoque in hoc titulo fert esse partum ejusdem Bossueti. Declarationis hujus Gallicanæ facta enarratio a me est Institutionum harum Part. V. §. 49. Particeps istius Declarationis erat ipse etiam Bossuetus, quæ quantopere affecerint Romanum Pontificem, et ubique omnes, et quod eam ipse etiam Rex Galliæ Ludovicus XIV. quo auctore erat confecta, deinde in irritum miserit, ibi pariter est declaratum: totam vero hanc rem plenius exposui Dissertatione mea 16. in Selecta Hist. Eccl. argumenta §. 2. Anno autem vicesimo, et sexto post mortem Bossueti prodiit deinde Defensio istius Declarationis, quasi posthuma editio ex Scriptis ab eo relictis. A multis creditum est, hoc ipsius Bossueti germanum esse opus. Iis autem, qui addicti sunt Juri Ecclesiastico Febroniano, est iste liber Defensionis quasi quoddam Palladium sententiarum, quas defensitant, ex talis vi-

viri, qualis Bossuetus fuit, quasi secum consensione. In eadem vero Dissertatione mea egi §. 3. etiam de hocce libro, argumentisque evidentibus docui, esse hunc Bossueti nomini nonnisi arte veteratoria datum, atque subjectum per Jansenistas. Namque exhibui hujus libri sententias complures, et assertiones, atque has contuli cum sententiis, et assertionibus, quæ sunt Bossueti in aliis indubitatis ipsius libris, et præsertim in ea Oratione, quam habuit in Conventu Cleri Gallicani de Unitate Ecclesiæ. Deinde ex eodem libro Defensionis protraxi, et detexi sycophantias, et unde ex mercibus male inter se consutis patefiat turpissima fraus, atque deceptio.

Robertus Bellarminus Politianus Societatis Jesu a Clemente VIII. Cardinalis primum, et non multo post Archiepiscopus Capuanus creatus, edidit Opus controversiarum adversum eos, qui se suis opinionibus seculo 16. alienarunt ab Ecclesia Catholica. Eximium etiam Opus elucubravit de Scriptoribus Ecclesiasticis, Commentarium in Psalmos, et multa alia. Anno 1542. natus, decessit a. 1621. Ex eadem Societate *Jacobus Sirmondus* patria Ricomagensis, quod oppidum Galliæ Aquitanicæ est, politiores literas cum Theologia conjunxit, scrutator etiam antiquitatum solertissimus, multaque veterum scriptorum monumenta notis suis illustrata in lucem emisit. Anno 1559. natus, a. 1651. vita functus est. *Dionysius Petavius*, Aurelianensis, ejus eruditionis, ut nullum fere literarum, et doctrinæ genus fuerit, in quo non excelluisset. Chronologiæ, Astronomiæ, historiæ, Theologiæ, antiquitatis tam sacræ, quam profanæ, lingvarum quoque Hebraicæ, et Græcæ insignem habuit sci-

scientiam. Ex ejus eruditissimis Operibus præter Theologiam suffecerit libros de Doctrina temporum, et Rationarium temporum speciatim memorare.

Jacobus David Perronius Sectæ Calvinianæ, cui erat addictus cum nuncium in Gallia remisisset, erat vero Bernæ natus in Helvetia anno 1556. factus Catholicus, et Clero adscriptus omnem operam deinde impendit Calvinianis in Gallia ad orthodoxam fidem revocandis, quorum magnum numerum convertit. Factus primum Episcopus Ebroicensis in Gallia, deinde vero etiam ad Archiepiscopatum Senonensem, et Cardinalatum a Clemente VIII. evectus est. Philippus Mornæus nobilis Gallus, Calvini assecla, inter alia sua opera librum ediderat cum inscriptione: *Mysterium iniquitatis de Eucharistia.* Volitabat per manus omnium liber, et avide legebatur, unde animi crescebant Calvinistarum, et plaudebant. Tantumque erat periculum, ut Catholici concionatores monerent populum, ut sibi ab hoc libello caverent. Perronius autem in præsentia Regis Henrici IV. et procerum cum Mornæo congressus est, et ostendit, quæ Patrum testimonia adversus verum Christi corpus in Eucharistia Mornæus attulerat, esse partim falso allegata, partim truncata, ita ut hominem ad incitas redegerit. Volens tamen pudori suo consulere Mornæus, libellum denuo emisit in lucem, in quo dictitabat, illa, quæ Perronius attulerit, non fuisse incorrupta testimonia, eo more omnium, qui quamvis de facto suo turpi convicti, dum hoc fateri nolunt, tamen quidpiam obtendant, unde velint credi, se non esse convictos. Nam cur Mornæus istud non statim tunc in illo congres-

gressu adversus Perronium opposuit? Anne hoc omisisset facere, si non fuisset manifeste deprehensus in fallacia, et oppressus? Fraudem priorem conatus est tegere nova alia fraude. Vidimus Patrum testimonia de vero Corpore Christi in Eucharistia (Supra in eorum Notitia) satis multa, et plura adhuc dare potuissem. Etiamne ista sunt tantum falso allegata, vel mutilata? Perronius autem de illa disputatione librum etiam deinde edidit, atque rem, prout erat acta, in luce ad eam videndam omnibus collocavit. Idem Jacobum I. Britanniæ Regem, qui idem dogma de Eucharistia, aliaque Catholicæ Religionis instituta scriptis suis appetierat insigni Opere suo refutavit. Diem supremum obiit a. 1618.

Multos adhuc haberem necesse commemorare viros eruditione præstantes hujus seculi. Non licet autem mihi in iis recensendis longiori esse. Nequeo tamen præterire *Joannem Bona* e familia S. Bernardi Cardinalem, qui de rebus Liturgicis, aliaque ad fovendam pietatem egregia opera conscripsit; *Henricum Norisium* e familia S. Augustini pariter Cardinalem, qui historiam Pelagii, et Vindicias Augustinianas, pluresque Dissertationes Theologicas, et Chronologicas elucubravit. Historia ipsius, et Vindiciæ, quasi Jansenismum olerent, cum ab Inquisitore Hispaniæ, inter libros fuissent relata, qui repurgari debeant, decreto Benedicti XIV. hinc eximi debuerunt, ejusque vindicata existimatio est; *Cardinalem Baronium*, de cujus Annalibus, jam etiam facta mentio est Prolegomenorum Cap. 1. §. 9. *Henricum Spondanum*, qui per Perronium abstractus, eumdem illum de quo superiore

Regularis, sit monachus, omnes sunt membra ejusdem Ecclesiæ, et ipsius corporis Christi, utpote, quæ est Ecclesia. Eph. 1. v. 23. *Non sit schisma in corpore*, ait idem S. Paulus 1. Cor. 12. v. 25. *sed idipsum pro invicem sollicita sint membra.*

Theodoricus Ruinart ex eodem S. Benedicti ordine Acta Martyrum sincera conquisivit, et edidit præter alia. *Petrus Constant* Romanorum Pontificum epistolas, notis suis uberrimis illustratas, in unum collectas in lucem emisit. *Edmundus Martene* de Sacris omnibus Ritibus Ecclesiæ scripsit, eorumque declarationes fecit. *Matthæus Petitdier* tametsi Gallus, tamen Gallis restitit animose in defendendo Romano Pontifice, ejusque auctoritate, adversus assultus eorumdem Gallorum per suam Declarationem Gallicanam. *Augustinus Calmet* edidit Commentaria in libros Scripturæ sacræ, dissertationes, chronologiam, et antiquitates Hebraicas. *Claudius Fleury*, cujus notissima est Historia.

Ex familia S. Dominici est *Natalis Alexander*, scriptor locupletissimus hujus seculi, qui composuit Historiam Ecclesiasticam cum amplissimis dissertationibus, commentaria in Evangelia, et scripsit de Theologia Morali. *Jacobus Hyacinthus Serri* scripsit historiam Congregationis de Auxiliis, *Ludovicus Maria Lucini* de Ritibus Sinensibus, *Mamachius* de Originibus Ecclesiasticis. *Josephus Augustinus Orsi* Cardinalis historiam confecit Ecclesiasticam, et scripsit contra auctorem Defensionis declarationis Cleri Gallicani. Scientia denique Theologica etiam scriptis vulgata viri excellentes ex eadem hac fami-

mi-

milia erant Ludovicus Vincentius Gotti, Cardinalis etiam dignitate ornatus, Serry, Melchior Canus, Graveson, Billuard, Gazzaniga, et alii. E Societate Jesu clari Scripturæ S. interpretes hoc seculo erant Tirinus, et Menochius, Paulus Gabriel Antoine, e cujus operibus præsertim Theologia Moralis ita se commendavit, ut permultis in locis ad scholasticas prælectiones adhiberetur. Ludovicus de Meslin scripsit de Disciplina Ecclesiæ, Edmundus Simonetti Opus Theologiæ Dogmaticæ cum delectu quæstionum, et sententiarum concinnavit, Franciscus Antonius Zaccaria, præter alios multos aliorum etiam Ordinum viros, Febronium omnium maxime exagitavit. Omitto reliquos brevitatis causa.

Quod vero ad scriptores attinet alios, quis ignorat Benedicti XIV. Opera eruditissima, de Synodo Dioecesana, de Servorum Dei beatificatione, et Beatorum Canonizatione, ejusque Institutiones Ecclesiasticas, et plura alia, quæ etiam Part. V. §. 40. harum Institutionum memorantur? Bernardus Lamy præter Apparatum Biblicum plura alia elucubravit Opera. In Theologia nomina etiam celebrantur Caroli Vitasse, Nicolai L'Herminier, Laurentii Berti, Honorati Tournelii, Bezombesii Druvenii, Francisci Blanchini, Scipionis Maffeji, Ludovici Antonii Muratori. Ingens operæ pretium etiam fecerunt duo fratres, Petrus, et Hieronymus Ballerinii in Critica monumentorum Veterum. Collectiones lectionum Variantium in Bibliis fecit Parisiis Houbigantius a. 1753. post hunc Kennicotus Oxonii in Anglia a. 1776. ac demum multo his adhuc perfectiorem De Rossi Parmæ a. 1784.

Dum autem Scriptores Ecclesiasticos commemoravi aliorum Ordinum Religiosorum, nullius mentionem feci ex Scholarum Piarum meo ordine. Sicut feci hocce seculo in quibusdam aliis Ordinibus, ita statueram facere in meo, ut conjunctim hos exhiberem, sed ultimo loco, primas ultro dans, et concedens omnibus aliis. Scholarum Piarum Ordo incepit nonnisi sub initium seculi 17. anno 1721. per Gregorium XV. solennia vota adeptus, et brevi ipso adhuc vivente Josepho, illius Fundatore, fere totus oppressus hominum invidentia; et malignitate. Sero igitur se tantum ita erigere rursus potuit, ut subsidiis instructus æmulari posset hac etiam in re, florentissimos alios Ordines. Non videtur is tamen iners fuisse, atque otio obtorpuisse. Sunt enim hæc elucubrata ab ejus alumnis, solumque in scientia Ecclesiastica, nam alterius generis Opera neque aliorum fuit mei propositi recensere. Primum in recensione pono dignitatis gratia *Adolphum a S. Georgio*, seculari cognomine Groll, quem non natalium aliqua commendatio, verum sola virtus, et rara eruditio primo totius Ordinis Generalem fecit, et brevi etiam ad Infulas Jaurinenses in Hungaria evexit.

Cremsirii in Moravia tenuibus parentibus a. 1681. prognatus est. Ordini adlectus per Conciónes habitas Viennæ ad populum innotuerat Ferdinando Rumelio Episcopo Viennensi. — Sigismundus autem e Comitibus Kollonitz, Archiepiscopus Viennensis, et Cardinalis illum etiam sibi assumpsit Theologum, et conscientiæ arbitrum, nec non in partem suorum omnium consiliorum. Per hunc vero in notitiam quoque venit Caroli VI. Imperatoris, qui et ipse in arduis ne-

negotiis, et gravissimi momenti illum adhibebat in Consilium, ita ut cum postea ad Comitia Ordinis generalia Romam ivisset, atque in his Generalis electus fuisset, ipsius absentiam non sustinens, Viennam revocaverit, et ad Episcopatum Jaurinensem nominaverit. Non tantum lingvas omnes fere Europæas callebat, verum etiam in Orientalibus, præsertim Græca, et Hebræa ita erat versatus, ut ipsos Talmudicos etiam libros expedite legeret, et interpretaretur. Edidit librum ad Judæos convertendos non tantum theologica eruditione refertum, sed etiam argumentis instructum ex Judæorum Rabbinica, et Caballistica scientia petitis, cui fere plus deferunt Judæi, quam ipsi Scripturæ S. eique titulum dedit: *Testis, et Doctor.* Psalmos quoque Davidicos exegesi, et phraseologia in textum Hebræum instruxit ita, ut plana fieret illorum intelligentia. Qui Psalmi tamen cum nonnisi post ejus obitum ederentur; nomine Scholarum Piarum Austriæ, Mariæ Theresiæ Imperatrici, et Reginæ Apostolicæ dicati sunt, præmisso propylæo Psalmodico per Jaroslaum Kapeller. Opus suum alterum ipse Adolphus Clementi XI. dedicaverat. In Episcopatu multos ad gremium matris Ecclesiæ reduxit ex iis, qui dogmata sequebantur Lutheri, et Calvini, mansvetudine etiam, et liberalitate eos attrahens. Parochias quoque alias novas erexit, suo ære dotatas, aliis, quæ tenuitate laborabant, subsidia munifice contulit. E libris rationum post ejus obitum repertum est, eum plus, quam nonaginta millia florenornm Rhenensium in hoc impendisse, quæ tum pecunia multo major erat, quam nunc sit. Anno 1743. naturæ debitum persolvit. Jaroslaus Kapeller, cujus mentio facta est pariter ex Ordine Schola-

rum Piarum et ipse literis Hebraicis, et Græcis doctus Theologiam Historico-Dogmaticam edidit.

Joannes Carolus Bossi, patria Mutinensis, æque Theologicas Institutiones non tantum solide, verum etiam concinne, quod ad stilum Latinum attinet, confecit, et Romæ a. 1759. in lucem emisit. Theologiam Moralem edidit *Alexius Alexi*, typis Augustanis a. 1752. Moravus Nicolsburgensis Institutiones Juris Canonici elucubravit *Remigius Maschat* Bohemus, ac edidit sub titulo: *Cursus Juris Canonici* Znoymæe duobus tomis a. 1735. quod Opus ab Ubaldo Giraldi ex iisdem Scholis Piis auctum, et illustratum hac inscriptione *Institutiones Canonicæ Remigii Maschat* etc. Romæ, Ferrariæ et Augustæ Vindelicorum recusum est. Ejusdem Maschat sunt hæc præterea: Collationes Theologicæ in Genesim, rursus Collationes super difficilioribus Sacrarum Scripturarum locis, et Collationes Practicæ super Jure naturali Divino, et Ecclesiastico, Historia sacra Veteris, et Novi testamenti per Examina proposita, Resolutiones Juris Canonici, item Resolutiones Quæstionum amplius sexcentarum in utroque Jure controversarum. Harum altera pars non solius Maschat Resolutiones continet, sed sibi adjectas habet etiam Joannis Walbrect ex iisdem Scholis Piis similes Juris Resolutiones. Ubaldus vero Giraldi, cujus jam facta mentio est, Apostolicus Cleri Examinator, et Collegii Ecclesiastici Rector Romæ, etiam proprium opus habet hac inscriptione: *Expositio Juris Pontificii juxta recentiorem Ecclesiæ disciplinam* tribus tomis in folio comprehensum, et Romæ a. 1769. typis editum. *Wenceslaus Szoklóczy* Hungarus Comitatus (sic solent vocari provin-

vinciæ, in quas Hungaria divisa est) Nitriensis, edidit *Tribunal Ecclesiasticum* fori utriusque, Patriæ legibus adcommodatum, eam famam in Jurisprudentia assecutus, ut primum Mich. Fridericus ab Althan Cardinalis, et Episcopus Vaciensis, deinde Vacio Veszprimium mutatum Senatui Ecclesiastico Martinus Biro Episcopus adlegerit, tantique fecerit, ut ad latus suum habere semper voluerit. Cumque Venerabile Collegium Canonicorum Vaciense post obitum Cardinalis Althan periculum suorum jurium subiisset, Szokoloczius assumptus defensor ita causam illius tuitus est, ut Emericus e Comitibus Eszterházy Primas Regni, et Archiepiscopus Strigoniensis illi encomium tribuerit Viri intelligentis, et summæ eruditionis. Alterum quoque Opus Szokoloczius elucubravit de Controversia quoad Gratiam Divinam, ejusque auxilia, inter quosdam Theologos magna animorum contentione agitata.

Zacharias Schubert Moravus præter Elementa Jurisprudentiæ Theologicæ, Opus edidit de Controversiis, quæ intercedunt inter Catholicos, et Protestantes. *Petrus Franciscus Zanoni* Bononiensis edidit *Polygraphiam Sacram*, in qua secundum literas alphabeti progrediendo, omnes et singulæ voces Scripturæ sacræ declarantur ex fontibus tum Hebraicis, tum Græcis, ac Latinis, nec non ex optimis Sacræ paginæ Interpretibus in sex tomis in folio. Augustæ Vindelicorum a. 1725. est typis editum. *Philippus Putner* natione Bohemus elucubravit Opus hac inscriptione: *Sanctorum Patrum Bibliotheca* maxima Lugdunensis XXVII. voluminibus comprehensa in Epitomen redacta. Duobus continetur tomis in folio. Augustanis etiam typis a. 1719. emissum in lucem

est,

est. Stanislaus Hieronymus Konarski in palatinatu Cracoviensi natus patre Georgio Castellano Zawichostensi a. 1700. Castellanus in Polonia dicitur a castro ejus provinciæ, cui præfectus est. Hujus nomen semper vivet apud Polonos. Annos natus quinque et viginti a Superioribus Ordinis Romam missus ad perficienda bonarum artium studia, postquam rediit, in id omnes industriæ nervos intendit, ut tam politiores scientias, quam etiam severiores per totam Poloniam proveheret, quod etiam perfecit. Quin ad πολιτικην quoque excolendam incubuit non tantum Comitiorum statuta colligendo, et ad ordinem meliorem disponendo, verum etiam voluminibus quatuor adgressus eam comitiorum apud Polonos rationem, quæ abusu erat introducta, ut quamvis res majore suffragiorum numero fuisset probata; tamen non secundum hanc sententiam concluderetur, vel uno contradicente. Summam laudem Konarski tulit a cordatis omnibus. Stanislaus Augustus Rex grande numisma aureum, habens Konarskii effigiem, et inscriptionem, *Sapere auso* eidem Konarskio obtulit. Legato in Galliam misso a Polonorum Republica Konarskius socius fuit additus, qui Ludovicum XV. Regem Galliæ ita in sui admirationem rapuit, ut detinere in Gallia voluerit, et Episcopatum ei obtulerit, quem sicut et in Polonia sæpius sibi oblatum, semper recusavit. Cumque Episcopatum deprecatus fuisset, annuam pensionem, Regia munificentia dignam, quoad viveret, eidem assignavit. Multis præclaris Operibus jam emissis, cum Deismus ex Gallia proserpens, in Poloniam quoque irrepere cœpisset; huic quoque se fortissime opponens librum Polonica, deinde autem et Latina lingva confecit, atque vulgavit ad cavendum Po-

loniæ contra hanc pestem, *De Religione honestorum virorum*, quo honestatis nomine, suam impietatem tegebant, qui Religionem et ipsi abjecerant, et aliis eripere studebant. Anno 1782. ætatis 73. Varsaviæ decessit. Nuncius Apostolicus, Episcopi, Proceres, et Ordines Religiosi, præter multitudinem aliorum ejus funus condecorarunt, et parentarunt pluribus diebus alio post alium Ordine Religiosorum sibi succedente, qui justa perageret in Scholarum Piarum Ecclesia, et Societate Jesu, quæ ex tribus collegiis convenerat, solennia funebria, quemadmodum ipsa sibi depoposcerat, concludente. Ex eadem Societate Pater Zachariaszevicz orationem funebrem de laudibus Konarskii habuit illud S. Ambrosii habens pro themate: *Tantus a nobis discessit, sed non totus a nobis discessit.*

Antonius Wisniewski, pariter Polonus, natus in Palatinatu Lenciciensi etiam adversum Deistas ad pugnam processit in Polonia pluribus libris. Idem fecit quoque *Bernardinus Vestrini* Florentinus, illa fundamenta adgressus, et subvertens, quibus Deistæ niterentur in suis assertionibus, nec omittens ea, quæ Protestantibus essent adversus Ecclesiam Catholicam, refellere. Aretii anno 1749. typis prodierunt ejus opera. Adversus eosdem Deistas dirigitur etiam liber Emerici Perczel e nobili Hungariæ familia nati Veszprimii, in Regia Universitate, quæ tum Budæ sedem habebat, Professoris Theologiæ Dogmaticæ, *De Fundamentis Juris Divini in homines, et obligationis humanæ in Deum.* Plures alii sunt, qui elucubrationes fecerunt in singularia quædam Theologica argumenta. *Liberatus Fassoni*, patria Ligur, Dissertationes edidit.

dit, De miraculis adversus Spinozam, de Græca Sacrarum literarum editione a Septvaginta cognominata Interpretibus, de voce ὁμοούσιον, quæ a Patribus Antiochenis proscripta, et repudiata non sit, de Cultu, et adoratione Christo infanti a Magis præstitâ contra Richardum Simonium, et Samuelem Basnagium, de Tempore adventus Magorum ad Christum, de veritate istius historiæ adversus Antonium Collinsium, de Conjunctione Divinitatis cum corpore triduo mortis Christi, de Justorum in sinu Abrahæ beatitudine ante mortem Christi. *Joannes Chrysostomus a Sancto Joseph* dissertationes edidit de Canone Sacrorum librorum constituto a Sanctis Patribus in Magno Nicæno Concilio, alteram de numero Canonum Nicæni Concilii, tertiam de S. Athanasii appellatione ad S. Julium Papam etc. quas uno volumine in quarto comprehensas auctor Benedicto XIV. dedicavit a. 1742. typis mandatas Romæ. *Joannes Bapt. Molinelli* Genuensis librum edidit de Primatu S. Petri et Romani Pontificis, quem sic asseruit, ut Pius VI. Pontifex insigni dono aureo ipsum remuneratus sit. Quemadmodum alibi, tunc ita et in Italia ingenti pruritu homines ferebantur ad vellicandam Romani Pontificis auctoritatem, qua præditus est vi Primatus in universalem Ecclesiam, atque huc, et illuc volitabant scripta. Adversus ista igitur Molinellius strinxerat calamum: et quoniam illa scripta erant exarata lingva Italica, idcirco et ipse hac usus est lingva in scribendo, ut sicut illa volantia legebantur a plebe, ita et hæc ab eadem legi, et intelligi possent. Finem facio, omissis ceteris, quamvis haud obscuri nominis in Sacra etiam literatura, Francisco Bonada, Alexandro Polito, Joanne Salistri, Floriano Dalham pluribusque aliis.

In-

tra solam enim sacram, et Theologicam literatu-
n me semper tenui, extra quam si ivissem, mul-
plures ex his habuissem memorandos. Nec ultra
cce seculum decimum octavum etiam progrediar
Scriptoribus non Ordinis Scholarum Piarum;
m, si progrederer, tales etiam se offerrent com-
ıres, qui in vita superstites sunt, et quorum alii
ıdari se, dum adhuc vivunt, moleste ferrent ob
›destiam suam; alii, si a me prætermitterentur,
od contra conscientiam meam nec vellem, nec
ssem ipsos ornare prout fortasse cuperent, ne
injuria per me affectos, atque suam a me
nam læsam esse possent habere.

Errata Tomuli IV.

Pag.	lin.	Errata		Corrige.
50.	29.	flor. Rh.		fl. Rh. 2. xf. 6.
72.	11.	epistolæ		epistola
108.	13.	Die 6. Julii		Die 26. Junii
133.	4.	sed nutum, et patientiam		ad nutum, et petitionem
147.	21.	Judicium		Indicium
156.	32.	acdessuas		ædes suas
173.	21.	literas	*adde*	Joannis
174.	24.	concilia		consilia
183.	11.	assistente		resistente
212.	8.	miserunt	*adde*	Romam
221.	27.	cujusque		ejusque
228.	24.	alloqua		alloquii
235.	17.	ujusque		illiusque
249.	27.	incederunt		incenderunt
251.	12.	Caroli VI.		Caroli IV.
278.	27.	dubiret		dubitet
286.	23.	perteretur		peteretur
303.	17.	a. 1409.		a. 1408.
327.	34.	Quod		Quoad
329.	16.	succideretur	*adde*	dissidium
333.	17.	perfectura		praefectura
344.	13.	auctore eodem Alphonso		idem Alphonsus
406.	3.	Die 26.		Die 26. Augusti.
417.	33.	atque ipse etiam Marcus Ephesin.		Hoc de Marco delendum est, qui jam mortuus erat eo tempore, quo ponitur istud actum esse concilium.
431.	27.	Germaniae		Germania
438.	11.	in sua	*adde*	vota
521.	33.	S. Augustini		S. Hieronymi
523.	28.	Attilium		Attilam
525.	31.	vero		viro
672.	17.	amimas		animas
—	27.	tamen		tam
636.	19.	Isisodus		Isidorus